ef.57.

14

THOMÆ CAII
(COLLEGII UNIVERSITATIS
REGNANTE ELIZABETHA
MAGISTRI)
VINDICIÆ
ANTIQUITATIS ACADEMIÆ
OXONIENSIS
CONTRA JOANNEM CAIUM,
CANTABRIGIENSEM.

In lucem ex Autographo emiſit
THO. HEARNIUS.

Qui porro non tantum ANTONII à WOOD Vitam, à ſeipſo conſcriptam, & HUMPHREDI HUMPHREYS (epiſcopi nuper HEREFORDIENSIS) de viris claris Cambro Britannicis Obſervationes, ſed & reliquias quaſdam, ad Familiam religioſiſſimam FERRARIORUM, de GIDDING PARVA in agro HUNTINGDONIENSI, pertinentes, ſubnexuit.

DUOBUS VOLUMINIBUS.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXXX.

~~a. 4171~~.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

7 13 13 ‡e

IN HOC OPERE

CONTENTA.

I. DE Editione Operis hujus Præfatio. Pag. IX.
II. Concerning the Antiquary and the Orator of Cambridge. From a Letter written to the Publiſher from Cambridge Febr. 1. 1729. by the Rev^d. M^r. Thomas Baker. LIV.
III. Notes relating to D^r. Caius. E Coll. noſtr. MSS. Vol. 122. p. 119. LV.
IV. Vita Thomæ Caii, cum Latine tum Anglice, ex Antonio à Wood. LVII.
V. The Story of Thomas Newland, Prior

Prior of S^t^. Alban's, and Eliz. Bywell, è Coll. noſtris MSS. Vol. 124. p. 6. LXII.

VI. Form of the Preſentation of Thomas Marclogh̄ to the Vicarage of S^t^. Gyles's in the Suburbs of Oxford Febr. 6. 1489. From an old Piece of Parchment in the hands of Thomas Ward (of Longbridge, near Warwick) Eſq;. LXIV.

VII. Editoris Diſſertatio de Codice MS. in Bibliotheca Collegii Magdalenenſis Oxoniæ, modum creandi Artium magiſtros, Veſperiarum tempore, ſecundum uſum Oxoniæ continente. LXV.

VIII. Concerning M^r^. Ant. à Wood's dying in the Communion of the Church of England, tam è Coll. noſtr. MSS. Vol. 6. p. 23. quam & ex Epiſtola ab amico ſingulari ac pererudito Thoma Smitho ad nos ſcripta. LXXXI.

IX. A Note relating to the Cathedral Church of Lincoln and the great Bell there, from a MS. in the hands of Thomas Ward, Eſquire. LXXXII.

X. The Story of the Pedlar of Swafham-Market in Norfolk, è Coll. noſtr. MSS. Vol. 124. p. 54. LXXXIV.

XI. D^r^. Spencer, Vice Chancellour, His Speech to the Duke of Monmouth, inſtalled Chancellour of the Univerſity of Cambridge, at Worceſter Houſe *Anno Domini* 1674. LXXXVI.

XII. Operum noſtrorum hactenus impreſſorum Catalogus. XC.

XIII. De Antiquitate Cantabrigienſis Academiæ Libri duo (in quorum ſecundo de Oxonienſis quoque Gymnaſii Antiquitate diſſeritur) Londinenſi [i.e. Joanne Caio] authore. Pag. 1.

XIV. Thomæ Caii Stricturæ in dictos

ctos libros duos. 4, &c. ad imum pag. paſſim.

XV. Catalogus Scriptorum, quibus uſus eſt in duobus ſuis libris Londinenſis, ab ipſo Londinenſi confectus. 257.

XVI. Index rerum & verborum, quæ in duobus libris de antiquit. Cantabrig. Academiæ continentur, ab ipſo itidem confectus Londinenſi. 262.

XVII. Thomæ Caii Aſſertio Antiquitatis Oxonienſis Academiæ, cum Fragmento Oxonienſis Hiſtoriolæ. 273.

XVIII. Ejuſdem Thomæ Caii Animadverſiones aliquot in Londinenſis de Antiquitate Cantabrigienſis Academiæ libros duos. 315.

XIX. The Life of Mr. Anthony a Wood (from the time of his Birth Dec. 17th. 1632. to July 6. 1672.) Written by himſelf, and now firſt print-

printed from a Copy, tranſcrib'd by the Publiſher from the Original in the hands of the Reverend D^r. Thomas Tanner. 438.

XX. Biſhop Humphreys's Additions to, and Corrections of, *Athenæ et Faſti Oxonienſes*, from a Copy given to the Publiſher by the Rev. M^r. Thomas Baker. 605.

XXI. An Epitaph upon D^r. John Worthington. 680.

XXII. Hiſtorical Notes relating to the Ferrars, particularly to that truly great and good Man M^r. Nicholas Ferrar. 683.

XXIII. M^r. Ed. Lenton's Letter to M^r. John Ferrar, about a Libellous Pamphlet intituled, *The Arminian Nunnery at Little Gidding*, &c. 693.

XXIV. Two Letters of M^r. John Ferrar's to D^r. Baſire, about Bibles and Teſtaments, as alſo about the

Labours of the reputed Nuns of Little Gidding. 697.
XXV. M^{r}. Ed. Lenton's Letter to S^{r}. Thomas Hetly, concerning the reputed Nunnery of Little Gidding. 702.
XXVI. Some Remains of the Maiden-Siſters Exerciſes at Little Gidding in Huntingdonſhire. 713.
XXVII. Notæ. 795.
XXVIII. Editoris Index in Thomam Caium, &c. 816.

De Editione Operis hujus

PRÆFATIO.

THOMÆ Caii Vindiciæ Antiquitatis Academiæ Oxonienſis eo conſilio nobis donatæ, ut in lucem publicam ederemus. §. I. *Duabus autem partibus conſtat Codex MS.* §. II. *Antiquarii cujuſdam Cantabrigienſis* (*Joannis nimirum Caii*) *Epiſtola controverſiæ anſam præbuit. Guilielmus Maſterus Orator Cantabrigienſis.* §. III. *Quem attentiſſime Cantabrigiæ audivit Elizabetha Regina, quæ tamen Academiam Cantabrigienſem Oxonienſi juniorem eſſe judicavit.* §. IV. *Simulatque Oxonienſibus narratum eſſet de Maſteri Oratione, repente de eadem ſermonibus ſuis varie diſputabant.* §. V. *Ita tamen, ut Thomas Caius maxime omnium laboraverit in eadem refutanda.* §. VI. *Cujus Aſſertio in eas incidit manus, ad quas ut deveniret nunquam in votis habuit auctor.* §. VII. *Inde factum, ut invito auctore in lucem etiam prodiret. Quod ægre ferens auctor,* *Defenſionem conſignat.* §.VIII. *Quam una cum Aſſertione ſua, Joanniſque Caii libris de Antiquitate Academiæ Cantabrigienſis, excudendam eſſe ſtatuit.* §.IX. *Sed quo minus faceret ipſe obſtitit mors acerba, autographo tamen ipſo adeo fideliter adſervato, ut ad nos tandem pervenerit, qui & edimus.* §.X. *De Caii noſtri opere audiviſſe veriſimile eſt Caium Cantabrigienſem, qui, ut res magis eſſet perturbata, novam operis ſui editionem prelo parat, ſed antequam typis eſſet excuſa diem obit.* §. XI. *Quæ proinde poſt obitum lucem adſpexit, ſed in qua nihil novi argumenti, eaque igitur de cauſſa à nobis ſuſque deque habenda.* §.XII. *Joannis Caii argumenta utcunque ſpecioſa videantur, admodum tamen inania eſſe è Cantelepo liquet, cujus maxime uſus eſt teſtimoniis, auctore certe admodum levi.* §.XIII. *Aſſerii locus inſignis de antiquitate Univerſitatis Oxonienſis cur Caio noſtro non commemoratus?* §. XIV. *Thomas Caius ſcriptor perſpicuus ac nervoſus.* §. XV. *Id quod aperte conſtat ex opere, quod damus. Nec quidem vitiis illis deditus fuiſſe videtur, de quibus accuſavit auctor nuperus.* §.XVI. *De ſcholis Sigebertianis quo minus in præſentia diſſeramus, effecerunt obſervationes quædam noſtræ (in Vita Ælfredi Magni Spelmanniana) pariter atque Wodii induſtria.* §.XVII. *Eorum opinio rejicienda, qui vel Univerſitates vel etiam Univerſitatem Sigebertum fundaſſe aiunt. Academia Cantabrigienſis ortum ſuum debuiſſe videtur philoſophis, in horreo Cantabrigiæ legentibus,* re-

regnante Henrico I^{mo}. §.XVIII. *Aularum magnam vim Oxoniæ inſtituit Aluredus Magnus. Eccleſia Grymbaldiana, in qua forſitan honores Academici in litterarum bonarum ſtudioſos iiſdem dignos conferebantur.* §.XIX. *Haud aliter atque antea in Eccleſia quadam vetuſtiori, ad partem Oxoniæ Borea-Zephyralem, honores Academicos collatos fuiſſe è Roſſo conſtat.* §.XX. *Eccleſiæ Ægidianæ Oxoniæ quis fundator? Elwinus ſcilicet filius Godegoſii, qui & inter benefactores eccleſiæ Godſtovianæ recenſetur,* §.XXI. *tantumque rei antiquariæ amorem præ ſe ferebat, ut de antiquo Belliſito, aliiſque eodem ſpectantibus, non raro ſermonem haberet.* §.XXII. *Formulæ honores Academicos conferendi aliæ atque aliæ, tum apud veteres tum & apud recentiores.* §.XXIII. *Formula quædam id genus apud Senenſes uſurpata.* §.XXIV. *Non eſt quod nos de ejuſmodi formulis fuſe agamus. Wodii Adverſaria uſui eſſe poſſunt de iiſdem tractantibus. Moles quædam ingens ſchedularum Wodianarum tunc temporis periit quum jam moribundus eſſet Wodius.* §.XXV. *Metus etiam eſt, ne & ipſa quoque Wodii Hiſtoria collegii Mertonenſis interciderit.* §.XXVI. *Wodii perplura etiamnum exſtant Adverſaria.* §.XXVII. *In quibus numeranda plane eſt ipſius Diarii pars prima, in Bibliotheca Harleiana adſervata.* §.XXVIII. *E Diario aliiſque ſuis pugillaribus vitam propriam contexuit Wodius, ita tamen, ut obierit antequam perfecerit. Quam quidem vitam nunc tandem puram* *putam emittimus.*§.XXIX. *Quemnam in finem hanc vitam ſcripſerit Wodius, campanarum admodum ſtudioſus.* §.XXX. *Eandem authenticam eſſe maniſeſte conſtat, in qua ſane proferenda nihil commutavimus.* §.XXXI. *De erratis corrigendis admodum ſollicitus erat Wodius, cui ſudanti opem tulerunt viri eruditi, Humphredus præcipue Humphreys, præſul doctiſſimus.* §.XXXII. *Neque profecto Wodio vitio eſt vertendum, quod hinc inde ejuſmodi reperiantur maculæ quæ offendant, qui aliis potius, quam ſibi ipſi, tribuendas eſſe declaraverit.* §. XXXIII. *Inter quas mendas & illa demum cenſenda eſt, quæ de Joanne cernitur Worthingtono. Præfatio noſtra in Trokeloum emendatur. De Spenceri Oratione ad Jacobum Ducem Monemuthenſem.* §. XXXIV.

§.I. DECENNIUM eſt, & quod excurrit, ex quo mihi dono datus fuerit Codex quidam egregius, Thomæ Caii, collegii Univerſitatis regnante Elizabetha Magiſtri, Vindicias antiquitatis Academiæ Oxonienſis continens. At vero non alia lege ſive conditione donatus eſt, quam ut in lucem ederem publicam. Quam equidem conditionem lubenter amplexus ſum, quippe qui compertiſſimum habuerim, Thomam Caium virum fuiſſe cum primis elegantem, & an-

antiquitatum noſtrarum ſcientiſſimum. id quod & ipſi etiam fatentur inimici.

§. II. Codex hic conſtat duabus partibus. Nam præter illa, quæ de antiquitate Oxonienſis Academiæ vir ille, divino ingenio, antedictus Thomas Caius litteris conſignavit, complectitur etiam libros illos duos, quos de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ contexuit Joannes Caius, Medicus celeberrimus, qui (& ingenio valuit, & ſtudio, &) A. D. MDLXVIII. eoſdem in 8vo. divulgavit ſub nomine ficto *Londinenſis*.

§ III. Controverſiæ ſive diſceptationi anſam præbuit Epiſtola Antiquarii cujuſdam Cantabrigienſis (quem non alium atque ipſum Joannem Caium fuiſſe cum amiciſſimo Bakero[1] exiſtimo) ad Oratorem Cantabrigienſem Guilielmum Maſterum. Maſterum hunc ob doctrinam ac eloquentiam omnes complexi ſunt Cantabrigienſes. Adeo ut omni elegantiæ laude quum fuerit cumulatus (nam, id quod officium eſt Oratoris, omnem ſuam actionem pro virili accommodare ſolebat ad mores, nutus & voluntates eorum qui audiebant) mirum non ſit, eundem & ipſum etiam eo nomine à Joanne Caio collaudatum fuiſſe, qui proinde neque Caio quicquam denegandum eſſe judicavit, quod in ipſius ſtudiorum commodum ceſſurum eſſe putavit. Itaque quum Antiquario (hoc eſt, Joanni Caio) amicitiæ omnes neceſſitudines cum Oratore (hoc eſt, Guilielmo Maſtero) fuerint, ea plane de cauſſa Antiquarium conſulendum eſſe duxit Orator, quotieſcunque in concionibus ſuis de rebus hiſtoricis agendum erat. Maxime vero omnium, tum demum ipſius operam neceſſariam eſſe ſenſit, quum de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ dicendum eſſet. Quapropter & Antiquarii epiſtolâ uti viſum eſt in Oratione illa, quam coram Elizabetha regina, Cantabrigienſe gymnaſium inviſenti, A.D. MDLXIV. habuit.

---

[1] *Vide Appendicem*, *Num.* I.

§. IV. Quam equidem Orationem audiendi tanto deſiderio flagrabat Regina, ut totam attente perpenderit, omnemque curam ac cogitationem dum pronunciaretur defixerit in ea. Cujus rei ſatis magnum Cantabrigienſibus indicium præbuit, quum ejuſdem exemplar ſuam in gratiam deſcribendum poſtularet. Sed quanquam Reginæ non diſplicuerit Oratio, neutiquam tamen exiſtimavit, Cantabrigienſem Academiam antiquiorem eſſe Oxonienſi, quam à Danis deſtructam (unde factum, ut in profundiſſima ignorantia demerſi jacerent Oxonienſes) reſtituerat Ælfredus Magnus, Elizabethæ anteceſſor nunquam ſatis laudandus, quo certe non tulit ullos principes hæc Anglia noſtra (CAROLUM

LUM PRIMUM niſi forſitan excipias) aut doctrina clariores, aut virtute illuſtriores, aut humanitate politiores, qui ſecum eruditiſſimos homines ex variis partibus poſt Academiam Oxonienſem inſtauratam palam ſemper habuit.

§. V. Statim ubi nunciatum eſſet Oxonienſibus, Cantabrigiæ ejuſmodi habitam fuiſſe Orationem, alii (convitiis potius quam argumentis pugnare ſoliti) perinde ac ſi cornicum oculos confixiſſent, joculatoriam appellabant, alii (prudentia ac ſcientia ducti) de eadem ſerio refellenda conſilium inierunt. Propterea & viri docti non raro inter ſe ſermones habuerunt de monumentis veteribus perveſtigandis ac perlegendis. Verum enimvero nemo his in rebus Thomam Caium ſuperabat, qui ab ineunte ætate ſummam adhibuit in id genus ſtudiis diligentiam, doctrinaque plane ſingulari pariter atque ingenio judicioque acri pollebat.

§. VI. Thomas igitur Caius Orationis nactus exemplar, omnia accurate examinavit, intraque unius ſeptimanæ ſpatium de antiquitatibus Oxonienſibus commentarium contexuit, *Aſſertio Antiquitatis Oxonienſis Academiæ* inſcriptum. Quod opuſculum ut conſignaret vir quidam magnus hortatus eſt. In eo certe ſumma peritia elucet, ſingulariſque elocutionis varietas atque copia, neque minor eruditio. Equidem ſuccincte omnia perſequitur, tanta tamen cum perſpiſpicuitate, ut omnium ſeculorum laude procul dubio ſit digniſſimus. Nec quidem hanc laudem ullus unquam ipſi invidebit Univerſitatis Oxonienſis amicus.

§. VII. Fidem obſtrinxit Thomas Caius, ſe opuſculum abſolutum cum viro, quem dixi, magno communicaturum eſſe. Fidem non fefellit. Ipſi in manus traditum eſt, ea conditione, ut reſtitueretur, neque typis mandaretur. quippe quod exemplar minus eſſet accuratum, neque amicorum judicio examinatum. At poſt diutinam exſpectationem, quum non redderetur, aliud exemplar, in quo nihil fere immutatum, deſcribendum curavit auctor. hunc nempe in finem, ut penes ſe lateret, non ut in publicum prodiret. Ceterum amico cuidam roganti dum oſtendit, & ut perlegeret permittit, inde factum, ut non tantum extra muſéum fuerit portatum, ſed & clam auctore comiti Leyceſtrienſi traditum. in magnum haud dubie dolorem viri præclari, qui ejuſmodi fraudes odio habebat.

§. VIII. Quorſum hæc? rogabis. Horſum ſcilicet, ut intelligatur, utrumque Thomæ Caii opuſculi apographum ad manus perveniſſe Joannis Caii, qui abſque auctoris conſenſu A. D. MDLXVIII. in 8vo. edidit, una cum duobus libris ſuis de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ, contra Caium noſtrum ſcriptis. Ægre tulit

lit Caius noſter, ac repente ingraveſcente jam ætate ad cuncta examinanda ſe contulit. Novum itaque tractatum ſcripſit, Aſſertionis nempe ſuæ Defenſionem; ita tamen concinnatum, ut duas partes complecteretur, quarum prior pars Stricturas breves comprehenderet, poſterior Animadverſiones prolixiores. Totam Defenſionem prelo deſtinavit, non alio autem conſilio, quam ut Joannis Caii libri duo una cum propria ſua Aſſertione eodem itidem tempore denuo divulgarentur.

§. IX. Peracto opere, de methodo, qua ſingulæ partes digerendæ eſſent, jam eſſe ſollicitus cœpit Thomas Caius. Diu vero non cogitaverat, neque multas horas vacuas ſive ſubſecivas in hoc negotium impenderat, antequam ſatis eſſet manifeſtum, eum ordinem præferendum eſſe, qui adverſarii ſui methodo maxime eſſet congruus. Idcirco ſic apud ſe ſtatuit; primo nempe Joannis Caii libros duos exhibere, ſecundo Stricturas ſuas in eoſdem ad oram collocare, tertio Aſſertionem ſubjicere, denique Animadverſiones (in quibus paullo latius dixiſſet, copioſiuſque & uberius cauſſam tractaverat) ad finem ſubnectere, quas Animadverſiones viderat etiam Antonius à Wood, licet alio titulo ac ipſe auctor notaverit.

§.X. Sed vix jam, quamnam potiſſimum viam & rationem ſequeretur in opere excudendo, decreverat, totumque prelo paraverat, quum diem obierit A. D. MDLXXII. lugentibus eruditis, quibus pergrata perque jucunda fuerant tum ſcripta perelegantia, tum & mores ſuaviſſimi Thomæ Caii, doctrina recondita & lepore quodam minime vulgari inſtructi. Quid nunc faciendum? Num in mandatis dederat, ut amici ederent? Equidem non liquet, utrum hoc fecerit. Id tamen conſtat, autographum ipſum ſumma cura fuiſſe in manibus adſervatum privatis, & poſt obitum unius atque alterius deveniſſe ad magnum Uſſerium Armachanum, tandemque ad Jacobum Tyrrellum, Uſſerii è filia nepotem, qui paucis annis antequam moreretur viro cuidam dedit litterato, qui plane moribundus nobis (ſpartam, quam nacti ſumus, exornare, vocationemque noſtram diligenter exſequi ſtudentibus) donavit, ea conditione, ut ſupra innuimus, ut proferremus, id quod fideliter nunc demum facimus, magnum, ut ſperamus, in bonarum litterarum commodum.

§. XI. Unquamne Thomæ Caii Defenſionem viderit Caius Cantabrigienſis, me prorſus latet. Veriſimile videtur, ipſum nunquam adſpexiſſe. Nec tamen eſt, cur cenſeas, Caium Cantabrigienſem ejuſdem fuiſſe ignarum. Contra, mihi clarum eſt, plures cum ipſo hac de Defenſione collocutos eſſe, ipſumque adeo fuiſſe eo nomine vexatum (quipe qui optime cognoverat, nullum

lum fuiſſe periculum, ne quid Thomas Caius elocutus fuiſſet, niſi ita prudenter, ut neminem Oxonienſium pœnituerit ad hanc Defenſionem impuliſſe) ut paullo poſt animam exhalaverit, Julii videlicet 29. MDLXXIII[1]. additionibus tamen quibuſdam libris de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ prius manu propria adpoſitis, non alio conſilio, quam ut nova ejuſdem prodiret editio, quæ, quoad paginarum numerum, Caii noſtri (qui & verbis ad audiendum jucundis, & ſententiis ad probandum accommodatis uti ſolebat) citationibus neutiquam reſponderet.

§.XII. Mirum eſt, quantopere has additiones laudaverint quidam è Cantabrigienſibus. Quam vero abſurde, brevi patebat. Nam A.D. MDLXXIV. editio emiſſa eſt in 4^{to}, ubi comparebant additamenta ipſa Joannis Caii. In illis ædepol nihil novi argumenti. Quinimmo potius levia ac inania eſſe audacter dixeris, perinde ac ſi auctor ex illis eſſet, qui de rebus non neceſſariis argutiſſime diſputare amant. Neque aliter eſſe judicabant Cantabrigienſes omnes, partibus minus addicti, qui Londinenſem ob eadem vituperandum non laudandum eſſe cenſuerunt. Quod ſi quis aiat, hæc additamenta neque eſſe authentica, neque omnia quæ poſt ſe reliquit auctor, contrarium verum eſſe inde manifeſtum arbitror, quod ipſe Matthæus Parkerus unus ex illis eſſet, quorum curæ atque fidei commiſerat auctor, ipſeque Matthæus diligentiam quandam adhibuerit circa editionem, ita ut abſque ipſius conſenſu typis non fuerit excuſa. Quidni itaque pro genuino auctoris opere habeas, aliaque omnia additamenta, ſi quæ ſint, auctori adſcripta, pro minime genuinis, vel ſaltem pro talibus, qualia ipſe auctor nunquam probaverit? Sed quomodocunque hoc ſit, nos certe recte fecimus, qui puram putam Editionem, quam ipſe Caius jam vivus divulgavit, ſecuti ſumus, nec quid protruſimus niſi quod ipſe proculdubio ſcripſerit auctor. Quid quod & idcirco conſilium noſtrum vehementer, ſicut videtur, laudabis, qui ambages ac ſtrophas illas Caii Cantabrigienſis omittendas eſſe duximus, quæ in prima (haud dubie authentica) editione non comparent?

---

[1] *Vide Richardi Parkeri* Σκελ. *Cant.* (*p.*221.) *à nobis edit. in Vol.*V. *Lelandi Coll. Vide etiam Append. ad hanc Præf. Num.*II.

§. XIII. Jam, ne fraudi ſit, quod admodum ſpecioſa videantur eſſe argumenta à Joanne Caio adducta, id velim notes, vim maximam illa præ ſe ferre, quæ è Cantalupo ſive Cantelepo, Codicis Nigri auctore, protulit. Quæ tamen & ipſa admodum eſſe levia ac inania cuilibet liquebit, totum librum perlegenti, paucos ante annos hìc Oxoniæ à nobis excuſum. Utinam & ipſe edidiſſet Brianus Twynus in Apologia,

gia, in qua Joannis Caii opus pro virili evertit atque refutavit, obiterque etiam ipſos locos recitavit è libro Nigro allegatos, valdeque eſſe infirmos docuit. Atqui hanc Twyni operam idcirco eo magis æſtimandam duco, quod argumenta ejus contra librum Nigrum maximi eſſe momenti nunc cenſeant Cantabrigienſes in re antiquaria verſatiſſimi, librumque illum fabularum tantummodo eſſe farraginem rectiſſime judicent. Imo Twynum laudibus etiam efferunt quidam è Cantabrigienſibus, Caii ſui quantumvis labefactantem rationes, ſi modo rationum nomine dignæ ſint fallaciæ; licet alii nonnulli (quomodocunque pauciſſimi) ægerrime moleſtiſſimeque ferant, quod ullis laudibus celebretur Twynus.

§.XIV. Sed dum ſtrenue & fortiter adverſus adverſarium pugnat Thomas Caius, permirum forſitan nonnullis videbitur, locum inſignem Aſſerii Menevenſis, unde, Academiam Oxonienſem Ælfredi Magni regno eſſe antiquiorem demonſtratur, apud eundem non commemorari. At objectio ad nihilum penitus recidet, ſi expendatur, Aſſerii in Codicibus, quos Oxonienſis viderat, locum illum fuiſſe deſideratum, neque orbi litterario comparuiſſe, donec è Codice quodam eximio reſtituerit Camdenus, quem ea de cauſſa convitiis conſectati ſunt malevoli. Cujuſmodi tamen convitia contemnenda eſſe, & ad malevolos ipſos potius pertinere, ſatis inde liquet, quod locum authenticum eſſe abunde probaverit (non obſtante quod magnus etiam Uſſerius contra objecerit) Wodius, ne quid dicam (nam de nobis ipſis prædicare deforme eſt) de diſſertatiuncula noſtra in notis ad Ælfredi Magni vitam Spelmannianam; quas idcirco commemoro, quia eas perlegendo hoc demum aſſequêris, quod ex eo quod dixi, quantulum id cumque eſt, quid ſentiam, judicari poteſt.

§. XV. Bene cecidit, quod perſpicue & nervoſe ſcripſerit Thomas Caius, adeo ut verba ejus non ſint aliqua caligine offuſa. Nec quidem puto, aliquem nunc hæſitare poſſe, Academiam Oxonienſem Cantabrigienſi vetuſtiorem eſſe. Nec quis poſthac, ut videtur, ſciſcitabitur, quid cenſes de Grantabrigia? quum uberrime oſtenderit Caius Oxonienſis, Grantabrigiam ac Cantabrigiam urbes fuiſſe diverſas. Quinetiam & hoc deprehendes in ipſo, quod veritatis magis quam victoriæ cupidus Vindicias haſce conſignaverit, utpote in quibus lenitatem in refellendo videas, defenſioneſque ſine fuco meditatas, quales ſane virum verecundum pariter atque probum & acutum decent.

§. XVI. Equidem ſimul atque vidiſſem hanc Aſſertionis Defenſionem, repente collegi, neutiquam eſſe jejunam atque nudam, ſed aſperſam atque diſtinctam multarum rerum jucunda quadam

dam varietate, multaque legendo percurriſſe auctorem (ſcriptorem dubio procul valde dulcem, & perfacetum, cujuſque in labris, id quod de Pericle, Xantippi filio, ſcripſit Eupolis, Muſas ſeſſitaſſe judices) ut ea, quæcunque ad inſtitutum facerent, delibaret. Quid ſi itaque, & ipſum ob induſtriam maxime prædicandum eſſe dixerim? Nemo mehercule, eam ob cauſſam vituperandum eſſe, cenſuerit, Wodio duntaxat excepto, qui[1] de negligentia accuſaverit, nullis tamen, quod ſciam, ad accuſationem indicandam productis teſtibus. Ni fallor, in ſtudiis optimis totam ætatem contrivit Caius noſter Oxonienſis. Certe veriſimile non eſt, ipſum vitio illi deditum fuiſſe, cujus reum fuiſſe innuit Wodius. Potius exiſtimarim, hominum aliquot, ſeu Pontificiorum ſeu aliorum Puritanis inimicorum, ſententiis faviſſe, eamque ob rationem malignos incaluiſſe, rem amplificaſſe, & ut pœnas daret laboraſſe. Adeo ut vitia ab ipſius moribus atque vitæ conſuetudine abhorruiſſe pronunciarim, niſi probari poſſit, & ejuſmodi vitiorum fautores fuiſſe qui poſtea ad honores ipſum evexerint.

§. XVII. Nemo moleſte ferret, ſi nunc paucis agerem de ſcholis grammaticalibus, à Sigeberto, Orientalium Anglorum rege, inſtitutis, ſeu, ut Beda, de ſchola illa grammaticali, quam, ipſo narrante, inſtituit Sigebertus. Sed hac de re alibi, in annotationibus nimirum noſtris ad Ælfredi Magni vitam Spelmannianam. Atque, ut verum fatear, ſatis multa Caius noſter de his etiam ſcholis in opere, quod nunc tandem damus. Quæ ſi minus ſatisfaciant, tum adſciſci poteſt ſcriptor ille clariſſimus Antonius Wodius, vel, ut ipſe efferre ſolebat, Antonius à Wood ſive Antonius à Boſco, qui certe eripiet ex tenebris illis, quibus te aliâs circundatum eſſe forſan querêris. Abſit tamen, ut illa contemnenda eſſe judicem, quæ pro Academia Cantabrigienſi nuper in medium attulit Bedæ operum hiſtoricorum editor doctiſſimus (vir ſubacto ingenio) licet (ut, quemadmodum ſentio, loquar) ipſius argumenta invalidiora eſſe putem, quam ut Academiam Cantabrigienſem Oxonienſi, quoad antiquitatem, parem eſſe evincant.

---

[1] *Vide Append. Num.* III.

§. XVIII. Itaque hæc, quæ de Scholis grammaticalibus Sigebertianis memoriæ prodiderint Oxonienſes, quum vere dicta eſſe arbitrer, non poſſum, quin eorum rejiciam opinionem, qui vel Univerſitatem, vel, ſi numero plurativo vox accipiatur, Univerſitates à Sigeberto fuiſſe fundatas ac inſtitutas innuant. Non eſt tamen, cur ejuſmodi homines vel pergraviter reprehendas, vel etiam invidia & odio premas. Quiſque ad arbitrium judicet; hac enim de re muliebriter altercari nec vacat nec lubet. Interim ta-

tamen ipſe ſentio, Univerſitatem Cantabrigienſem ortum ſuum debere philoſophis illis gravibus atque eruditis, qui in horreo quodam, Henrico I^{mo}. regnante, Cantabrigiæ docuerunt, quoſque prælegentes avide expetebant audire omnes bonarum litterarum ſtudio flagrantes, quotquot in illis partibus degebant. Quam ſententiam neque ipſi valde vituperant Cantabrigienſes, illi ſpeciatim, qui, rerum omnium viciſſitudinem maximam ponderantes, facile concedunt, aperteque & prolixe teſtantur, horreum fuiſſe primum ædificium academicum Cantabrigiæ, quum diu jam antea ædificia litteraria Oxoniæ eſſent conſpicua, omnibus fatentibus, nullam ſedem eſſe vel commodiorem, vel etiam amœniorem, quam ſane proinde χρύσεον δάπεδον, ſive κεχρυσωμένον ϗ καλὸν τόπον jure optimo appelles.

§. XIX. Quod ſi aliqui dicant, & Aluredum Magnum Scholas duntaxat grammaticales Oxoniæ poſuiſſe ac inſtituiſſe, contrarium veriſſimum eſſe, è multis magnæ auctoritatis ſcriptoribus certo conſtat. Quid multa? Sicut magnam vim aularum ibi condidit Aluredus, (qui Academiæ diſciplinam, jam diu antiquatam, quaſi poſtliminio reduxerat, & à cujus excellenti virtute plurima in omnes Angliæ partes commoda dimanarant) ita tres Theologiæ, Philoſophiæ ac rei Grammaticæ profeſſione maxime celebres fuiſſe, omnes, partium ſtudio neutiquam dediti, fatentur, qui & pedem ſupplodere ſolent, quum de eccleſia Oxoniæ Grymbaldiana narratur hiſtoriola. Siquidem tum authenticam, tum & fide dignam, eſſe contendunt, monentque, ut ediſcant juvenes, eaque pro re nata in ſermonibus utantur. Non me fugit, nonnullos ſic hujus eccleſiæ Grymbaldianæ mentione exardere, ut non tantum inficientur, ipſam à Grymbaldo conditam fuiſſe, ſed & pernegent, ejuſmodi hominem in rerum natura unquam exſtitiſſe, qui Theologiæ Oxoniæ fuerit profeſſor. Sed id genus hominum argutias, ſeu potius ignorantiam ac pervicaciam, non eſt quod refutem, quum volta Grymbaldiana nunc dierum ad extremam partem (verſus Orientem) eccleſiæ conſpicua, omnia, quæ adſtruant, ridicula eſſe probet, Grymbaldique commemoratio, tanquam Oxoniæ noſtræ amici egregii, in hiſtoricis paſſim antiquis deprehendi queat. Tantum dico, Grymbaldum tum profeſſorem apud nos fuiſſe, tum & eccleſiam ſatis celebrem Oxoniæ ædificaſſe, academicoſque aliquot (ut mihi videtur) in eadem eccleſia honoribus & præmiis decoraſſe, licet Academici veteres Grymbaldi dictis atque legibus minime eſſent audientes, quem tamen venerati ſunt ſcholaſtici recentiores, multique plane ſic flagraverunt ſtudio & amore ſapientiæ, ut ex longinquo ipſum tum ſpectatum tum & veneratum venerint.

§. XX. Neque, ut opinor, me operam luſiſſe repones, eo quod in eccleſia illa honores academicos collatos fuiſſe monuerim, quum & idem factum ſit in eccleſia longe vetuſtiori Academica, quæ ad Borea-Zephyralem Oxoniæ, vel, ut tunc appellabant, Belliſiti partem poſita in uſum Academicorum ceſſerat. In qua re me non male judicare, næ tu affirmabis, modo ea, quæ Roſſus (ut ea mittam, quæ ſcriptis prodidit Brianus Twynus, in collectaneis, de gradibus Scholaſticis apud nos ante Guilielmi Baſtardi conquæſtum) ſcripſit, ſerio expendas. Hunc nimirum in modum, quemadmodum nos certiores fecit Joannes Lelandus Antiquarius [1], is quem maxime ego admiror. *Erant circa hæc tempora & aliæ Aulæ à nobilibus, exemplo regis,* [Aluredi] *fundatæ: quo tempore eccleſia S. Ægidii deputata erat eorum convocationibus & congregationibus, ſicut nunc eſt eccleſia S. Mariæ.* Quam tamen eccleſiam Britannico cuidam Sancto illis ſeculis dicatam fuiſſe compertum habeo, non Divo Ægidio, quod tum demum contigiſſe arbitror, poſtquam (Academiâ novâ diu antea ſtabilitâ) nova eccleſia poſt conquæſtum Normannicum condita fuerit loco veteris eccleſiæ à Danis dirutæ, qui & totam etiam Academiam antiquam deſtruxerant. Quam noſtram opinionem de Sancto Britannico Roſſus ipſe etiam firmat in libro de Regibus, à nobis divulgato. Nam ſic ibi, p. 22. — *opinantur multi, Univerſitatem à Greklad ad ipſum Bellum montem, vel Belleſitum tranſlatum* [f. *tranſlatam*] *ante adventum Saxonum Britonibus in inſula regnantibus, & eccleſia Sancti Ægidii, ſub nomine cujuſdam alterius Sancti dedicata, erat locus creationis graduatorum, ſicut modo eſt eccleſia Sanctæ Mariæ infra muros.*

---

[1] *Itin. Vol.* IV. *p.* 133.

§. XXI. Eccleſiæ, quam diximus, Ægidianæ fundator erat Elwinus filius Godegoſii (quemadmodum olim obſervavi [1], in qua permaneo quidem ſententia) qui & ipſe etiam inter benefactores eccleſiæ Divi Joannis Baptiſtæ de Godſtowe, prope viculum de Wolvercote ſive Wolveſcote anno IV^to^. Stephani Regis conditæ, jure optimo recenſetur. Adeo ut mirum non ſit, patronatum eccleſiæ Ægidianæ, antequam cœnobiis clades intentaretur, hominibuſque religioſis (contra quos fabulas perplures, quomodocunque falſas, unde & falſam etiam eſſe illam adverſus Priorem S^ti^. Albani [2] fere ſuſpicor, finxerunt malevoli) inſidiæ ſtruerentur, ad prioratum ſanctimonialium de Godſtowe [3] pertinuiſſe. Sed quid impulit Elwinum, Stephani, utcunque *uſurpatoris*, partium ſtudioſum, eccleſiam Oxoniæ condere eo ipſo loco, quo, Æthelredo rerum potito (cujus de jure in regnum Angliæ nemo unquam bonus diſputaverit) Dani tantam fecerant ſtragem, ædemque etiam cremarant, ab Æthelredo aliiſque optimæ notæ hominibus maximi æſtimatam? Nihil ſane (ut non dicam ſecus ac ſentio) niſi quod exiſtimarit, ſe, quantumvis alioqui perduellem, de poſteris præclare inde eſſe meriturum, illoſque etiam ipſum laudibus eſſe ornaturos, qui Æthelredi virtutes perpetua memoria conſervandas eſſe clamarunt, ipſiuſque inimicorum perfidiæ (in cujuſmodi hoſtium numero cenſendus utique erat Elwinus) labem æternam inurendam.

---

[1] *Apud Lelandi Itin. Vol.* II. *p.* 75. [2] *Vide Append. Num.* IV. [3] *Vide Append. Num.* V.

§.XXII. Ceterum & Elwinus (haud aliter atq; perduelles recentiores, regnante CAROLO PRIMO, ad quos confluere ſolebant perditi homines, ex illo ſcilicet hominum genere quos **Ribaldos** vocant) ſe mire faviſſe bonis litteris aiebat, (Jovam ipſum ſubinde conteſtatus, ſe ſine fuco loqui) Danorumque proterviam & acerbitatem ſubinde damnabat. Qua etiam occaſione non raro de Belliſito antiquo locutus eſt, (quod & caꞅꞇel ab Angloſaxonibus vocatum fuiſſe monuit, ea ratione qua & Lucæ Evangeliſtæ verba cap.X. v.38. ϗ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά. verterunt Angloſaxones ꞅe Helenꝺ eoꝺe on ꞅum caꞅꞇel, & quidem *caſtellum* etiam habet verſio vulgata Latina, ne quid dicam de **caſtel** in verſione quæ Wicleſo vulgo adſcribitur, è verſione illa vulgata plane confecta) Græciſque itidem philoſophis, qui huc à Græcolada ſeceſſiſſe perhibentur, Univerſitatique Oxonienſi originem præbuiſſe. Rumor etiam percrebuerat, Græcoladenſes illos (de quibus crebro cum amicis diſſerebat Elwinus) in parte Borea-Zephyrali Oxoniæ ſedem poſuiſſe, ibique hoſpitia in uſum litteratorum ædificaſſe; è quibus hoſpitiis aliquot vocabantur *aulæ Græcæ.* Atque inde *Aula* illa *Græca*, quæ regnante Henrico VI. floruit, quo tempore in eadem rei litterariæ operam dedit Thomas Swan, Juris Canonici ac Civilis perquam peritus. Scias tamen, ejuſmodi hoſpitia id nomen tuliſſe, non quod in ſtudiis Græcis tempus conſumerent academici ulli, ſed quod Græcoladenſes ibidem habitaſſent. quam ſententiam & ipſe etiam olim amplexus eſt Brianus Twynus.

§. XXIII. Quanam formula in gradibus conferendis uſi ſint vel Belliſitenſes, vel etiam Oxonienſes, non adeo clare liquet, ut hac de re audacter quid protulerim. Nemo tamen dubitaverit, alias atque alias fuiſſe diverſis ſeculis, forſitan autem magis congruas formulis in Academiis tranſmarinis uſurpatis, quam illis, quæ nunc dierum apud nos ipſos in uſu eſſe noſcuntur. Abſit autem, ut inficietur quis, formulas apud ex-

exteros varias & ipſas etiam fuiſſe, ſicut & nunc temporis diverſas quoque eſſe exploratiſſimum habent, quotquot his in rebus ſint parum verſati, qui & animadvertunt, in quibuſdam formulis omnia jejuna atque nuda eſſe, in aliis vero enucleate quidem atque polite cuncta exprimi. Ceterum ſingula hæc perſequi ad ipſum demum pertinet, qui ad Formulare contexendum maxime ſe applicuerit. Satis eſt, quod ipſe mentionem formularum fecerim. alii, ſi viſum fuerit, fuſius agant. Interim tamen, non abs re fore duxi, in illorum gratiam, ſubſequentem formulam divulgare, ex illis equidem formulis, quas in honoribus academicis conferendis adhibent Senenſes. Atque eo lubentius emitto, quia ejuſmodi honores apud Senenſes conſequi ſolent etiam noſtrates, ſicuti & ex ipſa hac formula[1] diſcere queas, quam mecum communicavit amicus egregius Franciſcus Taylor, A. M. collegii Univerſitatis ſocius, virique admodum Reverendi Radulphi Taylor, S. T. P. non ita pridem defuncti, ex fratre nepos.

§. XXIV. “IN NOMINE D. N. IESU CHRISTI, AMEN. CAESAR CAMPANUS Juris “Utriuſque Doctor, Canonicus Senenſis Cathe-“dralis Eccleſiæ, Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi “in Chriſto Patris, et Domini, D. FRANCISCI

---

[1] In Coll. noſtr. MSS. Vol. 125. p. 12.

“BANDINEI De Piccolomineis, Dei, et Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopi Senenſis, et Almi univerſalis Studii Senenſis Cancellarii Apoſtolici atque Cæſarei, in ſpiritualibus ac temporalibus Vicarius generalis, & ad infraſcripta ſpecialiter deputatus, Univerſis et ſingulis Mundi Principibus et Prælatis, omnibuſque aliis, ad quos præſentes noſtræ pervenerint, majoribus debitam reverentiam, Amicis quoque et cæteris ſalutem et proſperos ad vota ſucceſſus. Glorioſa Scientiarum Mater Senarum Urbs præclariſſima, et veneranda Clariſſimorum Doctorum auctoritas, quæ cunctis ſidereis ſplendoribus obtinet principatum, illos duntaxat ad publicam licentiam, et Cathedram doctoralem extollit, quos certamen generalis examinis dignè ad id promovet, per concurrentem virtutem, et excellentiam meritorum, ut ſic promoti apud univerſos Mundi Principes, et Rectores, pro eorum aſſiſtentia, cæteris aliis hominum generibus, ſingulis dignitatibus, et honoribus, ac laudibus merito veniant præferendi. Cum igitur Nobiliſſimus, Reverendus ac doctiſſimus Vir, D^{nus}. MATTHEUS CAREW Cornubienſis, [1] Exonenſis diœceſeos Anglus, Archidiaconus Norfolcienſis Noruicenſis diœceſeos, filius Nobiliſſi-

---

[1] *Sic.*

“mi Viri D. Wimundi Carew Equitis Aurati Angliæ, Quem tunc [1] præcipuæ vitæ, ſcientiæ, morum, honeſtatis, atque virtutum ſpecialis prærogativa ſublimavit [2] honoris, quando coràm nobis pro recipiendis punctis, et intrando Juris Canonici et Civilis facultatum examen per famoſiſſimos et Excellentiſſimos Utriuſque Juris Interpretes D. Hieronymum Beneuolentium, D. Celſum Sozzinum, D. Achillem Santium, et D. Pamphilum Columbinum Equitem Cæſ. nobiles Patritios Senenſes in dictis Juris Canonici, et Civilis facultatibus promotores ſuos extitit præſentatus; Et ad earundem facultatum examen ſubeundum ſe die infraſcripta privatè tremendæ ac rigoroſæ examinationi omnium et ſingulorum Dominorum Doctorum Collegii Univerſalis Studii Senenſis prædicti, ad hoc ſpecialiter congregati, ultro, tanquam vir fortiſſimus et doctiſſimus, animoſe ſubjecit. Et ita in ſuo rigoroſo examine, poſtquam puncta, ſibi in dictis facultatibus per nos more ſolito ſpecialiter aſſignata, viz. c. Ut commutationes. De rerum permut. et L. etiam nomen. C. de Exeq. rei jud. elegantiſſime et doctiſſime recitavit, Ita egregie argumenta reſumpſit, ſubtiliterque et copioſe re-

---

[1] *F.* præcipue. [2] *F.* honoribus.

"ſolvit, ſeque digniſſime et laudabiliter habuit, "ut, poſt longum de eo in dictis facultatibus ri- "goroſum examen, tam à nobis, quam ab omni- "bus Doctoribus dicti Collegii, ibidem præſen- "tibus, concordi voto atque conſenſu, et ne- "mine penitus diſcrepante, hilari animo fuit ap- "probatus, Eique licentiam ſe doctorandi, et "doctoratus inſignia in dictis Utriuſque Juris "facultatibus recipiendi, tanquam viro digniſſi- "mo, conceſſimus libentiſſime. Conſideratis ita- "que ſcientia, ætate, prudentia, Vitæ ac morum "honeſtate, aliiſque plurimis probitatis et virtu- "tum meritis, quibus perſonam ſuam Altiſſimus "inſignivit ac decoravit, ſicuti tam hodie in ſuo "rigoroſo examine, quam alibi in ſuis publicis "et privatis actibus extitit mirabiliter compro- "batus. Ut tandem ſtudiorum ac laborum ſuo- "rum coronam merito valeat reportare, ejuſque "gloria ceteris tranſeat in exemplum, tantoque "fiant ad ſtudia promptiores, quanto ex eo ube- "rioris dono gratiæ noverint ſe refertos; Nos "Cæſar Campanus Doctor, Canonicus, et Vica- "rius antedictus, auctoritate præfati Illuſtriſſimi "ac Reverendiſſimi D. Archiepiſcopi, et ſui "Cancellariatus Officii nobis conceſſa, et ſpe- "cialiter demandata, et qua fungimur in hac "parte, de conſenſu, et voluntate dictorum Do- "minorum Doctorum omnium ibidem præſen-

"tium, præfatum D. Matthæum Carew Cornu-
"bienſem Anglum in dictis Juris Canonici et Ci-
"vilis facultatibus Doctorem et Magiſtrum pro-
"nunciavimus, fecimus ac declaravimus, dantes
"et concedentes ſibi nomen, ac titulum docto-
"ratus, et in dictis Utriuſque Juris facultatibus
"legendi, gloſſandi, interpretandi, conſulendi,
"judicandi, cathedram doctoralem aſcendendi,
"ceteroſque doctoreos actus faciendi, et exer-
"cendi hîc Senis et ubique locorum, quo ſe du-
"xerit conferendum, plenam et liberam ſibi de
"cætero conceſſimus facultatem et poteſtatem.
"Demumque, ut idem D. Matthæus Anglus poſ-
"ſeſſionem ſui doctoratus hujuſmodi ab omni-
"bus videatur adeptus, præfatus Ex^{mus}. D. A-
"chilles Santius doctor, habita prius deſuper
"luculenta et ornatiſſima oratione, nomine ſuo,
"et aliorum compromotorum, Doctoratus In-
"ſignia per ipſum humiliter poſtulata ſub hac
"forma tradidit gratioſe, Quia primum libros
"dictarum facultatum clauſos, mox aſſignavit
"apertos, birretum doctoreum capiti ſuo impo-
"ſuit, ejus digitum aureo anulo more ſolito ſub-
"arravit, et ei pacis oſculum præbuit, DEUM
"quoque Omnipotentem humiliter exoravit, ut
"tam præfatum D. Matthæum Carew Cornu-
"bienſem Anglum, quam omnes alios Chriſti
"fideles, ſua ſancta benedictione ſanctificare di-

“gnetur per infinita ſeculorum ſecula Amen.
“In Quorum Omnium et ſingulorum
“præmiſſorum fidem, robur, ac teſtimonium,
“præſentes noſtras literas fieri, et per Notarium
“noſtrum publicum infraſcriptum de præmiſſis
“rogatum ſubſcribi, Sigillique Pontificalis
“præfati Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi
“juſſimus ac fecimus appenſione ſolita
“communiri. Dat. et act. Senis in Aula
“magna Palatii Archiepiſcopatus, Anno Dominicæ
“Incarnationis Milleſimo Quingenteſimo
“Sexageſimo Quarto. Indictione Octava. Die
“vero Epiphaniæ ſexta menſis Januarii. Pio
“Quarto Pontifice Max°. Et Maximiliano Secundo
“Romanorum Imperatore electo, prout
“aſſeritur. Coràm et præſentibus ibidem Nobiliſſimo
“ac ℞ Domino, D. Marco de Rye, Commendatario
“et perpetuo Adminiſtratore Incliti
“Monaſterii Sancti Eugendi[1] Jurenſi Burgundo,
“D. Joanne Barone in Lymburg Sacri
“Rom̄ Imperii Pincerna hereditario ac ſemper
“libero franco, D. Joanne Fen Anglo. D. Joanne
“Viron V. J. Doctore Salinen̄ Burgundo, ac
“Dominis Clemente Polito et Aloiſio Capaccio

---

[1] *De quo in Martyrologio Romano ad Kal.* (*ſive diem primum*) *Jan. hunc in modum:* In territorio Lugdunenſi, monaſterio Jurenſium, ſancti Eugendi Abbatis, cujus vita virtutibus & miraculis plena refulſit.

"Nobilibus Senen̄ teſtibus, vocatis habitis ſpe-
"cialiter et rogatis.

"Ego Nicolaus Thurmozzius P. notarius
" Archiepiſcopatus Senenſis de præmiſſis
" rogatus de mandato præfati Reverendi
" Domini Vicarii.

"Nicolaus Derames Gen^{lis}: Adm^{tor} &c.
locus Sigilli.

A tergo Inſtrumenti, (membranei quidem & eleganter ſcripti)
6° Januarii 1564

fo. XLVII.

§.XXV. Quamplurima eodem ſpectantia congeri poſſent, modo è re noſtra eſſet. Sed id genus labores in præſentia non vehementer amplectimur. Metuo etiam ne operam perderem, ſi quid amplius ea de re offerrem. Etenim ſine controverſia ad Juris Canonici Civiliſque ſtudioſos formularumque cautores potius pertinent ejuſmodi obſervationes quam ad nos, qui vitam inſuavem ſine antiquitatis ſtudiis eſſe putantes, in leguleiorum artibus minime nos eſſe verſatos lu-

lubentiſſime profitemur. Ne quid dicam, nos in eo eſſe ſtudio, ut non plura loquamur, quam par ſit, garrulorum ad inſtar quidvis inaniter effutientium. Quod ſi quæratur, an Wodii noſtri in formulari ejuſmodi concinnando adjuvare quid poſſint adverſaria, breviter reſpondebo, mihi veriſimile eſſe, in hoc genere doctrinæ plurima ex illis eſſe petenda, ac mea quidem ſententia multum inde confici poſſe, utpote qui perplures eo pertinentes Codices MSS. conſuluiſſet, in quorum numero cenſendus plane eſt Codex[1] ille Henrico V^{to} regnante conſcriptus, in archivis Bibliothecæ collegii Magdalenenſis Oxoniæ adſervatus, qui, inter alia, modum creandi Artium magiſtros in Veſperiis ſecundum uſum Oxoniæ continet. Verum enimvero id dolendum eſſe arbitror, quod non pauca à Wodio collecta perierint, in magnum, ni fallor, rei antiquariæ damnum. Nec eſt quod hac in parte inertiæ nequitiæque condemnemus homines illos, ad quos devenerint, ſi forſitan ipſe juſſerit Wodius ut perderentur; id quod equidem feciſſe (quum jam moribundus eſſet) quoad molem quandam ingentem epiſtolarum aliarumq; ſchedularum nos docuit Arthurus Charlettus in litteris, ad cl. Teniſonum, ad calcem Joannis Glaſtonienſis à nobis juris factis publici. Sed epiſtolas ſchedulaſque haſce, maxima ſaltem ex parte, ab aliis, non à ſeipſo, ſcriptas fuiſſe existimo. Quæ noſtra opinio & tibi, ut videtur, valde arridebit, ſi cogites, non paucos jam in vivis fuiſſe, qui ad Antonium ſcripſerant, quorum epiſtolæ ſi conſervarentur, in eorundem forſan cederet detrimentum. Quidni igitur dicam, ea de re omnem præciſam nobis eſſe dubitationem?

---

[1] *Vide Append. Num.* VI.

§. XXVI. At vero, ut pergam, & hinc etiam dolor ſuboritur, quod penitus perierit (id quod valde metuo) Wodii Hiſtoria Collegii Mertonenſis, in qua conſignanda mirum eſt quantos exantlaverit labores, ſicuti & ipſe amicis ſæpenumero narrabat. Levia proculdubio & puerilia in eadem comparuiſſe non diffiterer, quippe qui & alibi in Wodii ſcriptis judicium deſiderem. quo tamen nomine non eſt quod quiſpiam rejiciat, quum inexplebili eſſet cupiditate Wodius Collegii Mertonenſis decus promovendi, vigilaretque etiam ſemper ad multam noctem lectitando, ſcribendo, & libros componendo, tum ad Collegii tum & ad totius Academiæ res geſtas pertinentes. Me autem vere loqui vel hinc elucеſcat, quod ipſe hanc hiſtoriam Collegii Mertonenſis in Hiſtoria & Antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis diſerte commemoraverit. Nempe hæc in verba, l. II. p. 85. *Hactenus Collegii Mertonenſis fundationem breviter enarravi, quod paucio-*

ribus propterea factum, quoniam peculiarem Sodalitii illius notitiam propalare, reſque omnes ad idem ſpectantes ſeorſim tandem aliquando tractare, in animo eſt. Quæ verba faciunt ut exiſtimem, opus fuiſſe omnibus rerum Mertonenſium ſtudioſis in primis & utile & neceſſarium.

§. XXVII. Ceterum quamvis tot Antonii à Wood adverſaria atque ſchedæ interciderint, vim tamen ingentem etiamnum adſervari nemo poteſt negare, qui Catalogum Codicum MSS. Angliæ & Hiberniæ unquam viderit. Nec tamen eſt, quod quis dicat, in eodem illo Catalogo omnium contineri adverſariorum indicem, quæ poſt ſe reliquerit Wodius. Nam mihi compertiſſimum eſt (nec quidem ulla oſtentatione utor) permulta in privatis nunc manibus eſſe, de quibus non eſt neceſſe, ut nos (etſi non quid nobis utile, verum quid publico neceſſarium atque commodum ſit, fere quæramus) aperte ac glorioſe diſſeramus. Quanquam hoc non tacendum eſſe duco, quædam in manus privatas incidiſſe ipſo Antonio ut ita fieret prudenter dirigente, quippe qui in votis habuerit, ut tandem aliquando à privatis hominibus (ſi fieri poſſet) immortalitati commendarentur, & in reipublicæ litterariæ converterentur uſum. Neque tamen me fallit, non paucos inveniri, qui forſitan eo nomine ipſum damnabunt, quem certe alii potius laudaverint, in quibus & nos ipſos eſſe quid obſtat, quo minus palam enunciemus ac patefaciamus?

§. XXVIII. Quamobrem & ea quoque de cauſſa laude dignum eſſe Antonium arbitror, quod Diarium ſuum moribundus hominis cujuſdam fidei commiſit, neque voluit ut in loco publico poneretur, metuens ne forte fortuna caſu aliquo deplorando periret. Verum enimvero homo ille privatus neutiquam, quod audio, fidem liberavit, aliâs aliud forſitan iiſdem de rebus & ſentiens, & judicans. Sæpius me certiorem fecit vir reverendus, qui nuper ad manes conceſſit, Antonium ad mortem fere uſque Diarium continuaſſe. At ubinam gentium nunc adſervetur pars poſterior, non liquet. Pars autem prior ab auctoris die natali ad anni uſque 1659, & non inferius, aliter atque vir quidam eruditus me olim docuerat [1], finem pertingens, in bibliotheca Harleiana inſtructiſſima reconditur. Nobiliſſimus ſcilicet Harleius (cui dono dederat fecialium princeps Joannes Anſtis, amicus noſter pereruditus) operam dedit, ut ab interitu vindicetur, quemadmodum & ſimilem operam navabit, ne à vaga atque incerta fortuna pars altera corrumpatur & perdatur, ſi modo ad manus unquam pervenerit. At vero eo maxime nomine Harleium in præſentia commemorandum

---

[1] *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 56. *p.* 20.

dum duxi, quod mihi, omne fere tempus inter pugillares ac libellos jucundiſſima quiete tranſmittenti, partem, quam dixi, primam Diarii mutuo dederit.

§.XXIX. Partim è Diario, partim ex aliis pugillaribus vitam propriam contexuit Wodius; ita tamen, ut minus perfecerit. Ad meliorem etenim vitam abiit, quum jam ſub manibus ferveret opus. Deſinit hæc vita in annum MDCLXXII. Apographum penes me habeo, ad fidem autographi (propria ipſius auctoris manu conſcripti) quod mutuo dedit doctiſſimus Tannerus. Hoc Apographum ut typis excudam, efflagitarunt nonnulli. Nec eſt cur vitio vertas, præcipue etiam quum & is, qui communicavit autographum, (è quo deſcripſi) veniam edendi dederit. Contra, quantum ego augurari queo, lectoribus pleriſque omnibus opuſculum erit pergratum. Nam multa complectitur hæc vita ſcitu perquam digna. Unde & illud quoque intelligas, Antonium cenſuiſſe (quemadmodum & ipſe etiam cenſeo) tantam oblectationem eſſe in re antiquaria, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus jucundius percipi poſſit. Fateor autem, alia eſſe in hac vita inepta (quomodocunque hilaritate quadam conſperſa) alia nimium forſitan acerba, à nobis tamen nihilominus retinenda (nam ne quidem fas eſſe duximus, vel tranſverſum, ut aiunt, unguem à Codice

MS. diſcedere) ne fides deſideretur, ſicut ſane deſiderant in curatoribus (quicunque demum illi fuerint) editionis ſecundæ Athenarum Oxonienſium, quam proinde editionem *ſpuriam* appellare jure merito ſoleo. Alii, ſi lubet, pro γνησίοις νόθους ſupponant, & falcem immitentes, editiones librorum mancas emittant, judiciumque ſuum ac prudentiam crepent, nos more noſtro pergamus, mereamurque elogium editorum fidelium & ſincerorum. Hinc enim naturam rerum & veritatem attingere poſſunt lectores, dum contra neceſſe eſt ut in caligine tenebrarum verſentur, ubi ad arbitrium editorum hæc mutantur, illa prorſus reſecantur.

§. XXX. Sed non deerunt, qui à nobis forte requirent, quemnam in finem vitam hanc ſuam conſignaverit Wodius? quibus non multum hæſitans (nam rem à me ſæpe deliberatam, & multum agitatam requirunt) reſpondebo, non alio conſilio feciſſe, quam ut volumini Athenarum Oxonienſium tertio præmitteretur. Certe etenim tertium volumen ſeorſim edere ſtatuerat [1], una cum emendationibus voluminum duorum priorum, quæ jam antea comparuerant. At vero poſtea ita denuo prodierunt duo illa volumina, ut una cum ipſis, tanquam eorundem pars, jungeretur ipſum etiam volumen tertium (vita tamen Wodiana prorſus omiſſa) ſecus atque conſtituerat auctor, qui tam de ſcopo operis, quam & de vita ſua, ſæpius cum amicis habuit colloquium, voluitque ſane, ut verſiculus hicce in XII. tabulis ſervaretur, *Uti lingua nuncupaſſit, ita jus eſto*, id eſt, quod quis ore pronunciaverit, ratum eſto. Hujus legis ſæpius fecit mentionem, & de fidelitate [1] hominis illius, cui ſchedas aliquammultas dono dedit, admodum erat ſollicitus, vehementerque ſibi elaborandum eſſe ſentiebat, ne forſitan verba ſua in contrarium atque volebat ſenſum perverterentur. Subinde etiam contracta fronte, vultuque irato admodum, amicis conqueſtus eſt de fraude preli correctorum, aliorumque etiam, qui in libris ejus examinandis operam ponebant. Quamobrem dixit Antonius, ſe tertium ſuum volumen Athenarum Oxonienſium ut in partibus tranſmarinis excuderetur curaturum; quod ut rectius fieret, cum viro [2] quodam Oxonienſi, hujuſmodi rebus inſtructiſſimo (quippe qui earum uſum mire percalluit) conſilium iniit. Sed quo minus quod animo conceperat perſequeretur, obſtitit ægritudo, quo tempore ſemel atque iterum amicos certiores fecit, ſe mortem nihil timere; ſeptimanas tamen aliquot adhuc etiam agere, ſi Deo Optimo Maximo ita viſum fuerit, in animo ſe habere aiebat, ut vitam propriam ad colophonem perduceret. Sed voti non compos, Antonius (eccleſiæ Anglicanæ filius[1]) placide in Chriſto obdormivit in ædibus paternis die Nov. 28. 1695. anno ætatis 63. quum jam vix conſeneſcere cœpiſſet vir ſane animoſus ac procerus, & qui multos homines humeris ſupereminebat, cadaverque traditum eſt ſepulturæ Nov. 31. mox ſequenti in eccleſia Divi Joannis Baptiſtæ Oxoniæ (cujus funeri deducendo interfuerunt quidam de amicis eruditis) unde fit, ut opuſculum nunc demum prodeat imperfectum, quod tamen omnibus ſuis numeris abſolutum reddere fortean haud multi eſſet ſudoris, ſi adipiſci quis poſſit eruditus partem, quam diximus, Diarii ſecundam; in qua abſque dubio & de campanarum Mertonenſium fuſione nova egit A. D. MDCLXXX. cujus ſane meminit[2] in Regiſtro, quod contexuit, parochiali eccleſiæ Mertonenſis, quod ſemel atque iterum inſpexi beneficio cujuſdam capellani collegii Mertonenſis, ad quod collegium ea de cauſſa contendebam, mihi perquam benigne porrigentis. Et quidem quo minus dubites de ejuſmodi nota in Regiſtro, obſtat deſiderium, quo flagrabat Wodius campanas tum audiendi tum & pulſandi, præcipue ſi forſitan notatu paullo eſſent digniores, moduli que, quod dicunt, majoris, in quorum numero campanæ equidem Mertonenſes ſunt habendæ, licet longe minores, quam vel magna illa campana Ædis Chriſti Oxoniæ, vel etiam campana Lincolnienſis, (ne quid dicam de Thoma Oſneienſi [1]) quas tantopere crepant multi, qui & inſcriptionis quæ viſitur in campana Lincolnienſi, eccleſiæque etiam cathedralis Lincolnienſis dimenſionum mentionem faciunt, ad eundem modum, quo & eaſdem in Appendice [2] è ſchedulis MSS. viri amiciſſimi Thomæ Wardi Warwicenſis divulgandas duximus.

---

[1] *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 83. *p.* 118.

---

[1] *Coll. noſtr. MSS. Vol.* VI. *p.* 38. [2] *Coll. noſtr. MSS. Vol.*V. *p.*139.

---

[1] *Vide Append. Num.* VII. [2] **Mr Ant. a Wood (in his Regiſter of St. John's Pariſh) tells us, that the** 8 **Bells in Merton College Tower were new-caſt in** 1680. *Sic in nota mecum communicata à capellano, quem hîc innuimus.*

§. XXXI. Sed mehercule inquiet nonnemo vel hanc ob rationem hæc vita nobis minus genuina ſive authentica eſſe videtur, quod auctor de ſeipſo tertiâ perſonâ, aliter atque in Diario, paſſim loquatur. At vero hoc de induſtria factum eſt, ne alioqui omnia, ſe ipſo vivente, ſicut deſignaverat, prodeuntia, minime probarentur, faſtidiiſque etiam adhæreſcerent. Quam ob cauſſam & in ipſo itidem Diario primam in tertiam ſimiliter perſonam aliquoties permutavit; id quod tum demum feciſſe opinor, quum vitam, quam proferimus, primum aggrederetur. Sed hæc leviora eſſe puto, quam ut iiſdem diutius immoremur. Itaque illis miſſis, id profecto operam dedi, ut ipſius auctoris voluntatem ubique ſequerer, neque vel verbum vel etiam litteram commutarem; quam rationem opera poſthuma edendi religioſe ſemper tenendam eſſe duximus, qui & illud ſcimus, Wodium ipſum etiam eandem laudare conſueſſe, doloſque ac corruptelas tantopere damnaſſe, ut ea de cauſſa nonnunquam exclamando plane irraucuerit, omneſque, qui id genus criminum rei eſſent, inopes humanitatis, atque inurbanos appellarit.

---

[1] *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 88. *p*. 7. [2] *Num.* VIII.

§. XXXII. Quam Antonii opinionem dum attente conſidero, non poſſum quin encomiis efferam, quod errores ſuos, quotieſcunque de iiſdem ſatisfactum eſſet, ſtudioſe corrigere ſolebat, amicoſque ad ea, quæ veritati accommodate congruerent, ſibi tranſmittenda dies & noctes (ut memoriæ proditum eſt) incitaverit. non aliter atque vir doctiſſimus Rogerus Twyſdenus Hiſtoriolæ de aginatore de Swafham-Market fidem adhibendam eſſe neutiquam duxit, donec à viris, fide digniſſimis, veriſſimam eſſe didiciſſet [1]. Atque hanc laudem jure optimo meritum fuiſſe Antonium, noſtramque orationem quamproxime ad veritatem accedere, abunde declarant ejus ſcripta, pariter atque hominum illuſtrium de ipſo teſtimonia. Quod ſtudium

---

[1] *Vide Append. Num.* IX.

(nam ne valetudini quidem dedit operam) poſtquam deprehendiſſent eruditi, tantum abfuit, ut Antonii opera pervellerent, ut ſane confiterentur, ſibi eſſe perjucunda, ſeque pro virili ipſum eſſe adjuturos. Id quod re vera præſtiterunt. Adeo ut mirum ſit, quantam molem correctionum congeſſerit Wodius, quarum haud paucas acceptas retulit Humphredo Humphreys, epiſcopo tunc temporis Bangorienſi, tandem vero Herefordienſi, viro admodum reverendo, de cujus eruditione perquam honorifice ſemper locuti ſunt omnes Antiquitatum Britannicarum cultores, ſicut & aliquatenus etiam tum è Wodio noſtro [1], tum & ex Edvardi Lhuydii Archæologia Britannica ediſci queat. At vero eo maxime nomine in præſentia mihi commemorandum eſſe duxi, quod obſervationes præclaras, ad viros litteratos Cambro-Britannicos pertinentes, ad Wodium tranſmiſerit, quas (nam nondum prodierunt) nunc demum proferendas eſſe curavi, prout mecum communicavit amicus eruditiſſimus Thomas Bakerus Cantabrigienſis, qui ſane ipſe à Whiteo Kennetto, epiſcopo nupero Petriburgenſi, acceperat. Memet vero edidiſſe multo ſatius eſſe cenſebis, quam ſuppreſ ſiſſe fatique caſibus permiſiſſe. Atque eo etiam lubentius, quod hac in re fecimus, laudabis, quod non alio conſilio, quam ut in lucem emitterentur, ad Bakerum tranſmiſerit Kennettus, ſicuti me certiorem fecit ipſe Bakerus.

---

[1] Ath. Oxon. Vol. II. col. 1183. ed. 2. *He* [Bp. *Humphreys*] *is a Perſon excellently well verſ'd in the Antiquities o* Wales, *and in the Arms and Genealogies of the Gentry o* Wales.

§. XXXIII. Sed quid virorum doctorum in ſubſidiis adferendis diligentiam commemorem, ſi non æque curioſus eſſet Antonius collocator rerum, quas ſciebat? Unquamne quis ſapiens illum laudandum eſſe contendet, qui neque eruditionis, neque peritiæ expers atque ignarus, in eo ſtudium poſuerit, ut etiam, quam ab amicis receperat, rerum notitiam in convitia verteret ac calumnias? Nemo profecto, ut ingenue fatear, ſi modo pudor ullus inſit, ejuſmodi unquam probaverit ſcriptorem. At quî ſciri poteſt, Wodium non fuiſſe veracem, ſed ſummam ubique adhibuiſſe diligentiam, ut viris ſummis labem aſpergeret? Equidem fateor, permulta in Antonii operibus inveniri, quæ à veritate, pariter atque à charitate Chriſtiana, eſſe aliena ſæpe conqueſti ſunt homines aliquot graviſſimi. Unde & referunt, ceſpitaſſe etiam in ætate notanda Comitis nuperi Roffenſis Joannis Wilmoti [1]. Verum Antonius ipſe ſerio ac ſolenniter aſſeverare ſolebat, ſe veritatis fuiſſe ſtudioſiſſimum, partibuſque minime deditum nihil, quod falſum eſſe cognoverat, litteris tradidiſſe. Quinimo & amicis frequenter declarabat, errores in operibus pleroſque omnes aliis, à quibus acceperat, tribuendos eſſe [1]. Proinde nonnunquam amicos certiores fecit, non defuiſſe aliquot, qui narrationes falſas ſibi tranſmiſerint, unde & vix fieri potuit, quin mendæ in opera ſua irrepſerint, quas tamen auctoribus, qui communicaverant, non ſibi ipſi, adſcribendas eſſe dixit. Quapropter & monuit etiam aliquos, Joannem Aubreium quoque, qui crebro epiſtolas dedit, non raro ipſum, quum nimis eſſet credulus [2] Aubreius, in errorem duxiſſe. cui quidem Aubreio [3] (ut obiter notem) & illud etiam tribuendum eſt, quod de Hiſtoricorum recentium principe paucula ediderit, Hiſtorici amicis neutiquam grata, (quippe qui judicabant non decere, ut fama hominis illuſtriſſimi ullis moleſtis aculeis ſcommatum ac contumeliarum pungatur & laceretur) qua de cauſſa pœnas luebat Antonius, erroreſque, modo fuerint errores, magnis detrimentis expiavit, ſicuti academicis aliiſque etiam notiſſimum eſt.

---

[1] Bp. Burnett makes my Ld. Rochester to have been only ſomething above 32 Years of Age. But Gadbury in his Almanack for 1695 tells us, that he was born on April 1°. 11^{h}. manè, 1647. and died July 26. 1680. being then ſomewhat above 33 Years old. He ſays he receiv'd the Account of his Birth from

---

from his Ldſhip himſelf. Anth. à Wood **is guilty of the ſame Miſtake with** Burnett. Coll.noſtr.MSS. Vol.27. p.196.

[1] *Coll. noſtr. MSS. Vol.* VIII. *p.* 211.

[2] *Vide infra, p.* 576, 577.

[3] *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 26. *p.* 39.

§. XXXIV. Multa exempla, ſi vacaret ac neceſſe eſſet, proferre poſſem, quibus facile probarem, ſubinde apud Antonium ortos fuiſſe errores è commercio, quod inſtituerat, epiſtolari, colloquiiſque etiam ab ipſo cum ſociis, quibus uſus eſt pauciſſimis, aliquando habitis. Atque hac in re me nihil fingere, abunde teſtantur illi, quibus cognitus erat. Edo igitur hoc iis cognoſcendum, qui de ipſius virulentia lapſibuſque conqueri ſolent. Verum (ut dixi) exempla prætereo, à quibus etiam abſtinendum eſſe pudor profecto & ingenua quædam timiditas ſuadent. At ne, incaſſum memet hæc monuiſſe, objicias, unum ob oculos ponendum eſſe duxi exemplum, è prima nempe Athenarum Oxonienſium editione, quam ſemper tanquam genuinam citandam eſſe arbitror, quum auctore jam vivo prodierit, alteram vero, poſt mortem emiſſam, tanquam ſpuriam, quum perplura in eadem fuerint prætermiſſa, alia etiam mutata, aliaque deinde (quæ jam mortuo auctore contigerint) inſerta. Quid plura? In hoc opere ſuo elevavit Wodius publicam opinionem, quam de Joanne Worthingtono, S.T.P. conceperant permulti, auctoritatibus illorum, qui publice declaraverant, ipſum Presbyteranum ſive Puritanum fuiſſe. At vero tam illos, quam & Antonium, erraſſe, teſtes mihi ſunt viri aliquot probitate ſingulari, qui de Worthingtoni pietate, integritate, eruditione & do-

doctrina multa nobis narrarunt. Quid quod & ipſe etiam magnus Aldrichius, Ædis Chriſti nuper Decanus, præclare etiam de Worthingtono ſentiebat, ipſiuſque opera juvenibus aliiſque legenda commendavit? Non igitur fuit expers (ſecus atque monuit Wodius) probitatis egregiæ Worthingtonus. Quam quidem noſtram opinionem neque abſurdam neque ineptam, ſed plane veriſſimam, eſſe, ex epitaphio ejus manifeſtiſſimum fore opinor, quod ad calcem invenies, mecum à filio Worthingtoni (qui & contexuit) communicato, qui & excerpta quædam eodem tempore tranſmiſit è Patris reliquiis, quæ mihi pariter atque tibi vel idcirco jucundiſſima ſimul & gratiſſima fore judico, quod ad Ferrariorum familiam ſpectent religioſiſſimam, (nam intereſt certe exempli, ut ejuſmodi ſciamus) illaque etiam corrigant, quæ eodem pertinentia ad principium Langtofti noſtri non ita pridem in lucem emiſimus. Vale lector, & conatibus noſtris, in decus Academiæ Oxonienſis & rei litterariæ commodum, quod ſperamus, ſuſceptis, favere perge. Nec tamen te dimittere poſſum, donec moneam, ad finem Præfationis noſtræ ad Trokeloum pro *Pharaonis* reponendum eſſe *Potipharis* (& tamen quotuſquiſque eſt, qui locum, ad CAROLUM PRIMUM, omnium Regum & clementiſſimum caſtiſſimumque, & litterarum amantiſſimum, pertinentem, videns, non agnoſcat, utramvis ad noſtram rem æque facere lectionem, nihilque proinde intereſſe ſeu *Pharaonis* ſeu *Potipharis* legatur?) meque prelo ſudante Orationem, à D^no^. D^re^. Spencero, quo tempore Jacobus Dux Monemuthenſis in Cancellarium Academiæ Cantabrigienſis inauguratus fuerit, habitam, accepiſſe. Eam nimirum è Muſéo ſuo impertiit amicus eruditus Beaupré Bell, cui & aliis nominibus me devinctum eſſe gratus agnoſco. Ceterum vel ea de cauſſa divulgandam[1] duximus, quod in ea acumen quoddam compareat, monſtretque etiam quanta vis inſit adulationi, qua mire ineſcari ſolebat Dux Monemuthenſis, jure merito poſthac ob perduellionem (nam homines nequam & improbos, qui ad eum ſeſe aggregaverant, fovebat) decollatus, ſicut è rebus geſtis illius temporis liquet, quanquam nemo hactenus eaſdem accurate perſecutus eſt. Hæc ut breviſſime dici potuerunt, ita à me dicta ſunt; & quidem ſine voluntate fingendi, ac mentiendi, quæ eorum eſt, qui opes appetunt, qui lucra deſiderant, quæ res (ſi modo dicere fas ſit) procul à nobis abfuit. Nec eſt cur neges, à quibus abfuit ſtudium lucri, ab iiſdem etiam abfuiſſe voluntatem, & cauſſam fallendi.

Oxoniæ Dec. 15. MDCCXXX.

---

[1] *In Append. Num.* X.

APPENDIX

Ad PRÆF.

Num. I. Vide Præf. §. III.

Concerning the Antiquary and the Orator of Cambridge. From a Letter written to the Publiſher from Cambridge Febr. 1. 1729. by the Reverend Mr. Thomas Baker.

TO your Enquiries, The Antiquary you ſpeak of, I always took to be Dr. Caius himſelf. I know of no other. Having ſent ſuch an account, he was bound in honor to maintain it.

The Orator's name was Maſters. Dr. Nic. Robinſon has left an account of the Queen's Entertainment at Cambridge Aug. 5. *&c. an.* 1564. —— *Publicus Academiæ Orator, Maſterus nomine, homo elegans & exquiſitâ doctrinâ, ex ipſâ Portâ* [Occidentali Sacelli Coll. Regalis] *tanquam è loco quodam ſuperiori, ad dicendum erat paratus, quem ubi animadvertiſſet* [Regina] *componit ſe ad audiendum, ex equo laſcivo ſatis, ac ſententiarum periodos interturbante* —— *Non pertulit ſolum ſub dio longius dicentem, ſed ſereniſſimo etiam vultu eum ſæpius recreavit, ne novâ hâc rerum omnium* *formâ exhorreſceret. Nubeculam quidem adverſæ frontis nemo unquam aſpexit, niſi ſi quid de ejus veriſſimis laudibus intermiſcens Orator, habitaret in ea diutius* ——

Then follows the Oration, with the words exactly the ſame, as printed by Dr. Caius. This Mr. Maſters, William Maſters, was Fellow of King's College, admitted into the Coll. from Eton School *an.*1549. His Character, in my Catalogue of Hatcher partly Latin, is as follows.

An. 1549. *Gulielmus Maſters M. A. Studens in Jure Civ. aliâs Dr.Procurator Acad.*1561, *ejuſdem Orator, homo cum primis eruditus, & maximæ eloquentiæ; hic multarum rerum cognoſcendarum cupiditate ductus, ab excell.Reginâ Eliz.favore & gratiâ Nob. Domini Rob. Leiceſtr. Comitis (apud quem plurimum valuit) mare trajiciendi in Galliam & Italiam ad triennium poteſtatem impetravit. Vir tum Gallicæ linguæ & Italicæ non ignarus, tum Græc. literarum peritiâ facile omnes ſui temporis antecelluit. Sereniſſ. Angl. Reginam Eliz. in Collegium Regium Oratione, non ſummâ ſolum elegantiâ contextâ, ſed magno etiam artificio & candore prolatâ, ſolenniter excepit* 1564, *Aug.*5.

Gul. Maſterus admiſſus Orator Acad. Cant. an. 1563. So you have enough of the Orator. for the Antiquary, Eloquence and Languages were his chief Talent.

Num. II. Vide Præf. §. XI.

*Notes relating to Dr.Caius. E Coll. noſtr. MSS. Vol.*122. *p.* 119.

HAving mention'd what Parker ſays of Dr.Caius in his *Sceletos Cant.* to Mr. Baker, Mr. Baker thereupon wrote to me as follows conc. the ſaid Caius, in his Letter from Cambridge of the 26th. of Oct. 1729. *viz.*

" Parker you may ſafely truſt in what concerns his own " College. In the Continuation of Dr. Caius's Annals of " his College, it is as you have it.

" *Johannes Caius Medicinæ Dr. electus et creatus eſt Cuſtos* " *Coll. de Goneville et Caius* 24 *Jan.an.Domini* 1559. *Et poſt-*

“ *quam functus eſt Officio Cuſtodis ad annos tredecim, menſes*
“ *quinque, et dies* 14. *reſignavit Officium ſuum Cuſtodis Thomæ*
“ *Legge Artium* M^{ro}. *Viro gravi atque docto, et Cuſtodi decimo*
“ *nono*, 27°. *die Junii horâ ſextâ mane ſtatim à precibus anno*
“ *Domini* 1573.

“ *Idem Jo. Caius* 2°. 3°. *et quarto Julii anno Domini* 1573.
“ *curavit, ut Sepulchrum ejus concameratum, in quo reponeretur*
“ *Corpus ejus, conſtrueretur, ſub Tabernaculo Annunciationis*
“ *B. Mariæ, ex parte Septentrionali Summi Altaris in Sacello*
“ *Collegii ſui, expectans Dei voluntatem, gravis annis et*
“ *morbo.*

“ *Idem Joh. Caius natus* 6to. *die Octobris anno Domini* 1510,
“ *poſtquam vixiſſet annos* 62os: *menſes* 10, *& dies* 16, *reſignaſſetque*
“ *Officium ſuum Cuſtodis Collegii prædicti Thomæ*
“ *Legge infraſcripto, homini Norwici oriundo, et profeſſione Juriſperito,*
“ *languido morbo correptus, exhauſtis viribus, in magnâ*
“ *imbecillitate obiit mortem Londini* 29°. *Julii, anno Domini*
“ 1573.

“ *Proximo die* —— *ejus cadaver* —— *Cantabrigiam tranſvectum*
“ *fuit* &c.

“ On the North ſide of the Chappell near the Altar is
“ the Monument of Dr Caius, thus,

“ *Vivit poſt Funera Virtus.*
“ *Fui Caius.*
“ *Ætatis ſuæ* 63. *Obiit* 29. *Julii Anno Dom.* 1573.

“ And in the Continuation of his Annals, this is added:

“ *Poſitum eſt Johanni Caio, ex Alabaſtro Monumentum ſummi*
“ *decoris et artificii, eodem in Sacelli loco, quo Corpus ejus*
“ *antea ſepeliebatur. Cui præter inſculpta illius Inſignia, et annotatum*
“ *ætatis obituſque diem et annum* (*uti vivus Executoribus*
“ *ipſe præceperat*) *duas tantummodo Sententias has inſcripſimus,*

“ Vivit poſt Funera Virtus. Fui Caius.

“ The Dr, as you obſerve, was a Humoriſt, as appears
“ both by his Building, from his Grant of Arms (a Copy
“ whereof I have from the Heralds Office) which ſeems to
“ have been of his own contriving, & otherwiſe. He did
“ ſeem to affect the name of *Caius*, & yet his true name
“ was *Key*.

“*An.*1532,3. *Imprimis conceditur ——Joanni Kees —— ad reſpondend: Quæſtioni.* This you know was Bac. of Arts. Senior of his Year.

“An.1535. *Dominus Keys Incipit in Artibus. Regr̄ Acad. Cant.* Our Matriculation Book does not begin ſo early, ſo cannot be met with there.

“*An.* 1557, 8. *Conceſſum eſt Doctori Caio, ut ſit hîc apud vos in eiſdem gradu, ordine, et anno, quibus fuit in tranſmarinis partibus. Regr̄ Acad.*

“*Idem creatus eſt Doctor Patavii* 13^{o}. *Maii A*^{o}. *Domini* 1541. *ut patet per Literas teſtimoniales à me lectas & conſideratas. Math. Stoks No*^{us}. *Publicus. Ibid.*

“His Book in 4to. as you obſerve, was a Poſthumous work, but it was left in very ſafe & carefull hands, viz. Arch^{bp} Parker's, who bore part of the expence of the Edition, as I find in ſome MSS. Notes of his Son S^{r}. John Parker.

“The D^{r}, in all appearance, was a Roman Catholic, and yet he joyn'd in Communion with the Church of England to the laſt, & came to the Chappell & to our Prayers, as many of the R. Catholicks did till towards that time, when the Pope ſent out his Bull *&c.* His Succeſſor Dr. Legge was popiſhly affected in a high Degree, and probably for that reaſon, was brought in by him, & during that Reign, there was a Popiſh Leaven in that College amongſt the Fellows and Scholars.

Num. III. Vide Præf. §. XVI.

Vita THOMÆ CAII, *cum Latine tum Anglice, ex Antonio à Wood.*

Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. l.II. p.179.

THOMAS CAIUS, vulgo *Key*, in agro *Lincolnienſi* (id quod ego optimis argumentis inducor ut credam) natus, ibique diſciplinis primoribus imbutus, *Oxoniam* amandatus eſt, & in Collegii iſtius [Omnium videlicet Animarum] ſocium cooptatus an. CIↃDXXV. Progreſſus ibidem in ſtudiis uberrimos fecit, adeo ut linguarum græcæ ac latinæ peritiſſimus, Poëta quoque & Orator

inſignis evaſerit; omni etiam genere laudis excellens & (ut [1] inquit *Stanihurſtus*) *Antiquitatum noſtratium plane helluo.* Anno XXXI. gradu Magiſtrali ornabatur, annoque XXXIV. uno omnium conſenſu Scriba ſeu Regiſtrarius Academicus à Senatu togato deligitur, quo munere propter Eloquentiam haud vulgarem digniſſimus habebatur, ſiquidem per ea juxta temporaque prægreſſa, Regiſtrario incubuit Oratoris publici munia obire, ſive Orationibus excipiendi erant Magnates, ſive Epiſtolæ ad eoſdem totius Univerſitatis nomine conſcribendæ. At vero tametſi egregiâ dicendi ſcribendique facultate polleret, nullam tamen in exequendo quod prædiximus munere diligentiam adhibuit, ſive ipſius Academiæ everſionem inſtare arbitratus (quippe temporibus crebris cultûs divini mutationibus turbulentis vixit) ſive, quod veri videtur ſimilius, vitio quodam imis medullis infixo à rebus ſeriis perpetuo avocatus. Utcunque, Univerſitatis geſta & decreta ſcriptis mandare neglexit, & propterea varia accuſationis capita proferentibus Magiſtris, Munere exutus eſt anno CIↃDLII. Qualem mox inde provinciam adierit nequeo dicere; conſtat vero anno LXI. in Collegii *Univerſitatis* Magiſtrum, ſeu Præfectum, cooptatum fuiſſe, & poſt biennium Magiſtrum *Petrum Vannes*, Collegii ab *Henrico VIII.* inſtituti haud ita pridem Canonicum, in Rectoriâ opimâ de **Tredington**, in Diœceſi *Wigornienſi*, excepiſſe, quo perinde Beneficio ac prædicti Collegii Præfecturâ ad obitum uſque fruebatur. Scripſit

Aſſertionem Antiquitatis Oxonienſis *Academiæ*. Lond. 1568. & ibid. 1574. lat.

Hunc ille libellum ſeptem dierum ſpatio conſcripſiſſe fertur, quem Sereniſſimæ *Elizabethæ*, Univerſitatem noſtram anno CIↃDLXVI. inviſenti, obtulit [2]; cum vero ejuſdem Apographum *Johanni Caio*, Medicinæ apud *Cantabrigienſes* Doctori, obtigiſſet, Reſponſionem ille adornavit, *De Antiquitate Cantabrigienſis Academiæ* inſcriptam, quam una cum præfato libello, inſcio authore, typis propa-

---

[1] *In præf. ad Harmon. ad Porphir. Conſtitut. edit.* 1570. 121. 123.

[2] *Fallitur Wodius, ſicuti ex ipſius Thomæ Caii conſtat Vindiciis, à nobis editis.*

T. H.

lavit ſub nomine *Londinenſis*. Id ægre ferens *Caius* noſter, tantam injuriam ulciſci ſtatuit, & Reſponſionem [1] contexuit (partem ejus videre mihi contigit) quam tamen morte præventus in lucem haudquaquam edidit. Multa quoque è linguis aliis in alias transfudit, quorum utique meminere *Baleus* & *Pitſeus*, fatoque in Coll. *Univerſitatis* functus, in Eccleſiâ Divi *Petri* ad Orientem *Oxon.* ſecus parietem aquilonarem ſepultus eſt XX. *Maii* an. CIƆDLXXII. Ulteriorem viri notitiam apud *Lelandum* [2] in Libro *De Encomiis* & *Parkhurſtum* [3] in Epigrammatibus invenies.

Athen. Oxon. Vol. I. col 136.

THOMAS KEY or *Cay*, whoſe name, and the ſame bearers of armes, tho they have continued for ſeveral generations at *Woodſome* or *Woderſome* and elſewhere in *Yorkſhire*; yet I cannot ſay that this our Author was born there, becauſe the ſtatutes of *Allſouls* Coll. (of which he was Fellow) oblige the ſociety to chooſe their Members from the Province of *Canterbury*. His Relations therefore having in his time (and perhaps before) lived in *Lincolnſhire*, I ſhall appoint that County for his native place, but the houſe of Learning in *Oxon.* of which he was originally a ſtudent, I cannot aſſign, unleſs *Univerſity* Coll. Howſoever it is, ſure I am, that he was in 1525 elected Fellow of *Allſ.* Coll. being then about 3 years ſtanding in the Univerſity, where running through the ſeveral *Claſſes* of Logick and Philoſophy, took the Degrees in Arts, and made ſo great a proficiency in his ſtudies, that he became an eminent Latiniſt, Grecian, Poët and Orator, excellent alſo for all kind of worth, and at length *antiquitatum noſtratium plane helluo*, as one [4] is pleaſed to ſtile him. In the Year 1534 he was unanimouſly choſen Scribe or Regiſtrary of the Univerſity, being then eſteemed moſt worthy of that place, becauſe he had a command of his tongue and pen. For in his time, and long before, it was commonly the Regiſtrarie's office to ſpeech it before, and write Epiſtles (as the Orator doth now) to, great perſonages. But as he was excellent in thoſe matters, ſo to the contrary in the performance of his Regiſtrarie's place. For whether it was upon a foreſight of the utter ruin of the Univerſity, which was intended, as he thought, by the Reformers, (for he lived in the changeable times of Religion) or his being beſotted with a certain crime, which he could not avoid till old age cured it, he became ſo careleſs in committing the acts of congregation and convocation to writing, that divers articles being publickly put up againſt him by the Maſters, he was deprived of that place in 1552, and *Will. Standiſh* M. of A. of *Magd.* Coll. ſucceeded by virtue of the King's Letters, ſent to the Univerſity in *Oct.*1543 for the next reverſion of that office. In 1559 he was made Prebendary of *Stratton* in the Church of *Sarum*, by virtue of the Queen's Letters, dated in *Dec.* the ſame year, in 1561 he was elected the Head or Maſter of *Univ.* Coll. (to which he was afterwards a conſiderable benefactor) and upon the death of *Pet.Vannes*, (whom I ſhall anon mention) which hapned in the beginning of 1563, he became Rector of the rich Church of *Tredington* in the County and Dioc. of *Worceſter*: All which he kept to his dying day. He hath written.

---

[1] *Quondam in Bib.* Tho. Allen. [2] Pag. 95. [3] Pag. 79. [4] *Ric. Stanyhurſt* in præfat. ad *Harmon.* in *Porphir. conſtitutiones* —— Edit. 1570.

Aſſertio antiquitatis Oxonienſis Academiæ. Finiſhed on the firſt of *Sept.*1566, as a copie thereof under his own hand in my poſſeſſion, atteſteth. Which book being written within the ſpace of ſeven days, was by him preſented in MS. to Qu. *Elizab.* at her being entertain'd by the Univerſity in the ſaid month of *Sept.* A copie of which book coming into the hands of *Joh. Cay* Doctor of Phyſick of *Cambridge*, he wrot an anſwer to it in a book entit. *De antiquitate Cantabrigienſis Academiæ*, and were both by him publiſhed (contrary to the knowledge of our Author *Cay* of *Oxon.*) under the name of *Londinenſis* ---- Lond.1568. in oct. and there again under the name of *Joh. Caius* an. 1574 in qu. Whereupon our Author being unwilling to ſet down, and ſee himſelf ſo unworthily dealt withal, wrot a reply ſoon after the firſt edition of his *Aſſertio* was printed, bearing this title.

Examen judicii Cantabrigienſis cujuſdam, qui ſe Londinenſem dicit, nuper de origine utriuſque Academiæ lati. Before which is written an Apologie for himſelf why he wrot his *Aſſertio*, and why the ſaid *Reply*. But this book being never printed, there only went about from hand to hand ſome MS. Copies of it; one of them Mr. *Tho. Allen* of *Gloceſter*-hall, and another Mr. *Miles Windſore* of *Corp. Ch.* Coll. had in their reſpective libraries. From one of which Copies, I remember formerly I took ſome notes, being then in other hands, but where either of thoſe Copies are now, in truth I cannot tell. Our Author *Th. Key* tranſlated from Lat. into Engliſh *Eraſmus* his *Paraphraſe on S. Mark*, being that part of the New Teſt. which he was deſired to tranſlate by Qu. *Catherine Parre*. Alſo from Engliſh into Lat. *The Sermons of Dr. Jo. Longland Biſhop of Lincolne*; from Greek into Lat. *Ariſtotle*'s book *De mirabilibus mundi*, dedicated to the Archbiſhop of *Canterbury*; *Euripides his Tragedies*, and the *third oration of Iſocrates*, called *Nicocles*; with other things which I have not yet ſeen. At length arriving to the age of Man, he concluded his laſt day in his Lodgings in *Univerſ.* Coll. about the middle of the month of *May* in Fifteen hundred ſeventy and two, and 1572 was buried on the 20 of the ſame month under the North wall of the alley or iſle, joyning on the North ſide of the body of the Church of St. *Peter in the Eaſt*, near to, and within, the Eaſt gate of the City of *Oxon*. Over his grave, tho there was never any Epitaph to celebrate his memory, yet certain noted [1] Poëts of his time have done it in their reſpective works, by *Encomia*'s and *Epigrams*, to which I refer the curious reader, as they are cited in the margin. As for *Pet. Vannes*, whom I have before mention'd, he was the Son of *Steph. de Vannes* of the City of *Luca* in *Italy*, was brought into *England* by *Andrew Ammonius* his Mother's brother, and made Secretary of the Latin tongue to K. *Hen.* 8. who ſent him to *Rome* with *Steph. Gardiner* and others, to ſollicite the Pope for a divorce from Qu. *Catherine*. In the Year 1527. *March* 5. he was made Prebendary of *South Grantham* in the Church of *Sarum*, upon the reſignation of one *Will. Burbanke*, and in 1529. *Dec.*4. Preb. of *Bedwyn* in the ſame Church, on the reſignation of *Thom. Winter*. In 1534 he was made Archdeacon of *Worceſter* in the place of Dr. *Will. Cleybroke* deceaſed, and the ſame year *Feb.*25. was admitted Preb. of *Bool* in the Church of *York*. In *Feb.*1539, he, by virtue of the King's Letters, became Dean of *Saliſbury*, but whether in the place of *Reymund Pade* who obtained that Deanery in *Januar.*1522. I cannot tell, nor do I know yet to the contrary, but that he was deprived of that Dignity in the beginning of the Reign of K. *Edw.*6. becauſe that one *Tho. Cole* is ſaid [1] to be Dean of *Salisbury* in that King's time. Howſoever it is, ſure I am that *Vannes* was Dean in the time of Qu. *Mary*, and beginning of Qu. *Elizabeth*, and that ſeveral years before, viz. in 1543. *March* 12. he was made Preb. of *Shipton* (*Shipton under wood*) in the ſaid Ch. of *Sarum*, on the death of Dr. *Joh. London*, that in 1545 he occurs one of the Canons of the Coll. of K. *Hen.* 8. at *Oxon*, and ſoon after Rector of *Tredington* in the Dioc. of *Worceſter*. On the ſixth day of *May* 1563 he reſigned his Deanery of *Salisbury*, and in few days after died either in *London* or *Weſtminſter*, leaving then all his wealth to his heir called *Benedict Hudſon* aliâs *Vannes*. This *Peter Vannes* being well known to *Joh. Leland*, he is therefore by him [2] numbred among the famous Men living in the Reign of K. *Hen.*8. He was alſo much in favour with Cardinal *Wolſey*, to whom he wrot divers letters while he continued in *Rome* an. 1528. giving him an account of the affairs of that place, and how matters went relating to the divorce between K. *H.* 8. and Qu. *Catherine*.

---

[1] *Joh. Leland* in *Illuſtr. & eruditorum in Angl. Virorum Encomiis*, &c. Lond. 1589. p. 95. & in *Epigram. Joh. Parkhurſti* Lond. 1573. p. 79. & 121.

Num.IV. Vide Præf. §. XXI.

The Story of Thomas Newland, Prior of St. Alban's, and Eliz. Bywell, è Coll. noſtris MSS. Vol. 124. p. 6. Exſcripſimus autem è Cod. MS. (p.171.) **Remem-**

---

[1] In *A brief diſcourſe of the troubles began at Frankford*, &c. printed 1575. qu. [2] *In Encomiis* &c. ut ſupra p.27.

brances inſcripto (auctore viro cl. Rogero Twyſdeno, Baronetto) nobiſcum communicato ab amico pererudito Joanne Thorpio, M. D. qui noſtram in gratiam mutuo ſumpſerat à Guilielmo Twyſdeno, de Eaſt-Peckham in agro Cantiano, Baronetto.

THOMAS Newland, **Pryor of St** Albons, **ſwes** Elizabeth Bywell **in the Court** Chriſtian, **for ſaying** Cok. lib.4. fol.20.a. **the 10th day of** Aprill, **and at other tymes,** Anno 1480, **diffamatory ſpeeches of hym,** vidz. Thou wouldſt have made me thy harlot. **Whereupon the ſayd** Elizabeth T. 22. Ed. 4. Rot. 143. Bywell, **the wife of** Robert Bywell (**who had before ſued** William **the Abbot of St.** Albons, **and** Thomas Newland Comonachus, **upon an action of falſe impriſonment concerning this matter) procures a prohybition, in which the woman relates the cauſe in theſe words, and how ſhe was uſed by the Pryor, in Engliſh.** The fourth day of *Auguſt*, in the yeere of our Souueraigne lord King *Edward* the 4th the 17. *Thomas Newland*, Pryor of St. *Albons*, ſent for me *Elizabeth Bywell* home to my howſe, by one of hys ſeruants, that I the ſayd *Elizabeth* ſhould ſpeak with the ſayd Pryor. And then I asked of the ſaid ſeruant, where I ſhould ſpeak with hym? And the ſayd ſeruant ſayd, you muſt come in to the Kitchener's chamber. And then I went with the ſayd ſervant to the ſayd Chamber, the ſayd Pryor being in his Coumpting howſe there. And when I came to the ſayd Coumptyng howſe, the ſayd ſeruant opened the dore of the ſame, and the ſayd Pryor was ready there. And the ſayd Pryor ſayd, Elizabeth *good morrow*. And I ſayd, *God give you good morrow Maſter*. And then the ſayd ſeruant ſhut the dore and departed, and then and there the ſayd Pryor tooke me by the hand, and ſet me downe by hym on hys left hand, ſaying to me, Elizab. *how fareſt thou*? And I ſayd, *the better for you Maſter*. And then I ſayd, *Sr. where is your ſeruant that brought me hether*? And the ſayd Pryor ſayd, *peace foole, he will come anon*. And then the ſayd Pryor asked me, *why I went in ſo ſimple Array*? And I ſayd, *this Array is good enough for me on the weeke day*. And then the ſayd Pryor ſayd, *thou ſhalt have better Array, if* *if thou wilt bee a good fellow.* And then he felt my belly, and ſayd, *thou art with Childe, but thou art not quick, but mayſt bee a good fellow*, and kiſſed me twiſe or thriſe, and ſayd ſuch words to me, which I may not reherſe of my womanhood, and put me in ſo great a fray, that I wiſt not what to doe. And then he ſtooped downe, and tooke up my clothes, and then I would have ſmitten him. And the ſayd Pryor then ſaid, *what wilt thou ſmite me?* And then I ſayd, *you would cauſe me to goe to the Dyvell, if I would bee ſo diſpoſed as you bee.* And then I asked of hym, *whether he had ſent my husband, and whether he were hys kinſman or no.* And he ſayd, *my husband was hys kinſman, but foole thou art not.* And then he kiſt me again. And I ſayd, *Sir, weene you that I will make my husband a Cuckold? Nay I love not ſo evell.* And ſo kept me in the ſayd Coumpting howſe againſt my will by the ſpace of two houres. And then came to the ſaid Coumpting howſe doore a perſon and knocked, and ſayd, *Maſter, the Perſons bee come to dyne with you.* And then the ſayd Pryor, and I, and the other perſon aforeſayd went out of the ſayd Coumpting howſe, till wee came to the long Alley, next the ſayd Pryor's Chamber, and ſo I departed. And then as I was going home, the ſayd Pryor called me againe, ſaying to me in this manner of wiſe, *I warne you, that you tell never your husband.* And I ſayd, *I will tell ſome body.* And ſo I departed, and went my way in greate feare.

eademque etc.

Copyed out of a book of Reports had beene my uncle Heneage Finche'**s, is now my brother** Thom'**s,** fol.321. a. b. **in which the whole prohybition was. and this for the ſtory I copyed out, becauſe it is not ordynaryly thus large, though mentyoned by ſome, as by** Wever **in his funerall Monuments, pag.**75.

Num. V. Vide Præf. §.XXI.

From an old Piece of Parchment (but the Seal is off) lent me by the ingenious Thomas Ward (of Longbridge near War-

E Coll. noſtr. MSS. Vol.128. p.117.

Warwick) Eſq;, on July 5. 1725. containing the following Preſentation to the Vicarage of St. Gyles's in the Suburbs of Oxford, which was formerly of the Patronage of Godſtowe Nunnery.

Reverendo in Chriſto patri et Domino, Dnō [1]Johanni, Dei gracia Lincolnienſi Epiſcopo, vere, hum[iliter] et devote, [2]Katerina, Abbatiſſa Beatæ Mariæ virginis et Sancti Johannis Baptiſtæ de Godſtowe, & reverenciam tanto patri debitam cum honore. Ad vicariam perpetuam Eccleſiæ parochialis Sancti Ægidii juxta Oxon̄ veſtræ dioceſis noſtrique patronatus, per liberam reſignacionem magiſtri Willelmi, ultimi vicarii ejuſdem, vacantem, et ad noſtram præſentacionem ſpectantem, dilectum nobis in Chriſto Thomam Marclogh̄ presbiterum paternitati veſtræ præſentamus, humiliter ſupplicantes, quatenus prædictum Dominum Thomam ad vicariam prædictam admittere, ac ipſum vicarium perpetuum inſtituere, ceteraque peragere, quæ veſtro in hac parte incumbunt officio paſtorali, dignemini intuitu caritatis. Dat. in domo noſtra Capitulari, ſub Sigillo noſtro communi, ſexto die menſis Februarii, anno Domini milleſimo CCCC^{mo}. octuageſimo nono[3].

Num. VI. Vide Præf. §. XXV.

Editoris Diſſertatio de Codice MS. in Bibliotheca Collegii MAGDALENENSIS OXONIÆ, *modum creandi Artium magiſtros* Veſperiarum *tempore ſecundum uſum* Oxoniæ *continente.*

ETSI in Codice hocce nihil de cucullo *repererim, non tamen alius eſt ab illo cujus meminit* Brianus Twynus. §. I, II. Profeſſoris Oratio *in eodem Codice adſervata. At vero*

---

[1] Johanni Ruſſel. He was tranſlated from Roch. a°. 1480. & died Jan. 30. 1494. See Le Neve's Faſti, p. 141.

[2] Katherine Field Abbeſs a°. 1480. and ſucceeded by Iſabell Brainters or Braynton, of whom we have mention a°. 1495. and 1516.

[3] 5 Hen. VII.

Profeſſoris *quodnam fuerit nomen*, *incertum plane eſt*, *quamvis* Inceptorum *nomina compareant*. §. III. *Quemadmodum &* tractatûs *totius* Collectoris *nomen nos etiam prorſus latet.* §. IV. Inceptorum *numerus* quinarius *in* tractatu *commemoratorum*, *qua de cauſſa nobis pergratus?* §. V. Quæſtiones, *ab* Inceptoribus *ventilatæ*, *ſigillatim recenſitæ*. §. VI. Facies *in Codice MS.* humana cucullum, *ut videtur*, *cujus mentio apud* Twynum, *reſpicit*. Brutiorum *nummus illuſtratus* Calvertianus. Pittacia *antiqua*. §. VII. Inceptorum, *in* Oratione *nominatorum*, *deſcriptio ab hodiernorum* terræ-filiorum *conſuetudine non abhorret*. §. VIII. Orationis *Fragmentum*. §. IX. *In quo* Fragmento mediclinii *pro* mediæ lineæ *legitur*; *haud aliter atque alibi* exafrenon *pro* exameron. Tera *antiquitus pro* terra; *uti etiam* πετοπωμένος *pro* πετυπωμένος. §. X. Domus Kalendarum Briſtolliæ & Wintoniæ. Somneri *lapſus*. *Ejuſmodi* Domibus *unde nomen?* Brianus Twynus *emendatur*. §. XI. Gildæ religioſæ *aliæ utique atque* Gildæ ſeculares. Corveſariorum *Gilda* Oxonienſis. §. XII. **Schobyrig** *in agro Surreienſi unde nomen tulerit?* Tabella *manerii de* Feens topographica. *De ejuſmodi* tabellis *per occaſionem quæſitum*. §. XIII.

§. I. *Codicem* hunc pervolvi beneficio optimæ ſpei juvenis *Joannis Lovedaii*, è Collegio *Magdalenenſi* ſuperioris ordinis *commenſalis*. Non alius eſt ab illo, cujus meminit *Brianus Twynus* in *Apologia* l. III. n. 339. hiſce nempe verbis: *Extat in bibliotheca Magdalenenſi Oxon. liber ſatis vetus MS. qui Oxonienſem creandorum magiſtrorum in veſperiis uſum, moremque continet, in quibus reſponſurus, cucullo faciei atque capiti obducto inter ſuos tanquam verecundiæ litans, aut quod diſputantes ignorare videatur, ſedere ſolebat, quærique ab illo tria*, ſub quo ſcilicet, in quo loco, & quo in tempore inciperet, *quibus reſponderi* ſub meipſo licet indigno in Eccleſia S. Mariæ Virginis: & craſtina die ante Nonam.

§. II. Etſi nihil de *cucullo* in ipſo *Codice* invenerim, verba tamen illa, characteribus *diverſis* diſtincta, illico mihi occurrebant, aliquantulum autem diſcrepantia. Hunc nempe in modum: *Hîc ſolent* 3ª *quæri*, *ſ. ſub quo iſti inceptores incipient*, *in quo loco incipient*, *& in quo tempore incipient? Ad* *quæ reſpondendum eſt, quod ſub me licet indigno, & in eccleſia ſanctæ Mariæ virginis, & craſtina die ante nonam cc.*

§. III. Formula hæc, triplici quæſtione concepta, proxime excipit *Orationem* quandam (cujus *Thema*, *Scientis ſignum eſt poſſe docere, p° metaphyſicæ*) ſcholaſtico ac philoſophico more ſcriptam. Cujus equidem *Orationis* auctor fuit *Artium ac Philoſophiæ* quidam *profeſſor*, qui & eandem in *Veſperiis* coram *Inceptoribus* aliquot habuit. *Profeſſoris* quodnam fuerit nomen, non conſtat. E *collegio* autem neſcio quo fuiſſe fidem facit *Oratio*. Quomodocunque ſit, inter ſcriptores *anonymos*, *Henrici* V^{ti}. æquales, numerârim. At vero *profeſſoris* nomen quantumvis non compareat, quinque tamen *Inceptorum*, coram quibus *Orationem* habuit, nomina exhibuit *Codex* ipſe *MS^{tus}*, quemadmodum & *quæſtiones*, ab *Inceptoribus* ventilatas, ſimul etiam tradidit. Sed quo modo fit, ut *quinque* duntaxat prodiderit memoriæ *Inceptores?* An quod in *Veſperiis* tunc temporis non plures fuerint, an quod è re ſua plura nomina edere haud cenſuerit *Orationis* auctor? Ut aperte dicam, mihi ſane videtur, ea duntaxat *Inceptorum* nomina hîc divulgare in animo habuiſſe, qui ex eodem fuerint ſeu *collegio*, ſeu *aula* vel *hoſpitio*, è quo & ipſe ſane fuerit. Abſit igitur, ut putes, *Inceptores Academicos* non majorem quam numerum *quinarium* confeciſſe, vel etiam in ipſo illo *collegio*, ſive *hoſpitio* vel *aula*, ex quo & ipſe eſſet *profeſſor*, *Inceptorum* illo anno majorem quam *quinarium* numerum neutiquam exſtitiſſe.

§. IV. Quemadmodum autem *Orationis* auctoris nomen nos prorſus latet, ita & *tractatus* totius *conditoris* ſive *collectoris* nomen æque mihi incognitum eſſe lubens fateor. Quamvis enim ad principium Codicis *Willelmi Kyrkgarth* legatur nomen, is tamen *poſſeſſor* tantummodo totius *Codicis*, non *conditor* re vera hujus *tractatus* erat. Sic enim verba ſe habent[1]: *Iſte liber conſtat Willo Kyrkgarth in aula Boſtar Eborum dioceſis, poſtea Rector eccleſiæ B. Mariæ Magdal. Lyncoln*, ita tamen ut ipſe *Kyrkgarthus* hæc ſolummodo ſcripſerit, *iſte liber conſtat Willo Kyrkgarth in aula Boſtar* (quam aulam inter *Oxonienſes* aulas *veteres* olim celebrem fuiſſe compertum habeo) *Eborum dioceſis* adjecerit alia manus, *vetuſta* licet et ipſa, ad indicandum, munere aliquo functum eſſe *Kyrkgarthum* in diœceſi *Eboracenſi*, verbaque poſtrema addiderit *Wodius* noſter *Oxonienſis*, qui (dum ſtudebat omnem antiquitatem Univerſitatis Urbiſque etiam *Oxonienſis*, quæ in tenebris jacebat, excitare, litteriſque illuſtrare) *Codicem* ſedulo pervolutaverat. Ceterum, quicunque fuerit *collector*, mihi tamen videtur, eundem fuiſſe vel *Collegio*, vel *Aulæ* ſive *Hoſpitio* cuidam *Oxonienſi* à commentariis.

---

[1] *Coll. noſtr. MSS. Vol.*126. *p.*46.

§. V. Equidem vehementer gaudebam, quum primum viderim numerum, quem dixi, *quinarium*. utpote in quo repererim *Robertum Gloceſtre*. Etſi enim *Robertus* iſte non ſit hiſtoricus ille *metricus*, è Codice eximio *Harleienſi* à nobis nuper editus, non alium tamen eſſe opinor atque *Robertum* illum *Glouceſtrienſem* in Epiſtolis *Oxonienſium*, ſicuti me docuit cl. *Tannerus*, memoratum. An & ipſe rei *hiſtoricæ* itidem eſſet peritus, non eſt manifeſtum. Hoc certiſſimum eſſe judico, in re *philoſophica* optime verſatum fuiſſe. Quapropter & ipſi aliquanto majus atque difficilius onus, quam cuivis uni ex reliquis hac in diſceptatione *philoſophica*, aſſignatum fuiſſe cenſuerim. Neque tu, ut videtur, diſſenties, ſi *quæſtiones*, à ſingulis ventilatas, conſideraveris, quæ eo, quo & in Codice MS. *Magdalenenſi* deſcribuntur, hîc ſubſequuntur[1] ordine.

quæſtio prima. §. VI. *Quæſtio prima (ad quam reſpondebit primus noſter inceptor, Dominus Robertus Dobbys) eſt hæc in forma: Utrum ſidus legalis juſticiæ, præclaro fulgeſcens lumine, in emiſperio voluntatis, mores regat, dampnet vicia, pœnas inferat, detque præmia inmenſæ dignitatis?*

quæſtio 2a. *Quæſtio 2ª (ad quam reſpondebit ſecundus noſter inceptor, Dominus Johannes Lyttylton̄) eſt hæc in forma: Utrum futura contingencia, comparans ad præſencia, prudencia cardinalis, praxim regat intellectus, cui concors eſt effectus, appetitus racionalis?*

quæſtio 3a. *Quæſtio 3ª (ad quam reſpondebit 3us noſter inceptor Dominus Thomas Eland) eſt hæc in forma: Utrum Gigas virtuoſæ potenciæ*

---

[1] *Coll. noſtr. MSS. Vol.126. p.32.*

vicium repellens vecordiæ, terribilia aggrediendo, pacienter pro re publica, mortis ſubiciat pericula, injurias ſuſtinendo?

Quæſtio 4a (ad quam reſpondebit 4us noſter inceptor Dominus Thomas Vycary) eſt hæc in forma: Utrum moralis temperancia, qua carnalis petulancia in exilium religatur, ſit appetitus ſobrietas, cui pudica caſtitas frequencius maritatur? quæſtio 4ta.

Quæſtio 5a (ad quam reſpondebit 5us noſter inceptor Dnus. Robertus Glocefter) quæ de licencia dominorum procuratorum, & cum ſupportacione hujus venerabilis auditorii, eſt diucius pertractanda, eſt hæc in forma: quæſtio 5a.

Utrum potenciarum imperatrix, celſa morum gubernatrix, vis libera racionalis, ſit laureata dignitate, eleccionis conſiliatæ, ut domina principalis?

§.VII. Quinetiam & idcirco oppido gaviſus ſum, quod in hoc *tractatu ſchedulam* quandam invenerim, nihil præter *faciem* quandam *humanam* continentem. Primo intuitu exiſtimavi, hanc *faciem*, minus eleganter delineatam, *luſum* tantum fuiſſe manus cujuſdam *puerilis*. id quod ſæpius fit in *Codicibus antiquis*. Tandem vero concluſi, reſpicere ſane *cucullum* illud de quo *Brianus Twynus*. Opinionem firmat color *atramenti*. Nec tamen diſſimulandum, *faciem* non obtegi, ſed *nudam* apparere. Attamen, id quod ad rem maxime pertinere cenſeo, *velum* quoddam *monaſticum* in capite conſpicitur, *modeſtiæ* procul dubio argumentum. Nam & omnigena *vela* pudorem ſignare, notius eſt quam ut probari debeat. Inde ſane & in *Brutiorum* nummo quodam, mihi donato ab amico nobili ac erudito *Benedicto Leonardo Calverto*, Armigero, *velum* ſive *circulum* (σκιάδιον, ſi lubet, appellent alii) juxta *Martis* effigiem *modeſtiæ* etiam ſymbolum eſſe arbitror. *Brutii* populi erant virtute *militari* inſignes, multaſque victorias reportarunt. At vero tanta ornati erant *modeſtia*, ut *Marti* potius quam propriæ *fortitudini* tribuendas eſſe duxerint. Χώρα Βρεττία *Stephano* appellatur terra illa *Brutiorum*, pars *Italiæ* ultima. Hodie *Calabria* audit. Atque prope mare eſſe indicat quoque in nummo noſtro *Calvertiano Cancri* figura, oræ *maritimæ* abſque dubio ſymbolum. Sed his miſſis, ad *ſchedulam* redeamus, quæ mihi videtur ex illis eſſe, quas *pittacia* appellaverint *mediæ ætatis* ſcriptores. Quidni & idem quod *Anglo-Saxo-*

nicum boc-ꝼel eſſe dixerim? Quam vocem *Anglo-Saxonicam* adhibuit etiam ipſe *Edgarus*, *Anglorum* rex, in *Concordia regulari* à *Seldeno*[1] typis edita. Voxque *pitacium* [ſive *pittacium*] in Verſione antiqua *Latina*, ab ipſo itidem *Seldeno* divulgata, ad amuſſim reſpondet, quantum ego *Anglo-Saxonice* ſcripta intelligere poſſum.

§. VIII. Ceterum & illud demum maxime placuit, quod in *profeſſoris Oratione* deſcriptio *Inceptorum* habeatur ſatis jucunda ac utilis. E *ſignis* etenim aliquot, qualis fuerit quiſque, *auditoribus* explicuit, *vitia* ſimul notans, quibus & *Inceptores* aliquando forſitan eſſent contaminati. Qui mos *vitia* perſtringendi ſicut *laudabilis* eſt, ita & congruum eſſe mori recentiori in uſu apud *terræ-filios* fere dixerim. Quin & morem originem ſumpſiſſe ab ipſo ævo *Ælfredi Magni* exiſtimârim, qui, ut *juvenum* in *Orationibus* itidem vitia damnarentur, ni fallor, in mandatis dederat. De qua tamen re obſtat quo minus ſcienter dicamus, *Statutorum Aluredianorum* deſiderium, jam, ut videtur, penitus deperditorum. Nam *Statuta* illa *Aularia*, à nobis apud *Lelandum* emiſſa, alia atque *Alurediana* eſſe abunde conſtat. Nec tamen diffiterer, & ipſa etiam eſſe *valde antiqua*. Sed ne plura, quam decet, proferam, *Orationis profeſſoris* fragmentum ipſum ſubjiciam, in quo *Inceptorum* maculas paucis tetigit. Itaque hunc in modum ſe habet *fragmentum*.

§.IX. *Cum honor ſit exibicio reverenciæ in teſtimonium excellenciæ per verba vel facta, utinam minima ſintilla virtutis aut virtuoſi operis intellectus mei diffidenciam irradiaret, ut facto vel verbo, nutu vel ſigno, honoris reverenciam* inceptoribus *poſſem veraciter exibere. Nam, quamvis indignus*, profeſſor *nuncupor* veritatis. *Ne igitur ſplendor tam radioſi nominis* falſitatis *caligine maculetur*, veritatis *ſemitam in dicendo lingua ſcienter non tranſgredietur, & ſi vera dixero, indignacionem* Inceptorum *indubitanter incurram. Inter malleum igitur & incudem poſitus, quid eligam ignoro, ſilere verecundor, loqui non audeo. quo me divertam, ut ſarcinam* indignacionis *ſubterfugiam, &* veritatis *lucerna ſplendeat in apertum? Revera armorum* moderatoris *habitu veſtiri me curavi, &* inceptorum *naturalis*

---

[1] *Spicileg. ad* Eadmerum, *p.*146.

XXXII. **Peter Langtoft's Chronicle**, (*as illuſtrated and improv'd by* **Robert of Brunne**) *from the Death of Cadwalader to the end of K. Edward the Firſt's Reign. Tranſcrib'd, and now firſt publiſh'd, from a MS. in the Inner-Temple Library. To which are added, beſides a Gloſſary and other curious Papers,* (1.) *A Roll concerning Glaſtonbury Abbey, being a Survey of all the Eſtates belonging to that Houſe at the Diſſolution, taken by King Hen. the Eighth's order and for his uſe.* (2.) *An Account of the Hoſpital of St. Mary Magdalen near Scroby in Nottinghamſhire, by John Slacke, Maſter of that Hoſpital.* (3.) *Two Tracts by an anonymous Author; the firſt relating to Conqueſt in Somerſetſhire, the ſecond concerning Stone-henge. In two Volumes* 8vo. Oxon. è Th. Sheld. 1725. NB. *The foreſaid Roll conc. Glaſtonbury Abbey, was printed from a Copy given to the Publiſher by the ingenious Charles Gray, of Colcheſter, Eſq;. who had it tranſcribed from (and he afterwards compared it himſelf with) the Original in his own hands, a thing he gives me leave now to mention, tho' at that time (for ſome prudential reaſons) he deſired his name might be concealed.*

XXXIII. Johannis, confratris & monachi Glaſtonienſis, Chronica, ſive Hiſtoria de rebus Glaſtonienſibus. E Codice MS. membraneo antiquo deſcripſi edidique. E quo Codice & hiſtoriolam de antiquitate & augmentatione vetuſtæ Eccleſiæ S. Mariæ Glaſtonienſis præmiſi, multaque Excerpta è Richardi Beere (Abbatis Glaſtonienſis) Terrario hujus cœnobii ſubjeci. Accedunt, Quædam, eodem ſpectantia, ex egregio MS. nobiſcum communicato ab amicis eruditis Cantabrigienſibus, ut & Appendix, in qua, inter alia, de S. Ignatii Epiſtolarum Codice Medicéo, & de Johannis Dee, Mathematici celeberrimi, vita atque ſcriptis agitur. Duobus Voluminibus. Oxon. è Th. Sheld. 1726. 8vo.

XXXIV. Adami de Domerham Hiſtoria de rebus geſtis Glaſtonienſibus. E Codice MS. perantiquo, in bibliotheca Collegii S. Trinitatis Cantabrigiæ, deſcripſi primuſque in lucem protuli. Quin & (præter alia, in quibus Diſſertatio de Inſcriptione perveteri Romana, Ciceſtriæ nuper reperta,) Guilielmi Malmeſburienſis librum de Antiquitate Eccleſiæ Glaſtonienſis, et Edmundi Archeri Excerpta aliquammulta ſatis egregia è Regiſtris Wellenſibus, præmiſi. Duobus Voluminibus. Oxon. è Theatro Sheldoniano 1727. 8vo. *NB.* Vir amiciſſimus Thomas Bakerus dum nuper Roberti Bradii, clariſſimi hiſtoriographi, adverſaria excuteret, in laciniam ſequentem forte fortuna incidit. Curioſam eſſe & penſiculatione dignam proculdubio judicabis. Nec tamen puto, virum pium ac religioſum, in eadem commemoratum, pro votis reliquias Joſephi reperiſſe. Quam noſtram opinionem & ipſa etiam ſtabilit Bakeri ſententia. Nec tamen interea diffitendum eſt, nos ſentire, Joſephum Glaſtoniæ re vera fuiſſe ſepultum. Sed noſtræ ſententiæ vix ſubſcribent, qui veterum hiſtoricorum fidei detrahunt. Nedum illi, qui & Sacrarum Scripturarum auctoritatem pro virili diminuunt, è quibus illi minime ſunt eximendi, qui obtendunt, earundem accuratiſſimam nunquam prodiiſſe editionem. Quid mirum? quando Arianos ſane eſſe, vel ſaltem Arianorum fautores, opera clare oſtendunt. Sed ne moram ulteriorem interponamus, ſubjiciamus, quam dixi, antiquitatis laciniam. *Rex omnibus ad quos* &c. *Salutem. Supplicavit nobis Joannes Blome de London, ut cum ſibi, ſicut aſſerit, Divinitus ſit injunctum, ut venerandum Corpus Decurionis nobilis Joſephi ab Arimathea, quod infra ſepta Monaſter̄: Glaſton̄: in Chriſto quieſcit humatum, et eſt ad honorem et multorum ædificationem, his temporibus reveland: quærat, donec in-*

invenerit, diligenter. Et quia in quibuſdam antiquis ſcripturis dicitur contineri, corpus ejus ibidem fuiſſe ſepultum. Nos ſi ſit ita, deſiderantes monumentum ejus venerand: ipſius Reliquias, qui Redemptori noſtro morienti, tantum exhibebat pietatis et humanitatis obſequium, corpus ejus de Cruce deponendo, et illud in monumento novo ponendo, devotis honoribus provenire, et ſperantes nobis, et toti Regno noſtro, ex Revelatione prædicta, gratiam uberiorem provenire: Conceſſimus et licentiam dedimus, quantum in nobis eſt, eidem Joanni, quod ipſe infra Præcinctum dicti Monaſterii fodere, et illas pretioſas Reliquias, juxta Conjunctionem et Revelationem ſibi factam, quærere valeat in locis, ubi melius viderit [1]experire. Dum tamen abſque dampno Dilectorum nobis in Chriſto Abbatis et Conventus dicti Monaſterii, et ruina Eccleſiæ et Domorum ſuarum ibidem id fieri valeat; et quod ad id, ipſorum Abbatis et Conventus licentiam habeat et aſſenſum. In cujus &c. Teſte Rege apud Weſtm^{r}. 10. die Junii. Per ipſum Regem.

Ex Rotulo Patentium de A°. 19
Ed. 3. Parte prima. M. 8.

What the Event was, (inquit Bakerus) **does not appear, no doubt, a Diſappointment.**

XXXV. Thomæ de Elmham Vita et Geſta Henrici Quinti, Anglorum Regis. E Codicibus MSS. vetuſtis deſcripſi, & primus luci publicæ dedi. Oxon. è Th. Sheld. 1727. 8vo.

XXXVI. Liber Niger Scaccarii. E Codice, calamo exarato, mihique à Richardo Graveſio Mickletonienſi donato, deſcripſi & nunc primus edidi. Qui et cum duobus aliis Codicibus MSS. contuli, Wilhelmique etiam Worceſtrii Annales rerum Anglicarum (antehac itidem ineditos) ſubjeci. Duobus Voluminibus. Oxonii, è Th.Sheld. 1728. 8vo.

XXXVII. Hiſtoria Vitæ & Regni Ricardi II. Angliæ Regis, à Monacho quodam de Eveſham conſignata. Acceſſerunt, præter alia, Joannis Roſſi Hiſtoriola de Comitibus Warwicenſibus; Joannis Bereblocі Commentarii de rebus geſtis Oxoniæ, ibidem commorante Elizabetha Regina; & D. Ricardi Wynni, Baronetti, Narratio hiſtorica de Caroli, Walliæ Principis, Famulorum in Hiſpaniam Itinere A. D. MDCXXIII. E Codicibus MSS. nunc primus edidi. Oxon. è Th. Sheld. 1729. 8vo.

---

[1] F. expedire.

XXXVIII. Johannis de Trokelowe Annales Edvardi II. Henrici de Blaneforde Chronica, et Edvardi II. Vita à Monacho quodam Malmesburienſi fuſe enarrata. E Codicibus MSS. nunc primus divulgavi. Quin &, præter Appendicem (in qua, inter alia, Ordinationes Collegii Orielenſis) Monumenta quædam vetera, ab Edmundo Archero communicata, ſubjunxi. Oxon. è Th. Sheld. 1729. 8vo.

XXXIX. Thomæ Caii (Collegii Univerſitatis regnante Elizabetha Magiſtri) Vindiciæ antiquitatis Academiæ Oxonienſis contra Joannem Caium, Cantabrigienſem. In lucem ex Autographo emiſi. Porro autem non tantum Antonii à Wood Vitam, à ſeipſo conſcriptam, & Humphredi Humphreys (epiſcopi nuper Herefordienſis) de viris claris Cambro-Britannicis Obſervationes, ſed et reliquias quaſdam, ad Familiam religioſiſſimam Ferrariorum, de Gidding Parva in agro Huntingdonienſi pertinentes, ſubnexui. Duobus Voluminibus. Oxon. è Th. Sheld. 1730. 8vo. NB. Pag. 38. l. 25. *poſeſſionem*] L. *profeſſionem*. P. 133. l. 10. *Permanſiſſe Stamfordienſe,*] L. *permanſiſſe Samfordienſe*. P. 262. l. 19. *Æthelmus*] L. *Æthelhelmus*. P. 448. l. 22. *Eq;.*] L. *Eſq;*. P. 468. l. ult. Dele, *And their* Diarium. P. 526. l. 17. *aud*] L. *and*. P. 582. l. 25. *Acquintance*] L. *Acquaintance*. P. 592. l. ult. *oſ*] L. *of*. P. 750. l. ult. *Neighour,*] L. *Neighbour*. Præf. p. xviii. l. ult. *quipe*] L. *quippe*.

THE NAMES OF THE SUBSCRIBERS.

NB. *An Aſterisk is put before thoſe that ſubſcrib'd for large Paper, a Dagger after thoſe that ſubſcrib'd for ſeveral Copies.*

A.

EDWARD Acton, LL. B. Rector of Bentworth in Hampſhire, and Chaplain to the Right Hon^{ble}. Talbot Earl of Suſſex.

Thomas Allen, M. A. Rector of Murſton and Kingſdown in Kent. †

John Anſtis, Eſq. Garter, Principal King of Arms.

Edmund Archer, D. D. Archdeacon of Wells.

B.

* Thomas Bacon, aliâs Sclater, of Catley near Linton in Cambridgeſhire, Eſq.

Thomas Baker, B.D. of St. John's-Coll. Cambr.

William Baker, D. D.

* Charles Bale, M. D. [deceas'd.]

* Oliver Battely, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.

Mr. William Bedford.

Beaupré Bell, Eſq. M. A. of Trin. Coll. Cambr.

Thomas Bowdler, Eſq. †

Henry Bradſhaw, of Marple in Cheſhire, Eſq.

Ralph Bridges, D. D. Vicar of South-Weald in Eſſex, and formerly Chaplain to the Right Rev. Father in God Henry (Compton) Ld. Biſhop of London.

* William Brome, of Ewithington near Hereford, Gent.

* The Hon^ble^. William Bromley, Eſq. Member of Parliament for the Univerſity of Oxford.

Thomas Bryan, Eſq.

Edward Burton, of the Middle-Temple, Eſq.

C

* The Hon^ble^. Benedict Leonard Calvert, Eſq. Governour of the Province of Maryland in America.

Francis Canning, of Foxcote in Warwickſhire, Eſq.

The Reverend Mr. Thomas Carte.

Seymour Cholmondeley, of Holford in Cheſhire, Eſq.

*The Hon^ble^. George Clarke, Eſq. D. Civ. L. Member of Parliament for the Univerſity of Oxford, and Fellow of All-Souls-College in the ſame Univerſity.

Walter Clavell, of the Inner-Temple, Eſq. F. R. S.

The Rt. Honourable Henry Lord Coleraine, Baron of Coleraine in the Kingdom of Ireland.

* Edward Collingwood, of Newcaſtle, Eſq.

The Reverend Mr. George Coningsby, M. A. Rector of Bodenham in Herefordſhire.

* The Hon^{ble}.Cuthbert Conſtable, Eſq. †

Nicholas Corſellis, Eſq. B. Civ. L. of Lincoln-College Oxon.

Sir Clement Cottrell, Kt. Maſter of the Ceremonies.

The Reverend Mr. John Creyk, M. A.

* Thomas Crowe, of London, M. D.

D

Charles Davis, of London, Bookſeller.

Peter Davis, Eſq. Recorder of Wells.

Francis Dickins, L. D. Regius Profeſſor of Law of the Univerſity of Cambridge.

* The Honourable Major General James Dormer, Eſq.

E

Sir John Evelyn, of Wotton in Surrey, Baronet.

* Sir Robert Eyre, Kt. Lord Chief Juſtice of the Common-Pleas.

F

* The Rt. Honourable Thomas Ld. Foley, Baron Foley, of Kidderminſter in Worceſterſhire.

* Martin Folkes, Eſq.

Richard Frewin, M. D. Camden Profeſſor of Hiſtory in the Univerſity of Oxford.

Thomas Frewin, of Lincolns-Inn, Eſq.

G

The Honourable Roger Gale, Eſq. F. R. S.

Samuel Gale, Eſq.

The Reverend Claude Gilbert, D.D. Vice-Provoſt of Trinity-College in Dublin.

Thomas Girdler, D.D. Rector of Reedham in Norfolk.

The Reverend Mr. Charles Godwyn, M.A. of Balliol-College Oxon.

* Thomas Goodman, M. D. Phyſician in ordinary to his Majeſty.

Mr. Thomas Granger.

The Reverend Zachariah Grey, LL. D. Rector of Houghton Conqueſt Com. Bedf.

John Griffin, of Sareſden in Oxfordſhire, M.A.

* Sir Richard Groſvenor, of Eaton in the County of Cheſter, Baronet.

* The Honourable Francis Gwyn, of Ford-Abbey in Devonſhire, Eſq.

Fletcher Gyles, of London, Bookſeller. †

H

George Harbin, M. A.

* Philip Harcourt, of the Inner-Temple, Eſq.

* Edward Harley, Eſq. M.A. of Chriſt-Church Oxon.

William Holwell, of Exeter, Eſq.

The Reverend Mr. John Hotchkin, M. A. Rector of Abbat's-Ripton in Huntingdonſhire.

I

* William Inge, of Thorp-Conſtantine in Staffordſhire, Eſq.

* James Joye, of Duke ſtreet Weſtminſter, Eſq.

Sir Juſtinian Iſham, Baronet, Knight of the

Shire for the County of Northampton.

Benedict Ithell, of Temple Dinſley in Hertfordſhire, Eſq.

K

Charles Kimberley, of Northampton, M. D.

*William King, D.Civ.L. Principal of St. Mary-Hall Oxon.

L

Gilbert Lake, B. D. Vicar of Chippenham in Wilts. [deceas'd.]

Henry Layng, M. A. Rector of Pauler's-Pury in Northamptonſhire.

Smart Lethieullier, Eſq. F. R. S.

*Richard Levett, M. A. Rector of Blithfield in Staffordſhire.

*Lincoln-College Library Oxon.

*The Right Honourable George Henry (Lee) Earl of Litchfield.

John Loveday, Eſq. Gent. Com. of Magd.Coll. Oxon.

Francis Lutterell, of the Middle-Temple, Eſq.

*Charles Lyddell, B.Civ. L. Rector of Ardingly in Suſſex.

*Richard Lyddell, Eſq.

M

*Richard Mead, M. D. F. R. S. †

*Samuel Mead, Eſq. †

John Burchard Menckenius, Counſellor and Hiſtoriographer to the King of Poland.

Conyers Middleton, D.D. Principal Librarian of the Univerſity of Cambridge.

Sir Charles Mordaunt, Baronet.

* Richard Moſtyn, of Penbedw, Eſq.

* Sir Roger Moſtyn, Baronet.

John Murray, of London, Gent.

* Robert Myddelton, of Chirk Caſtle in Denbighſhire, Eſq.

N

Robert New, of the Middle-Temple, Gent.

* His Grace Thomas Holles (Pelham) Duke of Newcaſtle.

Mr. Francis Nicholſon, of Stockport in Cheſhire.

John Nicoll, M. A. ſecond Maſter of Weſtminſter School.

O

* The Rt. Honourable Edward (Harley) Earl of Oxford and Earl Mortimer. †

P

* The Right Honourable Thomas (Herbert) Earl of Pembroke.

Mr. Prowſe of Chriſt-Church Oxon.

R

Thomas Rawlins, of Pophills in Warwickſhire, Eſq.

* Richard Rawlinſon, D. Civ. L. of St. John's Coll. Oxon. and F.R.S.

Richard Richardſon, of North-Bierly in Yorkſhire, M. D.

* Mr. Thomas Richardſon, of London.

S

Joſeph Sandford, B. D. Fellow of Balliol-College Oxon. †

* Sir Thomas Sebright, Baronet. †

Edward Sheldon, Eſq.

Matthew Skinner, of Lincoln's-Inn, Eſq. Serjeant at Law, and Recorder of the City of Oxford.

Sir Hans Sloane, Baronet, Preſident of the College of Phyſicians, *&c.* †

George Smith, of Burnhall near Durham, Gent.

John Strachey, of Sutton-Court in Somerſetſhire, Eſq.

*William Stuart, D.D.

Sir Philip Sydenham, Baronet.

T

* John Ivory Talbot, of Lacock in Wilts, Eſq.

Thomas Tanner, D.D. Chancellor of the Dioceſs of Norwich, and Canon of Chr. Ch. Oxon.

Francis Taylor, Eſq. M. A. and Fellow of Univerſity-College Oxon.

*Timothy Thomas, M. A. Rector of Preſteign in Radnorſhire.

William Thomas, Eſq.

John Thorpe, of Rocheſter, M.D. F.R.S.

Richard Topham, of Windſor, Eſq. [deceas'd.]

John Tottenham, M.A. Rector of Allerton and Vicar of Chedder in Somerſetſhire

Richard Tyſon, of London, M. D.

V

* Arthur Vanſittart, Eſq.

William Veſey, B. D. Fellow of Lincoln-Coll. Oxon.

W

Thomas Ward, of Warwick, Eſq.

Lee Warner, Eſq.

The Rt. Rev. Father in God Thomas (Milles) Lord Biſhop of Waterford and Liſmore.

Mr. William Webber of Exeter.

Sir Anthony Weſcombe, Baronet.

* James Weſt, Eſq. M.A. of Balliol-Coll. Oxon. and F.R.S.

Robert Woodforde, B.Civ.L. Rector of Yeovilton in Somerſetſhire.

Dr. Worth of Dublin.

John Worthington, M. A.

Chriſtopher Wren, Eſq. F. R. S.

Martin Wright, of the Inner-Temple, Eſq.

William Wright, of Offerton in Cheſhire, Eſq.

* * *

DE ANTIQUITATE CANTABRIGIENSIS ACADEMIÆ

LIBRI DUO.

IN QUORUM SECUNDO DE
OXONIENSIS quoque GYMNASII
ANTIQUITATE
DISSERITUR,
Et CANTABRIGIENSE longe eo antiquius eſſe
definitur.

LONDINENSI AUTHORE.

¶ Adjunximus aſſertionem antiquitatis Oxonienſis Academiæ, ab Oxonienſi quodam annis jam elapſis duobus ad Reginam conſcriptam, in qua docere conatur, Oxonienſe Gymnaſium Cantabrigienſi antiquius eſſe. Ut ex collatione facile intelligas, utra ſit antiquior.

Excuſum LONDINI, Anno Domini. 1568.
Menſe Auguſto.

Per HENRICUM BYNNEMAN.

Recuſum OXONIÆ A.D. 1730. una cum Thomæ Caii in antedictos libros duos ſtricturis, ut & animadverſionum libro ſatis luculento, nunquam antehac typis editis; cujus & aſſertioni accedit unum atque alterum additamentum, ipſo Thoma Caio authore.

*DE ANTIQUITATE CANTABRIGIENSIS ACADEMIÆ,

LIBER PRIMUS.

*Pag. [a]3.

[[a] *Numeri marginales autographi paginas ſignant.*]

GRAVIS controverſia orta eſt inter Oxonienſem quendam, & Cantabrigienſem oratorem, de antiquitate utriuſque Academiæ, gravior futura ſi lis non componatur. Nam alter quum ſe Maſterum putet, alter ſe Leonem futurum dicat, & dente ungueque ſuperbus confidat, metus eſt, ne alter rem fuſte tranſigat, ſi intractabilis eſſe alter pergat: alter oculos aut ungue eruat, aut dente crudeliter alteri laceret, ni ille omnino conticeſcat. At quum Academiæ omnium virtutum matres ſint, omnis pietatis & officii alumnæ, lumina denique atque oculi Regum quibus videant, & capita quibus ſapiant & intelligant, Reipublicæ gravis noxa futura eſſet, ſi vim alterutra pateretur. Cauſſa tantæ * controverſiæ haec eſt. Cantabrigienſis orator quum ad Elizabetham, ſereniſſimam Anglorum Reginam, Cantabrigienſe Gymnaſium Nonis Auguſti anno verbi incarnati 1564. inviſentem, orationem habuit, inter alia, ex occaſione Cantabrigienſem Academiam fuiſſe antiquam, & [1] Oxonienſi multo antiquiorem paucis pronunciavit. Quod ut officii ejus fuerat in hoc munere, ita bona fide & integra, ſine invidia & affectione ab eo dictum exiſtimo, quo Principem doceret, non nuper nata, ſed longe ante poſita: non humilia & obſcura, ſed excelſa & illuſtria initia Gymnaſium habuiſſe. Hinc tamen offenſus Oxonienſis quidam, qui an albus an ater ſit neſcio, vehementer excanduit, & contra inſtitutis commentariis (quos *aſſertionem antiquitatis Oxonienſis Academiæ* vocat) Oxonienſe Gymnaſium Cantabrigienſi longe antiquius eſſe magna contentione aſtruit. Sic tamen hanc fabulam ſub perſona agit, ut nullius nomen famamque denigrarit, quod eſt laudabile, niſi ſeorſum ſenſus in*volucrum viva voce forſan explicuerit, aut nota marginali [2] imprudens id prodiderit, aut tacitis conjecturis id ſubindicaverit. In eis commentariis etiam in Antiquarium quoque neſcio quem (ſic enim ille nominat) immoderatius inſultat, quod idem illum cum Oratore ſenſiſſe, & cum eo veluti dextram junxiſſe, ex epiſtola ejus deprehenderit. Eos [3] commentarios poſt

*P. 4.

*P. 5.

THOMÆ CAII STRICTURÆ.

[1] Hîc Caii præceptoris parum recta inſtitutione deceptus eſt, ut ex ejus ad oratorem literis apparet. [2] Nomen ſcil. Caii. [3] Hæc falſa ſunt omnia. Vide pag. 427.

annos duos quam hæc geſta Cantabrigiæ ſunt, per interpoſitum nuncium ex nobilitate, ſcriptos [1] exhibuit eidem Principi auguſtiſſimæ Elizabethæ, quum Majeſtas ejus anno 1566. pridie Calend. Septembris Oxonium venerat. Ita dum ille aiat, iſte neget, nec alter alteri lubenter cedit (nam ſi alter proreta, alter gubernator eſſe vult) uterque ſuam ſententiam præſtare deſiderat: ſic ut in judicandis componendiſque iſtis litibus, Ariſtophanis Prodico, aut Τενεδίῳ, ut aiunt, συνηγόρῳ opus eſſet. Quæ res quum multos utriuſque Academiæ viros ſuſpenſos teneat, atque in diverſa ſtudia cum ſuſpicione contentionis multos impellat, in rem utriuſque fore exiſtimavi, * ſi omnis controverſia (quam verba potius quam res faciunt) præoccupatione cauſſæ tolleretur, ne quando res ad ſaga veniret. Quanto enim commodius fuerit ſemotis contentionibus atque motibus (quod quiſque poſſit) tranquilla uti libertate, in ſuum quemque uſum ſtudium conferre, ſimulque & citra faſtum diſcere quod neſcias, & citra invidiam docere quod ſcias: ſive, ut Græci dicunt, μανθάνειν ἀνεπαισχύντως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως; Etenim ut ex injuriis, mutua talione reciprocantibus, ingens bellum ſæpe oritur, ita conviciis ultro citroque relatis periculoſum incendium non raro naſcitur. Nam fumo flamma ſolet eſſe proxima, & ſæpe uſu venit, ut iritatæ neceſſitatis acerrimi ſint conflictus, odiumque ſæpe pluſquam agreſte ſequatur. Atqui ut parum prudentis eſt injuriam injuria penſare (nam ignis igne non exſtinguitur) ita parum generoſi pectoris eſt animi dolorem feminarum exemplo conviciis ulciſci, per temeritatem diſcordias alere, & incendium oleo reſtinguere. Ce-

* P. 6.

Hortatio ad concordiam.

---

[1] Iſthuc ſi factum, clam authore factum eſt.

terum ad has diſcordias rumpendas atque finiendas,
ſanctamque pacem componendam atque ſtatuendam,
*P. 7. quum * neque Oxonienſis Cantabrigienſem, nec Cantabrigienſis
Oxonienſem fert in controverſia judicem,
quod pro ſua cujuſque affectione rem tractatum iri
uterque judicat, ex libidine magis quam ex vero celebratam
exiſtimat, res ſuaſit & commiſeratio juſſit, ut
[1] ego homo Londinenſis, medio loco inter utrumque
poſitus, & eodem animo in utrumque affectus, cui
longa [2] triginta annorum abſentia à gymnaſiis (niſi ſubinde
inviſendi gratia charitatis ſtudio) omnem affectum
juvenilem in Gymnaſia ſuſtulit, hanc [3] controverſiam
ut inutilem, imo vero rem damnoſam, tanquam communis
amicus definirem ac componerem. Etenim ſic
in animum induxi meum, boni viri officium atque partes
eſſe omnem litis anſam intercipere, dulcem pacem
componere, atque alienas ſimultates ut ſuas nec excitandas
aut alendas eſſe exiſtimare, et opportunitate
data aut exſtinguendas aut mitigandas eſſe, idque minimo
motu ſi maximas, nullo tumultu ſi periculoſas
ſentiat. Quod [4] ideo me facturum bona utriuſque venia
ſpero, quia bono in utramque ſtudio ſum facturus,
*P. 8. ut proſim ſi poſſim, * lædam neminem, nulli vel leviſſimam
labem aſpergam. Omnem reverentiam Oxonienſi
Academiæ tribuam, contra eam cauſſam non ſuſcipiam,
tantum Oxonienſem [5] quod de antiquitate Cantabrigienſi
petit docebo, et ſi quando erret, revocabo, ſi

---

[1] Sub larva ludis. Detracta tibi leonina pellis eſt. Ne ſimula. [2] Negligens collegii ſui moderator. [3] Leges civiles eos ut inidoneos à judicio excludunt, qui ultro ſibi judicandi munus arrogant. [4] Non es ex litigantium conſenſu electus judex aut arbiter: ſed in alieno choro pedem ponis. [5] Senis doctor.

maledixerit, amanter admonebo: idque ſub perſona [1] quoque ludens ne quem offendam, quando libuit Oxonienſi viro nube contegi, ſub umbra volitare, nec clara luce conſpici. Quod certe homini vitio non verto (ut dixi) ſed humanitati ejus & candori tribuo, & inter virtutes colloco, qui etſi acrius quenquam notare præter cauſſam voluerit, tamen veterum comicorum more nominatim perſtringere abſtinuerit, & Lucianum referre non male diſtulerit. Honeſtum enim nomen, & anima & vita eſſe debet. Niſi ſi forte lucem refugit pictorum conſilio: quorum quædam picturæ magis placebunt ſi propius ſis, quædam ſi longius abſis:

Hæc amat obſcurum, volet hæc ſub luce videri,
Judicis argutum quod non formidat acumen.

Utcunque eſt, eandem humanitatem ex*perturus eſt, * P. 9.
qua eſt ipſe uſus. Ea tamen lege, ut [2] qui cauſſa ceciderit, aut nihil poſthac moveat, aut ardentis juventutis facibus contentus ſe exponat, experturus contentionis commoda, ſi mihi recte conſulenti minus fidem adhibet, & contentionis cupidior quam veritatis fuerit. Mihi interim nec contendendum, nec niſi ſedato ſcribendi genere utendum cenſui, quod faces & tragœdiæ in iſtis cauſſis & perſonis, in iſto tempore & ætate minus certe deceant. Quod ſi forſan acrior tibi quandoque videbor, hoc admonentis potius quam objurgantis, amantis quam contendentis eſſe ſcito. Quid [3] enim attinet de Parni ſcaphula, aut lana caprina ju-

---

[1] Reticulo bene tectus. [2] Novum reſpondendi laborem reformidat. [3] Si tam parvi momenti res ſit, cur in hac una tantopere ſudas, ut tua ceteris omnibus antiquior academia videatur? cur tot annos huic uni ſtuduiſti? cur tot excuſſæ bibliothecæ? tot undique conquiſita anti-

quoveniliter digladiari, ac lites & diſcordias tam acriter, tamque acerbe, quam ſi de aris ac focis res eſſet, conſectari, incandeſcere acrius, inſultare vehementius, invehi amarulentius, lædere virulentius, denique in commentariorum ſinum omnes animi motus inſulcire, omnes pectoris æſtus effundere? Quid profuerit ſi hæc illa antiquior fuerit Academia, modo hæc illi virtute *P. 10. par ſit? Equi*dem [1] ſane manum non verterim, utra antiquitate anteverterit. Puerorum [2] eſt de locorum præſtantia & dignitate contendere, ex minutis pluviis imbres facere, & inanium verborum contentione & diſſidio animos vulnerare. Quod ut tenuis labor eſt, ſic tenuis certe gloria eſt.

Dulce [3] bellum inexpertis, expertus metuit.
Vulneribus miles diſcit habere metum:

Atque, etiam

tranquillas naufragus horret aquas.

Scio anum ſubſultantem plurimum poſſe excitare pulveris. Sed quid attinet fruſtra niti, et nihil aliud quam odium quærere, quod ſane extremæ dementiæ eſſe Saluſtius cenſuit? Proinde, [4] ſi vel mediocriter ſatisfa-

---

quorum monumenta? tot denique omnis generis authores tam ſedulo tibi nocturna diurnaque manu verſati? Num ut culicem prædicares, aut lenticulæ unguentum admiſceres? An quod magnum potius ex antiquitate, gloriæ (quam maxime aſſertam cupis) incrementum eidem academiæ tuæ acceſſurum putaras? 1 Hîc ſe peſſime collocati ſtudii reum peragit. 2 Rem, in qua fere conſenuerat, ceu inutilem, et frivolam, damnat. 3 Fugam videtur meditari, & quam prior incepit, pugnam detrectare. 4 Quid fruſtra times? Satis tu quidem prudenter, dico, nam fortiter non poſſum dicere, tibi proſpexiſti, ſi vera audio, qui ante libelli tui editionem, cum Cantabrigienſibus quibuſdam, accepta ab illis ſyngrapha, pactus es, ut, ſi forte ſuborire-

tur,

ctum tibi fuerit (ô Oxonienſis) quorſum pertinebit novas Tragœdias excitare, bonas horas diſſidiis puerilibus male collocare, quæ in neceſſariis ſtudiis debeant conſumi, & ætatem tuam (quam audio jam confectam ſenio) tanquam ſi velles nuces repetere, nugis cruciare?

Ridendus ſenex pueri qùi ſuſcipit artes,
Tanquam ſi in cunas nunc remeare velit.

*Imo vero, *P. 11.

Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum, amentia verſat:

ut Flaccus ait. Etenim nihil indecentius quam authoritatem habere ſenum, vitia vero puerorum: & ſeptennis quum ſis, nondum dentes edere. Id [1] tamen levius multo eſt, quam in Leonem tranſmutari. Etenim à ſene in puerum naturalior et decentior tranſmutatio eſt (ſiquidem bis pueri ſenes, juxta proverbium) ab homine vero in beſtiam, præter omnem naturam & decorum eſt. Verum ſi ab homine in beſtiam omnino velis transformari, quod non conſulo mi Oxon. per me licebit, non tamen video quo iſta transformatio, nec quid opus hîc ſit aut aſpero Leone, aut immiti Tigride, aut irritabili Pardo. Etenim,

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Neque certe terrorum commemoratio à veritatis authoritate deterrere poteſt: ut nec pulicis morſus juſta cauſſa, cur Leonem invoces. Id Leo cogitet, nullam

---

tur, qui eundem impugnaret, ipſi tuas protinus in reſpondendo vices capeſſerent, & pro te molerent. Hac ratione, ceu ignavus imbelliſque Rhipſaſpis, pulchre tibi poſt principia caveris. [1] De univerſo Oxonienſium cœtu dicta, pa. 405. reclamante numero ad hujus ſolius perſonam ma-

tam crudelem beſtiam eſſe, quæ non poſſit caſtigari: & repugnando, [1] quam nihil aliud tandem conſequetur
*P. 12. quam aut fuſtem, * aut militum inſignia cicatrices, aut quod pueri in faba, ut dici ſolet. καὶ γὰρ βαλὼν φεύξεσθαι οἴει, ut inquit Homerus. Etenim ſi ferias, evaſurum te putas [2]. Hæc eo dico, quod eum, quem prima [3] libri ſui editione joco luſuque egiſſe putabam, jam ſerio rem tractare ex ſecunda advertam, quum & calculos reduxerit, & veteri ſuæ ollæ novas anſas affixerit, calamo dentem poſtremo addiderit, atque ad arma ſe accinxerit. Exiſtimabam quoque, eum commentarios adhuc rudes, & quaſi à follibus etiamnum calentes, ſecunda cura voluiſſe duntaxat perpolire, nec de bello quicquam cogitare. Etenim in hoc genere ut nihil idem poteſt eſſe & feſtinatum & perpolitum, ita nihil ad laudem diligentiæ, ſimul & gratiam celeritatis ſine ſecunda manu poteſt reportare. Nam neque chorda ſonum reddit quem vult manus ſemper,

Nec ſemper feriet quæcunque minabitur arcus.

Quaſdam enim maculas incuria fudit: quaſdam humana natura parum cavit. Fingebam quoque per jocum luſos, & non ad contentionem elaboratos. Ve-
*P. 13. rum ſi ad *contentiones expeditior eſſe omnino volet Oxonienſis præter amicorum ſuorum voluntatem & conſilium, ſic expeditus eſto, ut ſunt pueri in ſupplicationibus Lovanienſibus, qui, ne decidant, alligantur equis. Certe [4] quod ad me attinet, ne ſumma quidem

---

le coarctat. 1 Leonem larva terres. 2 Nihil magis ſeriò ſcripſit. 3 Quæ hîc de libelli prima & 2ª. editione fingit, tam ſunt vera, quam quæ pag. 5ª. ſuperius produxit. 4 Pulchre diſſimulat. Nam diu antequam libellus hic prodiret, ingens de hac re volumen ſcripſit, quod ſe vivo non divulmanu hanc controverſiam ut inutilem attigiſſem, [1] ſed ad juventutis ingenia excitanda, ſtylumque exercendum relegaſſem, niſi ob eas, quas ante dixi, pacis & concordiæ cauſſas, niſi Oxonienſi ſeni in eo, quod petit, de conſenſu ſcriptorum aliqua ex parte ſatisfaciam, ac juvenum concuſſionibus ac palæſtris ſenectæ ætati ſatis iniquis, & plus juſto temerariis [2] hominem ſenem [3] liberem. Patior enim ego facile ſuum cuique pulchrum eſſe, & quum mihi nec ſeritur nec metitur, πολλὰ χαιρέτω. Si tamen cujuſquam ingenium uſque adeo tetricum ſit, atque ab omnibus gratiis alienum, tanquam ſi ex Trophonii antro veniret, aut ex ſaxis aut quercubus natus eſſet, ut nec verum ferat, nec amicam & feſtivam orationem honeſta æmulatione, ſi qua *fuerat, nulloque incommodo enunciatam ſuſtineat, quid facias? Ego vero ne longiori morer procemio, dicamque numero quæ ſentio ſingula, primo loco Antiquarii epiſtolam proferam, ut apes adverſas, ut aiunt, primum abigam: tum Oratoris verba adducam: tertio Oxonienſem hiſtoriolam aſſcribam: ad poſtremum, cum Oxonienſis argumentis illa omnia componam: obiterque pro re nata, veri conſtituendi cauſſa, meam ſententiam intertexam, ut ſic omnem controverſiam, ſi poſſit fieri, reſcindam. Incipiam ab iis, quæ ad Cantabrigienſem antiquitatem faciunt, tum ad ea tranſibo, quæ ad Oxonienſem pertinent.

* P. 14.

Antiquarii epiſtola.

"Cœpit Cantabrigia" (inquit Antiquarius in epiſtola ad Oratorem) "anno mundi 4321. ex nigro co-

---

gandum decreverat. [1] Harum rerum juvenibus minus apta tractatio. [2] Cur ſenem ſenior ipſe, aut ſenium rides? [3] Præſtantior eſt leonum ſenectus, quam hinnulorum juventa.

“dice univerſitatis, in quo multa habes de origine Cantabrigienſis Academiæ. Ex aliis tamen libris vetuſtis[1], quos vidi, anno mundi [2] 1829. & anno 3377. & 4095. & 3588. cœpiſſe intellexi. Quam poſtremam *ſupputationem veriorem [3] exiſtimo, quod circa ea tempora Gurguntius fuit, quo regnante cœpit Cantabrigia [4] omnium conſenſu. Ex his (etſi ſcriptores varient) ſcire tamen licet [5] antiquam eſſe Academiam, quod etiam multis argumentis per controverſias comprobare poſſem. [6] Ea olim Granteceſtria dicebatur, longe lateque diffuſa [7] ad Granteceſtriam pagum, & agrum domorum ultra Caſtrum, hamaxeo coquorum farcimine noſtra memoria celebrem. Ejus alium authorem quam Cantabrum Hiſpanum non reperio, præterquam apud Polydorum Vergilium[8], qui ejus originem ad [9] Sigebertum recentem authorem refert: quod mihi non videtur veriſimile multis de cauſſis. Cantabrum authorem agnoſcere Academiam, [10] ejus epiſtola ad Philippum Hiſpaniæ Regem quarto Nonas Auguſti 1554. ſcripta, docet. Hæc quod ſa-

*P. 15.

---

1 Vetuſtatis tantum nomine commendat: de induſtria non nominat. 2 Mirum ſane, quam inter ſe conveniant in temporum ſupputatione. Hîc conciliatore opus eſt. 3 Nigrum Codicem tanquam mendacem tacite arguit. 4 Pugnantia loquitur. 5 Antiquam fateor. pag. 431. 6 In hoc errat. ibidem. 7 Granteceſtriam hanc tam longe lateque diffuſam Beda, teſtis oculatus, hiſt. Angl. li. 4°. cap. 19°. deſolatam civitatulam vocat. ibidem. 8 Hoc ſolus Polyd. non affirmat, ſed alii multi, pa. 432. 9 Sigebertus ſupra [a] nonginta aut eo amplius annos vita functus eſt: non ergo recens. ibid. 10 Academiæ teſtimonium in propriæ antiquitatis probationem affert, homo nullius judicii. pag. 33.

(a) F. nongentos.

"tisfacere poſſunt petitioni tuæ, & diligentiam tuam "in ea re vellem excitare, plura non ſcribo.

"Vale.

*Hactenus Antiquarii epiſtola, ad amicum ſcripta familiariter, nihil ſuſpicati (credo) in lucem eam aliquando prodituram, aut ejus rationem ſeſe redditurum, etiam ſi caſus vellet aliquando ut excideret. Ex hac tamen fortuna facile videas, quanta res ſit veritas, quam conſtans atque ſimplex. Sequuntur Oratoris verba ad Reginam, ex Oxonienſis commentariis ad verbum deſumpta. "Supereſt adhuc (excellentiſſima prin-"ceps) quum poſita ſunt breviter multorum collegio-"rum incunabula, ipſa Academia noſtra quando eſſe "cœperit, paucis explicetur. Hiſtoria noſtra ſcriptum "eſt, à Cantabro quodam Hiſpaniæ Rege, quum dome-"ſtico tumultu patria ejectus, in noſtrum regnum ap-"puliſſet, Gurguntii temporibus fuiſſe exſtructam. Hu-"jus authores ſententiæ Lelandus & vanitatis arguens "et mendacii, Sigebertum regem facit Academiæ no-"ſtræ conditorem, in quo pernicioſum reliquit exem-"plum nimis curioſe in hiſtorias inquirendi, & ſibi "quoque parum conſuluit. Nam ſi ipſe tam multis "non credat mirabiliter in hoc conſpirantibus, quis "paulo magis conſideratus, ei ſoli fidem eſſe putabit "adhibendam? Sed ſive ad hunc, ſive ad illum autho-"rem referatur, illud conſtet inter omnes, Oxonienſi "Academia noſtram multis eſſe annis antiquiorem. "Nam illa ab Aluredo rege dicitur inſtituta, quem "omnes ſciunt & Gurguntio & Sigeberto ætate multo "fuiſſe poſteriorem. Illud præterea ad magnam no-"ſtram gloriam omnes una voce teſtificantur hiſtoriæ, "Oxonienſem Academiam à Cantabrigienſi doctiſſimos "mu-

*P. 16.

Oratoris verba.

*P. 17.

“mutuatam eſſe, qui prima ingenuarum artium incunabula
“in ſuo Gymnaſio traderent. Pariſienſem
“etiam,quaſi Coloniam à noſtra Academia ductam, Alcuinum
“noſtrum Bedæ diſcipulum, à Carolo magno
“Gallorum Rege magnis locupletatum beneficiis habuiſſe,
“qui diſcendi cupidis, quaſi ludum quendam
“bonarum artium Lutetiæ primus aperuerit”. Hæc
Orator.

Oxonienſis hiſtoriola. Subjungam Oxonienſem Hiſtoriolam, ex procuratorum libro in Aſſertionem Oxonienſis viri tranſcriptam.

*P. 18. “*Conteſtantibus [a] pleriſque chronicis, multa loca per
“orbis climata variis temporibus variarum ſcientiarum
“ſtudiis floruiſſe leguntur. Omnium autem inter Latinos
“nunc extantium ſtudiorum univerſitas Oxonienſis,
“fundatione prior, quadam ſcientiarum pluralitate
“generalior, in veritatis catholicæ profeſſione firmior,
“ac privilegiorum multiplicitate præſtantior inveni-
“tur, prout ſuæ fundationis inſinuant hiſtoriæ Britannicæ
“perantiquæ. Fertur enim inter bellicoſos quondam
“Trojanos, quando cum duce ſuo Bruto Inſulam
“tunc Albion, poſtmodum Britanniam, ac demum dictam
“Angliam, triumphaliter occuparunt, quoſdam
“Philoſophos adventantes,locum habitationis ſibi congruæ
“in ipſa Inſula elegiſſe, cui & nomen, videlicet
“Grekelade, hi Philoſophi, qui Græci fuerant, uſque
“in præſentem,quaſi ſui veſtigium reliquerunt. A quo
“quidem loco non longe municipium Oxon noſcitur
“eſſe ſitum, quod propter amnium, pratorum, & nemorum
“adjacentium amœnitatem, Belloſitum olim
*P. 19. “antiquitas, poſtmodum Oxon, à quodam *vado vicino
“ſic dictum, populus Saxonicus nominavit, & ad
“locum ſtudii præelegit.

[a] *Vide Lelandi Itin. Vol.* IX. *p.* 123.

Oxonienſis contra Antiquarium.

Hucuſque Oxonienſis hiſtoriola, ante commentarios Oxonienſis viri publicata. In his omnis Oxonienſis oratio verſatur, in his conſumitur, dum hiſtoriolam Oxonienſem ſtatuat, & Antiquarium cum oratore (qui à Cantabrigienſis Academiæ antiquitate ſtant) refellat. Sed qua ratione & authoritate, quo judicio & gravitate jam expendamus. Et primo [1] quæ Antiquario objicit: "quem occæcatum (ut ait) uſque adeo non puduit prodigioſæ Μυθολογίας, ut quum veram (ut videtur) gloriam in vana antiquitatis opinione potius, quam in virtutis ac literarum cultu, ſitam eſſe falſo ſibi perſuadeat, Cantabrigienſem Academiam, anno à creatione mundi 1829. longe ante inhabitatam inſulam, niſi à Gigantibus, cœpiſſe, nimis quam impudenter dicat. In quo acerbus tu quidem accuſator es (mi Oxonienſis) & parum æquus atque moderatus. Etenim expenſis verbis tuis perquam odioſis, ſermoniſque tui gravitate intolerabili, & cum epiſtola Antiquarii diligenter *collatis, majorem licentiam & dicacitatem deprehendimus, quam veritatem & modeſtiam invenimus: ſtomacho profecta verba magis, quam ex re ſuſcepta: criminationis nimium, argumenti nihil. Alioqui, licet graviter, æquo tamen animo patiendum Antiquario fuit. At quum morbo animi magis quam judicio iſta facis, quumque nodum tantum in ſcirpo quæris, idque cum acerbitate animi, quid dicamus contra Antiquarium ſane non habemus. Neque enim iſte ſcribit, incepiſſe Cantabrigienſem Academiam anno

Confutatio Oxonienſis ſententiæ.

*P. 20.

---

[1] Locus eſt pa. 391. ubi antiquarium nuſquam nominat. Hîc autem ad unicam torquet perſonam, quæ ibi de multis dicta ſunt. Notat autem eo in loco illos vetuſtos ſcriptores, quorum ipſe opinionem rejicere videtur, quod à poſtrema et veriori, ut ei videtur, ſupputatione recedant.

mundi 1829. ſed refert tantum, quæ in codicibus an-
tiquis viderat. In quibus ſi quis error eſt, in authores
litem intendas oportet. Se autem non illam, ſed ex
multis, quas citat, poſtremam temporum ſupputatio-
nem magis approbare, nimirum 3588. quæ per omnia
cum recentium ſcriptorum (quorum authoritate in hac
controverſia tu quidem diligenter uteris) ſupputationi-
bus convenit, Stovei nempe, & Lanqueti. Iſti enim
ſcribunt, Gurguntium regnaſſe anno à mundo condito
*P.21. 3588. & ante Chriſti adven*tum 375. Itaque pone
ſupercilium (ô Oxonienſis) mitte imperium. Cogita,
A Gigantum temporibus literæ in Britannia. te ædilitatem gerere ſine populi ſuffragio. Ceterum
ſi dixiſſet Antiquarius, Cantabrigienſes ſcholas Gigan-
tum temporibus fuiſſe conditas (quod non dicit ta-
men) rem tam abſurdam non dixiſſet, quam tu exiſti-
mas, nec ante litteras in Britannia excultas. Nam, [1]ut
ἀπὸ Ναννάκου (ut aiunt) ordiamur, atque à ſeculo aborigi-
num rem repetamus, etiam Gigantes (ſi neſcis) noſtræ
inſulæ aborigines, ſapientiæ [2] ſenſum habuiſſe, probita-
tem dilexiſſe, & literas excoluiſſe, Gildas, rerum Bri-
tannicarum memorabilis ſcriptor, & fidei integræ hi-
ſtoricus (ut Gul. Noviburgenſis ſcribit) teſtatur, &
Polydorus Vergilius lib. Angl. hiſt. primo refert, quo
loco ſcribit, inſulam Britanniam incolas habuiſſe ſta-
tim poſt Noæ diluvium, & habitatores ejus primos
Dei cognitionem habuiſſe perfectiſſimam. Nec deeſt
verbis fides. Etenim Beroſus, antiquæ memoriæ ſcri-
ptor, & in eum Annius Viterbenſis libro antiquitatum
*P.22. quinto ſcribunt, pium quendam Gigantem, *qui (quo-
niam omnibus ſua ætate ſapientior fuerat) Samothes

---

[1] Captata digrediendi occaſio, ut centones nobis faciat.

[2] Quis hoc negat?

dictus eſt, cognomento Dis, ſtatim poſt inundationem terrarum, ſeu Noæ diluvium, inſulam incoluiſſe, aboriginibuſque in Britannia atque Celta imperaſſe, à quo inſula primum Samothea dicta eſt, & gens primo Samothei, maxime Philoſophi & Theologi, qui religionis Samothei ſectatores exſtitere. Poſt Samothen, Sarron quidam Britannorum Celtarumque rex tertius fuit, qui ab infantia literas & præclaras artes adamavit, publicaque literarum ſtudia Britannis atque Gallis primus inſtituit. Unde Sarronidæ apud Diodorum lib. hiſt. rerum antiquarum ſexto. Quo mortuo ſucceſſit Druys (qui Beroſo Dryius dicitur & peritiæ plenus, Senecæ de morte Claudii Dryus) Britanniæ rex quartus, à quo Philoſophi, quos Laërtius libro de vitis Philoſophorum primo, σοφοὺς καὶ σεμνοθεοὺς (non σαμοθεοὺς) & Pom. Mela de ſitu orbis libro tertio, ſapientiæ magiſtros vocat, Druydes (ſeu, ut Seneca, Dryudes) appellati ſunt. Etſi Plinius nat. hiſt. *lib. XVI. cap. ult. Druydes à δρῦς nominari interpretatione Græca videri poſſe ait, quod ſine ejus fronde nulla ſacra conficiebant Druydes. Hi & nomen & originem in Britannia primum acceperunt, ac poſtea Gallis nomen & ſcientiam impartiverunt, communi utriuſque Rege Druyde exſiſtente. Atque ut initium à Druyde in Britannia habuere annis ante Chriſtum 1013. ſic & finem in Britannia poſt Chriſtum natum habuerunt annis 179. Quin & primos muſicos, teſte Cæſare, Britannia peperit, quos Bardos olim dicebant, atque adhuc Cambri dicunt, à Bardo quodam quinto Britannorum rege, homine inventione carminum & Muſices inclyto, ut Beroſus memoriæ prodidit, qui in regnum ſuffectus eſt, poſtquam Druys annos regnaſſet duodecim. Hi Poëtæ erant, & egregia facta virorum illuſtrium carmine

Samothea.

Druys.

Druydes.

*P. 23.

Bardi.

ad lyras atque organa celebrabant, canendique arte excellentes erant, ut Diodorus Siculus Libro ſexto Hiſtoriæ Rerum antiquarum memorat.

*P. 24. * Albion quoque primus in Britannia docuiſſe creditur
Albion. aſtrorum ſcientiam. Sed de his plura Diodorus, Strabo, Lucanus, atque Nonnius Marcellus. Qualis autem Druydum diſciplina fuit, & quemadmodum ex Britannia in Galliam promanarit, copioſe docet Julius Cæſar commentariorum ſuorum de bello Gallico libro VI. quo minus mihi Gigantum diſciplinas obiter commemoranti, atque ad inſtitutum feſtinanti, his immorandum
Gigantes. longius ſit. Verum nomen fortaſſe Giganteum incognitum & contemptum, atque vulgo etiam fabuloſum, facit, ut res Oxonienſi minus approbetur. Equidem [1] non alios fuiſſe Gigantes exiſtimo, quam procerum & incorruptæ magnitudinis naturalis primi ſeculi hominum genus (quod etiam Beroſus videtur approbare, quum Noam unum inter gigantes fuiſſe tradit) eoſque non à monſtruoſa (ut ſtultum vulgus putat) magnitudine appellatos, ſed à ſolo, in quo nati ſunt, denominatos. Gigantes [2] enim ſeu γηγενεῖς, terræ filios, ſeu aborigines, [3] denotat, ſeu, ut Cæſar vocat, indigenas.
*P. 25. Quod * ſi unus aliquis, ut Golias, Polyphemus, & Gogmagogus (quem duodecim cubitorum fuiſſe, & Goëmagot vero nomine appellatum cap. IX. lib. I. de geſtis Britonum Galfridus memorat) ceteris major vi-

---

[1] Galfr. Monumetenſis & alii diverſum plane ſentiunt.

[2] A poëtis non niſi phyſica ratione ſic dicti ſunt.

[3] Aliter his verſibus ſenſit poëta.

Terra ferax, & amœna ſitu, dum nomen haberet
Albion, indigena plena gigante fuit.

Si gigas aboriginem ſignificet, et præterea nihil, quid opus hoc vocabulo *indigena*?

debatur, id evenire, ut in noſtro genere, tum ſolebat, quum luxurians parentum natura, huberiorem ſolito materiei copiam, et formæ majorem vim ſubminiſtraſſet. Nam & inter gigantes ſuæ erant & diverſæ magnitudines, ut & hodie inter noſtri temporis homines, ſi parvos propter degenerem longi temporis ſobolem cum magnis componerem. Neque pudeat nos quod actum aut natum prius eſt referre, nec gigantes aborigines habuiſſe, quum & præclara gens Germanica ſuo Thuiſcone, Italica ſuo Gomero, & Hiſpanica ſuo Tubale gigantibus & aboriginibus glorientur. Itaque nihil hîc eſt, quamobrem offendatur Oxonienſis.

De vera autem gloria [1] in vana antiquitatis opinione potius, quam in virtutis & literarum cultu ab Antiquario poſita, certe merito poſſet, ſi notum non fuiſſet * univerſo populo, & à Polydoro [2] Vergilio, homine Italo, & in neutram partem inclinato, confeſſum, Cantabrigienſem Academiam cum Oxonienſi & potuiſſe ſemper, & nunc quoque poſſe de virtutis, literarum, ingeniorum, fœtuſque ſui gloria certare, non dicam ſuperare: multo vero magis, ſi exemplis rem explicare, & perſonarum ſuperiorum & præſentium temporum ſplendore & nobilitate illuſtrare voluiſſem. Etenim, ut à fœtus numero ordiamur, Joannes Major homo Scotus, & recens Hiſtoricus ſcribit, [3] ætate ſua annis abhinc plus minus quinquaginta retroactis, exſtitiſſe Cantabrigiæ quatuor aut quinque millia Scholaſticorum: quo tempore plures Oxonii non fuiſſe, idem Major author eſt: quamvis innumerum [4] ab ipſo ini-

* P. 26.

De utriuſque Academiæ numero.

---

[1] Captatur alia digrediendi occaſio. [2] Lege Polydori verba pag.433. [3] Hæc in gratiam ſcripſit hoſpitæ academiæ. pag.433. conſulenda eſt. [4] Incredibilem ab ipſa ſtatim inſtitutione, Polydorum ſecutus, dixit.

tio Oxonienſis profiteatur. Imo vero, quo propius ad initia Oxonienſis ſcholæ accedes, eo pauciores invenies. Anno enim verbi incarnati 1209. authoribus Radolpho Nigro, & Matthæo Pariſio, tria [1] tantum millia erant. Eorum verba hæc ſunt:

*P. 27. * "Clericus quidam apud Oxoniam mulierem quan-"dam caſu interfecit, & per fugam ſibi conſuluit. Un-"de Præfectus urbis & alii quærebant homicidam in "hoſpitio ſuo, quod cum tribus ſociis ſuis clericis lo-"caverat: ceperuntque tres illos clericos homicidii "penitus neſcios, & in carcerem retruſerunt, &, ju-"bente Rege, propter interdictum exoſos extra villam "ſuſpenderunt. Unde receſſerunt ab Oxonia ad tria "millia clericorum tam magiſtri quam diſcipuli, ita "quod nec unus ex omni Univerſitate remanſit. Quo-"rum quidam apud Cantabrigiam, quidam vero apud "Radyngum, quidam quoque apud Maideneſtane li-"beralibus artibus vacantes, villam Oxoniam vacuam "reliquerunt.

Hactenus Pariſius atque Niger. Meminit hujus hiſtoriæ & Polydorus Vergilius lib. hiſt. ſuæ Angl. XV. ſed imperfectius. Sed de numero utriuſque Academiæ, ſeorſum alio in loco. De literis autem ſi experimentum cupis, Hiſtoricos excute omnes[2], faſtos omnes & tempora *evolvito mundi, [3] & ſuperiores aut ſaltem

De utriuſque Academiæ literis.

*P. 28.

---

[1] Hujus rei rationem quære pag.434. [2] Ne unus quidem ſcriptor ante Gulielmi, Neuſtriorum ducis, tempora Cantabrigienſis academiæ meminerat. [3] Multas toties jacentis, tantum non propter varias eaſque graves clades & calamitates penitus deſertæ, academiæ tuæ reſtaurationes habes in libri progreſſu pag.129. et quatuor aliis inſequentibus: quare ſi tu probe memor eſſes, cum hîc tum ſupra pag.26. inconſideratæ jactantiæ tuæ pruritum reſtinxiſſes opinor. Nec, dum tuam acad. laudibus evehis (quod

et

pares ſemper invenies Cantabrigienſes: quod & ante diximus, & mox ex Polydoro oſtendemus. At noſtra ætate, & recenti adhuc memoria cognitum eſt & illud, anno Dominicæ incarnationis 1533. Procancellario Simone Heynes, procuratoribus Gul. Caco & Joanne Tayler, Oxonio Cantabrigiam [1] veniſſe Throgmertonum quendam, ſingularis doctrinæ & humanitatis virum, altero pari doctrina viro, & Oxonienſi juriſconſulto [2] aſſociatum, qui una atque altera quæſtione, in quibus multum verſati ſunt, propoſita, univerſis ſe artium & juris utriuſque ſcholis Cantabrigiæ oppoſuerant. Verum in prima congreſſione atque quæſtione, qua defendebat jus civile fuiſſe medicina præſtantius, ſic afflictus Throgmertonus eſt ab adverſariis [3] Joanne Redmanno & Nicolao Ridleio artium magiſtris, Joanne Rokesby & Eliſæo Pryce, Hoſpitii ſancti Nicolai juris Baccalaureis, ut ſecundus ille Throgmertoni ſocius, imparem ſe exiſtimans in tanta Cantabrigienſium *doctrina, nec tantum belli impetum ſe ſuſtinere poſſe ratus contra tantos hoſtes, cogebatur ægritudine ſimulata [4] ſe clam ſubducere. Quo audaci facinore offenſi Oxonienſes, utrumq; [5] revertentem in exſilium, ut aiunt, relegarunt. Erant autem per ea tempora Oxoniæ diſſidia inter medicos & juriſconſultos, de ſua cujuſque facultatis præſtantia, ac proceſſus conſeſſuſque loco &

Diſputatio inter Cantabrigienſes & Oxonienſes.

* P. 29.

digni-

---

et nos non ſine cauſſa facimus) noſtram, præter omnem veritatis rationem, inciviliter dicam an invidenter? imo et virulenter & impudenter, deprimere ſtuduiſſes. 1 Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis. 2 Conſule pag. 434. 3 Bancus & Bernardus, qui huic interfuere ſpectaculo, Throgmartonum magna cum laude cum Cantabrigienſibus diſputaſſe affirmant. 4 Non ſimulavit ægritudinem. 5 Hoc quoque falſum eſt.

Eraſmus Cantabrigiæ ſtuduit.

dignitate. Quid multis? Deſiderius Eraſmus Roter. homo Hollandus atque doctus, libro epiſtolarum ſecundo, in epiſtola [1] ad Bovillum, ſic Græcis Latiniſque literis, ſic mathematicis Theologiciſque diſciplinis effloruiſſe Cantabrigienſem Academiam ſcribit, ut cum primis hujus ſeculi ſcholis certare poſſit. Quo certe quid in rem honoremque Cantabrigienſem dici poteſt magnificentius? quid in laudem gloriamque virtutis & excellentis doctrinæ Cantabrigienſis Gymnaſii honoratius? maxime à tam laudato & honorato viro, tam docto & experienti ſene, tam gravi & ingenioſo judice.

*P. 30.

Oxonienſis Acad. laus.

Sentio tamen [2] quam optime de virtute * & literis veſtræ florentis Academiæ, de nutrice omnis humanitatis, de collegiorum magnificentia & numero, ut & de Oxonienſi viro non male, niſi in quibus non bene jam ante ſenſit, & in quo commentus præterea eſt, Antiquarium Polydoro ſubiraſci [3], quod Cantabrigienſis Gymnaſii originem ad Sigebertum recentem authorem retulerit, nihilque antiquum illi videri, niſi quod multis annis Chriſti nativitatem anteceſſerit. Sed hæc quoniam Antiquarii cauſſam (quæ non ex perſonis ſed ex genere quæſtionis pendet) non oppugnant ſed perſonam, nec authoris ſui defenſioni proſunt ſed officiunt, noſtro judicio commenta ſunt non bene ſentientis animi (quod pace tua dixerim) ad calumniam potius excogitata, quam ad juſtæ cauſſæ defenſionem concepta. Nam quid bilis, quidve ſtomachi in hiſce antiquarii verbis eſſe poſſit, equidem non video. “Ejus alium “authorem quam Cantabrum Hiſpanum non reperio, “præterquam apud Polydorum Vergilium, qui ejus “originem ad Sigebertum recentem authorem refert, “quod mihi non * videtur veriſimile multis de cauſſis”. *P. 31. Quibus verbis quid poteſt eſſe ſedatius? quid mitius? quid omni bile magis vacuum? quid modeſtius? Sedata [1] ſatis eſſent certe (ô Oxonienſis) omnia, ſi tu ſedato eſſes animo. Sed in Antiquarium ſic affectus videris, ut eum, ſi vel feſtucam moverit, verbis hercule non bene ſanis, imo pene dixi rabioſis ſuavis homo laceres, ϗ ἀμφ᾽ ἀστραγάλοισι χολωθεὶς, ſic ſævis tamen, ut canis in lapidem, (ita ſi liceret dicere) etſi alicubi rides blandum, in laudes vertis ſtylum, verbis coquinariis ϗ μειλιχίοις demulces hominem, & roſas loqueris Protheus alter, ſed quas tamen cum anemona certe licet conferre. Siquidem vulnere dato medicinam adhibes, & eodem ſpiritu calidum & frigidum ſufflas. Sed tempera te magis (mi Oxonienſis) & gratiora erunt omnia. Mihi certe nec Lydorum carycæ, nec μαστίγων ψόφοι placent. Ceterum ſi non ſolum ſubiraſceretur Antiquar. ſed & incandeſceret acrius, atque exardeſceret quoque inflammatus, quid hoc referret tua? quid ad antiquitatem Oxon. confirmandam aut refellendam * faceret? *P. 32. Non enim affectus faciunt fidem. Neque ſi recentem vocet Sigebertum, cum primo authore Cantabro componens, quid abſurdi dixerit? quum Sigebertum primum fuiſſe non ante in controverſiam venit, & jam in controverſia poſitum, nondum eſt definitum, Cantabro ſemper primo habito. Itaque dum tu de ira, de antiquitate ante & poſt Chriſtum (quæ contentioſi animi imagines videri poſſunt, ut pace tua dixerim) & quid antiquum & non antiquum videatur antiquario, verbis quantum potes crimineris, vide ne firmis interim argumentis probari poſſit, non tantum antiquitate Chriſtiana, ſed ante-Chriſtiana quoque (ut ita dicam) Cantabrigienſem Academiam fuiſſe inſtitutam.

---

[1] De hac Eraſmi epiſtola, et bonarum artium pariter ac linguarum florentiſſimo apud Oxonienſes ſtatu, Cantabr. tum cæcutiente, leges plura pag. 435, 436, 437. [2] Quis credat? [3] Vide quam copioſam ſcribendi materiam unica vox (*ſubiraſci*) huic ſedato homini ſubminiſtraverit.

---

[1] Obſerva quas extra cauſſam excitet tragœdias.

Verum non ſolum iræ hominem inſimulas, ſed & vanitatis quoque & mendacii licenter admodum tuo more alio in loco arguis. "Etenim Antiquarium ſcri- "bis citaſſe neſcis quam Polydori epiſtolam, in qua "Polydorus Cantabrigienſem Academiam Cantabrum "authorem agnoſcere dicat". Sed nolim ſic cantes luſ-
*P. 33. cinia. Nam ſi paulo *conſideratius eam rem expendiſſes, neque umbram pro corpore, falſum pro vero habuiſſes, ac tum demum animi tui ſenſum explicaſſes, certe neque operam luſiſſes, neque exiſtimationem [1]tuam læſiſſes, neque in epiſtolam Polydori (quæ nulla eſt) divinationibus & commentis parum aptis atque commodis uſus eſſes. Non enim ex Antiquarii verbis Polydori epiſtolam intelligendam, ſed Academiæ decerno. Nam hæc verba, *ejus epiſtola*, quæ in Antiquarii literis continentur, non ad Polydorum referenda ſunt, ſed ad Academiam: ut dicat Antiquarius, *ejus Academiæ epiſtola, non ejus Polydori*, quod tu non animadvertis, ô Oxonienſis. Tanta enim levitate, tanquam alatis pedibus, in hoc campo feris, ut non ſentias quid calces, & tanta exſultatione deprehenſi erro-

---

[1] Tu potius culpandus, qui ἀμφιβολικῶς ſcribens, errandi occaſionem ſubminiſtraras. Nam quis unquam tam nullius te hominem judicii exiſtimaſſet, ut velles aliquando ipſius academiæ teſtimonium in propriæ antiquitatis probationem afferre? Quid enim hoc aliud, quam ex filio [a]ſiſcitari, num pater furtum commiſerit?

(a) *Sic:*

ris geſtis, ut non cernas quid deprehenderis. Ne ſis tantæ intemperantiæ in alterutro, ô Oxonienſis, ut de re nuſquam exſiſtente, ut ſi eſſet, pronuncies, ne Argivus ille Horatianus videaris, qui hactenus inſaniebat, ut totos dies ſolus deſideret in theatro, ri*dens, plaudens, gaudens, quod crederet, illic miras agi tragœdias, quum nihil omnino ageretur, interim falſi gaudii uſura fruitus. Ita Ἑρμόδωρος λόγους ἐμπορεύῃ, & inanes voces in aërem ſpargis, dum falſas iracundias, prodigioſas Μυθολογίας, vanas opiniones, & nimias impudentias non merenti Antiquario acerbius objicis. *P. 34.

Oxonienſis contra Oratorem.

Atque hæc quidem ſunt, quæ in Antiquarium, tanquam incredibilia [1] in epiſtola proferentem, obiter (ut ait) adducit Oxonienſis. In Oratorem vero, tanquam credibiliora & probabiliora dicentem, ſic conſequenter, dataque opera ſcribit. "Sunt tamen alii" (inquit) "qui intra credibilitatis (ut hoc verbo uti liceat) limites ſeſe continentes, & veluti à manifeſtis mendaciorum portentis abſtinentes, ad neſcio quem Cantabrum Hiſpaniæ regulum, qui Gurguntii temporibus vixit, illius originem referre malint. Sed neque hos recte ſentire, ſed toto (quod aiunt) cœlo errare, manifeſte ſtatim docebo. Orator Cantabrigienſis, huic favens ſententiæ, mire infenſus videtur Joanni Lelan*do, peritiſſimo dubio procul Antiquario &c. quod hujus authores ſententiæ vanitatis arguens & mendacii, unus auſus eſt (ut ille ait) tam multis in hanc rem conſentientibus contradicere, et, rejecto Cantabro, Sigebertum, Oſtroſaxonum regem, primum illius inſtitutorem facere". *P. 35.

Confutatio argument. Oxonienſis.

Ubi illud placet (mi Oxonienſis) credibile [2] tibi videri, Cantabrum Acade-

---

[1] Conſule pag. 438.

[2] Credibile idem poſſe eſſe et falſum,

miæ Cantabrigienſis authorem eſſe, etſi falſum dicas, idque te probaturum affirmas. Sed quemadmodum publicato jam libello tuo confirmaveris, jam expendamus. "Lelandus" (inquis) "hujus ſententiæ authores vanitatis arguens & mendacii, Cantabrum authorem fuiſſe negat, Sigebertum ait. Addis, [1] in marginali nota apud Polydorum Lelandum ſcripſiſſe, _ſe apud quoſdam miræ vetuſtatis Britannicarum rerum ſcriptores legiſſe, tempore Britonum tam Græcas quam Latinas ſcholas ad vadum Iſidis floruiſſe, eaſque bellicis tumultibus deletas fuiſſe, & non ante Alphredi tempora reſtauratas eſſe._ Ad poſtremum ſcribis, _ſi Lelandi liber_ [2] _de Academiis_
*P. 36. *_Britannicis prodiret in lucem, apertiſſime convinceret errorem illorum, qui nullum non comminiſcuntur, quo Cantabrigienſem Academiam, neſcis quot annorum centenariis, veſtra antiquiorem eſſe probent._

Quod ad primum attinet, quis homo ille Lelandus [3] fuit, & qua mente conſtabat, per longam familiaritatem didicimus. Novimus & in vita & in morte, intus & in cute. Et quamvis erat homo (non nego [4]) doctus atque diligens, erat tamen in gloriam ſuam nimium effuſus, & plane Mævius aut Suffenus: tantæque fidei, quantam fecit aut ratio [5] aut authoritas. At quum nullam aut rationem [6] aut authoritatem contra Canta-

---

ſum, diſce pag.438.

[1] Verba ipſa reperies pag.438.

[2] Vide pag.442.

[3] De Lelando Balei habes elogium, pa.440, 441.

[4] Amice tu quidem facis, qui mortuum inſectaris.

[5] A Lelando ea exigit, quæ ab infimæ notæ ſcriptoribus non exigit. pa.441.

[6] Hæc ejus eſt ratio. Sigebertus Cantabrigienſis academiæ fundator fuit. Ergo, vana & mendax eſt hiſtoria, quæ Cantabrum facit authorem. Præterea. Ubi de excidio Granteceſtrenſis urbis ſive antiquæ Grantæ, & de nova Granta, et ejuſdem academia, ac etiam de

Granta

brum, atque adeo univerſam hiſtoriolam hic adduxerit præterquam affectus, tantumque dicat, *ſe nunquam vidiſſe vaniora aut ſtultiora* (quod non ſatis probat, vana aut ſtulta eſſe, quod is ita dixerit) non eſt quamobrem ei fidem adhibeam, etiam ſi aram tenens affirmaverit, & hiſtoriolæ Cantabrigienſis authoritatem, antiquam [1] quidem illam, rejiciam, *maxime in re ſuis temporibus extra omnem controverſiam poſita, atque etiam noſtris (niſi in quibus etiam evangelicæ veritates controvertuntur) recepta & comprobata. Quam hiſtoriolam etſi tu per omnia non probes, ego tamen neque hîc neque in multis aliis eam rejiciam, quum ſcriptorum (maxime Ranulphi & Malmesburienſis inter alios multos, inter quos eſt Beda & [2] Alfridus authore Lidgato) conſenſum [3] videam, quem mox aperiam. Antiquam voco hiſtoriolam, quod nuper nata non ſit, neque à Cantabrigienſibus in gloriam ſuam commenta, neque domi ſuæ nata, contra quam Oxonienſis exiſtimat, ſed ante annos multos [4] ab authore, cujus nomen cognitum non eſt (licet quidam ad [5] Cantelupum referant)

De authoritate Cantabrig. hiſtoriolæ.

*P. 37.

Granta flumine, contra quam nigri codicis hiſtoria loquitur, in his locis, illum non omnino ſine authoritate ac ratione loquutum videbis. Ibi permultas, eaſque juſtiſſimas, rejectionis hujus cauſſas, ac rationes invenies. 1 Antiquam dicit, quum tamen à quo conſcripta ſit, neſciat. 2 Fibroleganus ſive Beverlacenſis. 3 Cum nigro codice horum conſenſum promittit, ſed in quibus non oſtendit: nec poteſt opinor. præterea hii ſunt in ſuis libris muti: in alienis operibus multiloqui. Ea de cauſſa nullius ſunt hæc authoritatis. 4 Hæc admodum antiqua non eſt, quæ Cantelupum authorem habet. Vixit enim Cantilepus tempore Henrici 6^{i}. & annis abhinc plus minus 70. vita functus eſt. Neque multum refert, quam nova ſit aut vetus hiſtoria, ſed quam vera ſit, et vẽterum ſcriptis conſentanea. 5 Cantilepum.

rant) conſcripta & per orbem ſparſa. Et quamvis noſtra ætate per venerandum ſenem, & bonæ memoriæ virum Gulielmum Buckenham Theologum, Collegii Gonevilli & Caii Cantabrigiæ præfectum, quum eſſet Procancellarius, in nigrum Academiæ codicem inter *P. 38. alia Gymnaſii monumenta ſit transfuſa, *non tamen *Antiquit. nigri codicis.* tum primum ab eo, tanquam à primo authore, conſcripta fuit, ut recens opus videatur. Cujus ſi color offendit, ſi ideo ineptum putes quod niger ſit, en & candidum proferemus, ne quid in candidam veritatem peccet niger codex, ut tu quidem cenſes: en flavum quoque atque ruffum dabimus, ſi quid colores ad veritatem puritatemque cauſſæ faciant. Si papyrus novitatem arguit, διφθέρας, ſi libet, vel Amaltheæ capræ exhibebimus. Sin atramento recens videatur, minio literiſque aureis artificioſe elaboratis, ſcita vetuſtaque manu ſcriptum oſtendemus. Si novam libri faciem incuſas, ejus argumenti alios vetuſta imagine decoratos commonſtrabimus. Si veſtis nova, ſi integra diſplicet, etiam vetuſtate laceras & detritas producemus. Sin apud ſolos Cantabrigienſes in archivis hunc repoſitum exiſtimes, etiam apud hujus regni proceres, alioſque venerandos viros non paucos procul à ſcholis, inter *P. 39. vetuſtatis venerandæ monu*menta, non unum, ſed plures, non novos, ſed veteres religioſe aſſervatos intelliges: ut hîc omnibus modis tibi ſatisfiat, ſi quoquo modo id poteſt fieri.

Jam vero quod ante diximus, fuiſſe recepta & comprobata [1] præteritis temporibus quæ de Cantabrigiæ ortu & Cantabro in hiſtoria ſcribuntur omnia, diploma ſeu privilegium Cadwalladri regis (de quo poſtea) certiſſimum facit teſtimonium: ut ceteros omnes ſcriptores atque teſtimonia taceamus.

---

[1] Tam certò iſta probat, quam certum eſt, Cadwalladrum unquam tale diploma conceſſiſſe: quod nunquam fecit.

Ad ſecundum argumentum dicimus, nobis fidem non facere, ſi Lelandus dicat nota marginali apud Polydorum, quoſdam miræ vetuſtatis ſcriptores tradere, tempore Britonum Oxoniæ ſcholas Græcis Latiniſque literis floruiſſe, quum nec proferat eorum teſtimonia, nec indicet nomina. Quaſi vero quicquid in buccam illi venerit, hiſtoriæ vim haberet, aut quod ab Hiſtorico dictum ſit, juratores non exigeret, contra quam Seneca de morte ſeu ἀποθεώσει Claudii ſenſit. * Siquidem in nota quoque marginali apud Gualterum Coventrenſem, anno Annalium 1117. ubi mentio eſt Crikladi, ſed non ejus loci Academiæ, idem manu ſua ſcripſit, Crikladi fuiſſe aliquando Academiam, quum tamen in commentariis [1] in Cygneam Cantionem, indocti vulgi ſomnium eſſe dicat, locum illum Crikeladenſem Græcanicis ſcholis fuiſſe inſignem. Dabis veniam ergo, ſi nobis ſecundum allegata & probata, ut juriſconſulti ſolent dicere, judicandum ſit. Quod deinde objicis, *ſi Lelandi*[2] *liber de Academiis prodiret in lucem, illos convinceret qui antiquiorem Cantabrigienſium Academiam Oxonienſi aſtruant*, perſimile videtur illi argumento, quod veteri noſtro proverbio dicitur, *ſi cœlum ruat, caperentur alaudæ*. Nam quum neutrum ſit, nec ille quicquam probat, nec iſtud quicquam capit.

* P. 40.

Poſtremo, quod aſſeris, non Lelandum ſolum, ſed & veterum & recentium ſcriptorum probatiſſimos monumentis prodidiſſe, Sigebertum Cantabrigienſis Aca-

---

[1] Tua me ratione tuebor. Nulla hanc opinionem authoritate vel ratione refellit: ſine his tu ejus authoritatem non admittis, pag. 441. [2] Pag. 442.

de-

*P.41. *demiæ conditorem exſtitiſſe, tuo more dolis agis (ut
tua pace dicam) & non juſtis argumentis: adeo morbus
iſte adlubeſcit, ſi quem corripuerit. Nam [1] poſtquam
ab uno atque altero recentiori auſpicatus fueris,
ut Polydoro, Baleo, atque Lilio (quorum oſcitante
uno oſcitat & alter, nam unum Polydorum authorem
ſequuntur omnes) quum locus ſit introducendi veteres
ſcriptores, nullum prorſus introducis, ſed in alium locum
differs, hiſce verbis. “De veteribus ſcriptoribus,
“qui in eandem pedibus (ut dicitur) eunt ſententiam,
“mox [2] dicemus. Proximis tamen verbis, quaſi ſola
vetuſtatis commemoratio ſine teſtibus atque teſtimoniis
productis ſufficeret, Larus parturis, concludiſque
ad iſtum modum. “Clare jam liquet [3] opinor, non
“tam male ſibi conſuluiſſe Lelandum, quam prædicat
“orator, quando non ſolus affirmat, quod tam multi”
(ſic enim authores numeras ut arenas) “cum illo tam
“veterum quam recentium ſcriptorum confirmant.
Quaſi vero utriuſque generis plures produxeris, ac non
*P.42. alterius duntaxat tres. Aut quaſi trium * iſtorum [4] teſtimonia
unum non eſſent, ſed plura, uno Polydoro authore,
pluribus, qui eum authorem ſequuti ſunt, referentibus.
Atque ita pedibus quidem itum eſt, ut tu
dicis, ſed peronatis certe: & iis non plurium veterum

---

[1] Pag. 443. [2] Quod hîc diſtulit, ſuo loco diligenter præſtitit. [3] Recte quidem. Nam ſolus Lelandus Sigebertum academiæ Cantabrigienſis conditorem non facit: ſed & permulti alii, tum veteres, tum recentes. Hujus rei 8. teſtes producti ſunt: quos tu multos eſſe non putas.

[4] Cur hîc in teſtium numerum recipiendos non putas, qui idem cum aliquo teſtantur? Certe juriſconſulti hos ſolos, qui in teſtimonio conſentiunt, pro idoneis admittunt. Vide pag. 443.

pro tua pollicitatione, ſed unius recentis. In hoc tamen caute agis, quod, [1] *opinor*, narras, quum certa res non ſit, & ni opineris, nihil prorſus concluderes. Eſt enim, *opinor*, baſis, fulcimentum, & nervus tui argumenti. Idcirco ſimplicius fuit, quum, *opinor*, narras, *neſcio* dicere, quum ad iſtum modum plura in re dubia & incerta liceat opinari, ſic ut dubium ſit, *naviſne an galerus, lepus an filix ſit*, ut dici ſolet. Poſtea tamen in alieno argumento, interpoſitis aliquot paginis, quaſi in confirmationem hujus argumenti longius diſſiti, pleno ore profundere te putas veteres ſcriptores, quum tamen nihil tanto hiatu dignum [2] profers, & paucos admodum adducis, qui certe non Sigebertum authorem aſſerant, quod in controverſia fuit, ſed aliud quid, nempe Cantabrigienſem Academiam, non * univerſalem ſcholam, qualem Sigebertus poſuiſſe dicitur, ſi Diis placet, oſtendant, iſtis verbis. "Reſtat jam [3], ut veterum "ſcriptorum teſtimonio probemus, talem à Sigeberto "Academiam Cantabrigiæ non eſſe inſtitutam, qualem "ſupra definivimus. Et ſic ab alliis ad cepas diſſiliens, oculos Oratori technis atque dolis perſtringere tentas, quibus M. Cicero nihil odioſius putat. Lib. enim offic. I. vim & fraudem beſtiarum eſſe exiſtimat. Alteram enim leonis, alteram vulpeculæ eſſe judicat, neutram hominis eſſe cenſet, & fraudem odio dignam majore: totiuſque injuſtitiæ nullam capitaliorem eſſe

*P. 43.

---

[1] Vocabulum iſtud (*Opinor*) non refertur ad res illatas: ſunt enim certiſſimæ: ſed ad Londinenſis animum, cui an ſatis perſuaſerit, adhuc dubitat Oxonienſis. Quid hîc abſurdi eſt? (*opinor*) in re dubia. quippe de aliena mente, non de rebus ipſis illatis, ut tu male accipis, dubitat. [2] Imo ſane idipſum colligunt ex Bedæ loco lib. 3°. Angl. hiſt. cap. 17. qua de re pag. 443. [3] Vide pag. 442. & 443.

quam eorum, qui tum quum maxime fallunt, id tamen
agunt, ut boni viri eſſe videantur. Nam etſi id utile
ſit cauſſæ, non eſt tamen honeſtum perſonæ. Qua de
cauſſa ſapienter Ariſtides, qui diſſuaſit, ne Lacedæmo-
niorum claſſis incenderetur. Nam etſi commodum id
fuiſſet Athenienſibus, non tamen honeſtum erat: ſen-
tiens cum Furio Camillo de proditione Faliſcorum,
& cum Fabritio de tollendo Pyrrho, eam eſſe veram
victoriam, quæ ſalva fide & integra dignitate parare-
* P.44. tur. Ego tamen æquior ſum (mi Oxonienſis.) *Nam
ſine pennis volare, haud eſſe facile ſentio: & fraudes
doloſque imbecillum decere, dixit olim Seneca: & eos
maxime, qui quum ſuperos nequeunt flectere, Acheron-
ta ſtudent movere. Sed adjicis ex Lelando, *Rouſum, ſeu
Roſſum, quendam Waruicenſem authorem novum, & anno
gratiæ* 1491. *viventem, ſcripſiſſe contra librum Cantabrigien-
ſis hiſtoriolæ.* Id ſi fecerit (ô Oxonienſis) quid mirum,
obſecro te, quum eadem ſchola qua tu edoctus eſt?
At Lelandus [1] ille tuus, cui tu tantum tribuis, Roſſum
illum longe majoris diligentiæ hominem fuiſſe, quam
judicii, monumentis ſuis tradidit. Sed neque diligen-
tiæ ſane nimiæ. Etenim in libro de Academiis Brit.
ſcribit, Crekeladam, Latheladam, & Lecheladam, tres
fuiſſe Academias, quum tamen ex Jorenal. conſtet hiſt.
Lathelade & **Lechelade**, eundem fuiſſe locum. "Apud
"Lathelade" (inquit hiſtoria) "quæ modo vocatur
"Lechelade, juxta Oxoniam. Vin' ergo tantum in
affirmatione ejus pondus eſſe, ut citra authoritatem
* P.45. quod cupis efficiat? * & Cantabrigienſis antiquitatis

---

[1] Hîc citatur adverſus Roſſum Lelandus, cujus authoritatem quum contra te facit, penitus repudias. Huic ego Baleum oppono, qui longe aliter de Roſſo judicat. Quære pag.444.

fidem & authoritatem, quæ altiores egit radices quam ut iſtis modis poſſit everti, unius oris ſpiritus & inanis vox convellat? Itaque quum, præter ſententiam ejus nullo confirmatam argumento, contra antiquitatem Cantabrigienſem nihil adducis, nihil aliud eſt quod contra eum ipſe dicam, quam referentis Lelandi judicio, ſcribentis Rouſſi authoritatem repellam. Polydorus certe Vergilius, homo doctus atque moderatus, uſque adeo non videtur hiſtoriolam Cantabrigienſem rejicere, ut in dubia authoris fide [1] propter ſolam nominis incertitudinem, etiam in confirmationem adducat. Nam lib. V. Angl. hiſt. quo loco Cantabrigienſem Academiam Oxonienſi antiquiorem probat, ſic ſcribit. "Certat [2] nominis celebritate cum Oxonienſi Gymnaſio Academia quæ Cantabrigiæ apprime floret, "quæ tametſi ſcholaſticorum numero, & cœnobiorum "magnificentia minus vincit, bonarum tamen artium "feracitate nequaquam impar eſt. At vero antiquitate longe præſtat[3]. *Quod quum paucis interpoſitis comprobaverit, hæc aſſumit. "Verum [4] ſi commentariis credimus incerti authoris, antiquior eſt tum oppidi tum Gymnaſii origo. Ita Polyd. de hiſtoriolæ authore (quiſquis ille fuit, qui Cantabrum [5] Hiſpanum Cantab. gymnaſii authorem facit) non inique cenſuit.

1. *Antiquitatis Cantabr. confirmatio.*

*P. 46.

2.

---

[1] Non citat Polydorus nigri codicis hiſtoriam: ſed aliam æque incertam. ut ex collatione diſcere poteris pag. 445. et ſequentibus. [2] Conſule pag. 433. [3] Addit Polydorus hæc verba: "Ab hac enim academia Cantabrigiæ poſita, "uſque ad initium gymnaſii Oxonienſis, anni interfuere "265. &c." Erroris cauſſam aperit aſſertio Oxon. [4] Aliorum opinionem non ſuam hic refert Polyd. [5] Eo in loco non Cantabrum Hiſpanum, ſed Bartholomæum hominem Cantabrum, conditorem facit. Vide pag. 446.

Et quum ſcholaſticorum numero minime vincere dicat, non inferiorem tamen eo nomine ſenſit. At literis, parem quidem, antiquitate [1] vero, longe ſuperiorem. Quod idem quum Orator dicat, non video ſane, quæ ſit Oxonienſi Academiæ facta [2] injuria (de qua tamen Oxonienſis conqueritur) non magis certe quam fratri natu minori, quod frater natu major ſuperior ætate cenſeatur.

Hic tamen Polydorus ſi ejus ſolus eſſet ſententiæ, nec alios plures aſſertores haberet, Oxonienſi æquior eſſem. Jam vero quum ſcriptorum conſenſus ſit (ut Antiquarius & Orator dicunt) nec tanta paucitas quantam Oxonienſis putat, ſpero futurum, ut & Oxonienſis ipſe de ſententia deduci poſſit, & illi facile perſuadeam (ni omnino præfractus homo ſit, *& parum audiens rationi) vera eſſe, quæ de Cantabro, Cantabrigienſiſque Gymnaſii Antiquitate dicuntur omnia: nec tamen ampliorem fidem poſtulo, quam aut ratio aut authoritas fecerint. Incipiam ab incerto authore, ut certorum authoritate comprobem, non illo quidem primo, ſed alio: non ob id tamen minoris fidei quod nomen non habeat, quum rarum admodum ſit noſtræ gentis ſcriptoribus nomen addidiſſe, propter modeſtiamne an gentis morem neſcio, an tertio aliquo, nimirum quod veritas odium pariat, libertaſque dicendi hiſtorica periculum afferat: aut, ne videatur famam aucupari: neve materia detrahendi detur: ne vileſcat opus cognito authore, ne materia non reſpondeat dignitati perſonæ. Quæ cauſſæ eſſe poſſunt quoque, ut ſi quando nomen addant, tam occulte id faciant, atque literis

*P. 47.

Cur ſuppreſſa Scriptorum nomina.

Ratio explicandi occulta Scriptorum nomina.

---

[1] Vide aſſertionem pag.410. [2] Si tantum Polydoro attribuis, cur cum illo Sigebertum academiæ Cantabrig. conditorem non facis?

majuſculis initialibus capitum proœmii, libri, aut utriuſque id abſcondant, ut te omnino lateat, niſi collatis literis. Ad quem modum Polychronici ſcriptor & nomen & profeſſionem in proœmio libroque primo iſtis, quæ ſequuntur, literis explicat. *PRAESENTEM CHRONICAM COMPILAVIT FRATER RANULPHUS CESTRENSIS MONACHUS. Idem de arte prædicandi. ARS RANULPHI CESTRENSIS: interpoſito inter ſingulas literas integro capite. In qua explicandi nominis ratione ſi diligentior eſſe cupis, & illud obſervandum tibi eſt: ſi duæ literæ capitales ejuſdem figuræ duorum conſequentium capitum concomitentur, alteram tantum eſſe aſſumendam. Joannes Sulgenus quoque (quem Sulghenum & Sullienum Walli nominant) memoratæ eruditionis vir apud Cambros, qui vitam patris ſui Sulgeni (proximi ante Abrahamum Sancti David epiſcopi, priuſquam Gul. Normannus in Britannia gubernaret) verſu quidem exametro, ſed literis Saxonicis ſcripſit, nomen ſuum capitalibus Carminum literis explicavit. Inter quæ illud memorabile eſt, fuiſſe patris ſui memoria in Anglia & Hibernia clariſſimas literarum ſcholas, quod iſtis verſ*ibus extulit.

*P. 48.

*P. 49.

Quı poꞅꞇquam pꞃımo Nablam ꞇeneꞃ eꝺıꝺıꞇ ınꝼanꞅ,
Peꞃluꞅꞇꞃaꞇ ꞅcolaꞅ ꞅꞇuꝺıo ꝼloꞃenꞇe Bꞃıꞇannaꞅ.
Aꞇ cꞃeꞅcenꞇe ꞅımul aꞃꝺoꞃe ac ꞇempoꞃe mulꞇo,
Exemplo paꞇꞃum commoꞇuꞅ moꞃe leᵹenꝺı,
Iuıꞇ aꝺ Hıbeꞃnoꞅ ꞅophıa mıꞃabıle claꞃoꞅ.

Schola in Hibernia.

Neque novum ſane nominandi genus illud eſt, ſed vetus, quum obſervem, Sibyllam quoque Erythræam (ut de Ennio taceam) uſam eſſe. Etenim verſibus ſuis quum hæc de Jeſu Chriſto verba, ἰησοῦς χειστὸς θεοῦ ὗιος σωτὴρ, occultius vellet explicare, primis horum ſuorum verſuum literis omne myſterium, etſi retruſius, extulit.

*P. 50. * Ἰδρώσει γὰρ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ᾽ ἔσται,
Ἥξει δ᾽ οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν, ὁ μέλλων
Σάρκα παρὼν κρῖναι πᾶσαν, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὄψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ, καὶ ἄπιστοι
Ὕψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο
Σαρκοφόρων, ψυχὰς δ᾽ ἀνθρώπων ἐπὶ βήματι κρινεῖ.

Et quæ ſequuntur, ad viginti verſus: quorum ultimus eſt,

Ρεύσει δ᾽ οὐρανόθεν ποταμὸς πυρὸς, οὐδέ γε θείου.

Ex quorum priorum ſex carminum (quas ἀκροστιχίδας Græci dicunt) literis capitalibus compoſitis, Ἰησοῦς produco. Cętera brevitatis cauſſa reſeco. Illud addo tamen neceſſario, in ſexto verſu, ψυχὰς δ᾽ ἀνδρῶν non ψυχὰς δ᾽ ἀνθρώπων legendum eſſe. Sic enim carminis ratio poſtulat. Proinde caſtigandi ſunt codices Sibyllini,& ſi
P. 51. qui ſunt qui iſta mendoſe referunt: ut Euſebii λόγος βασιλικὸς in Conſtantinum regem, Divi Aug. lib. XVIII. de civitate Dei ad Marcellinum, cum ſcholiis Lodovici Vives. Meminit horum verſuum, ſed Latinorum, Matth. Pariſius in Hiſtoria majori, ætate quarta. Ad iſtum modum literis luſitare noſtris hominibus viſum eſt, aliquando in nominibus, aliquando etiam in
Hubaldus. carminibus, ut Hubaldo noſtro, Poëtæ non vulgari, qui de laude Calvorum ſcripſit ter quinquaginta verſus, ad exemplum numeri ter quinquaginta pſalmorum Davidis Prophetæ, quorum verſuum ſingulæ voces incipiunt à *c* litera, ad hanc formam.

Carmina clariſonæ calvis cantate Camœnæ,
Comere condigno conabor carmine calvos.

Quos primos ejus verſus exempli gratia aſſcribo. Atque ita iſti quidem literis: alii numeris ſua nomina explicarunt. Etenim ſcalæ chronicæ author, homo Britannus, etſi Gallice ſcribat rudius, & ordinis equeſtris Balneorum Regalium, *literarum Alphabeticarum numeris, non literis & figuris nomen ſuum expreſſit. Jungendo enim decimæ nonæ literæ Alphabeticæ (quæ eſt T.) octavam, decimam quartam, duodecimam, primam, & decimam octavam (quæ ſunt *H. O. M. A. S.*) reſultat proprium nomen *THOMAS*, etſi ſunt qui nomen illi Joannis fuiſſe ſcribant. Tum dein ſeptimæ (quæ eſt *G*) committendo decimam ſeptimam, primam vocalem atque tertiam (ſunt autem iſtæ *R.A.I*) cognomentum *GRAI* oritur: quod non male conjecturis ſuis conſequutus eſt in Aſſertione Arthuri Joannes Lelandus, qui opinatus eſt, hunc, Graium appellatum. Iſtiuſmodi involucris nominum & alii ſcriptores noſtri uſi ſunt, explicatu difficillimis, niſi artis eorum gnaris, ob eas (credo) quas ante dixi cauſſas: quo minus credas, minorem fidem adhibendam, quod cognomentis vacent. Quod ſi eo minoris fidei eſſent, quod nomina non haberent, neque decreta [1] Gratiani, neque Gloſſemata Accurſii, imo neque epiſtola divi Pauli ad Hebræos, tantæ fidei eſſent, quantæ *eſſe certe deberent. Nam epiſtolæ illi divum Paulum non addidiſſe nomen, notum eſt, & Gratianum atque Accurſium nomina in principio non appoſuiſſe (quicquid hodie à poſteris factum ſit, quod cognitus eorum ſtylus eſt) author eſt Joan. Andreas, juriſconſultorum non poſtremus, de re-

Graius.

* P. 52.

* P. 53.

---

[1] Certe neque hæc, quantumvis hodie apud nos meritiſſimæ fidei, ſtatim poſtquam edita ſunt, nec dum à doctis examinata, fidem publice apud omnes conſequuta ſunt: ſed eis tandem una cum tempore accrevit authoritas.

gulis juris ſexto. Imo neque commentariis tuis (ô
Oxonienſis) eſſet adhibenda fides, quod tuo careant
3. nomine. Sed redeo. Is, inquam, author [1] incerti quidem
nominis, authoritatis [2] tamen gravis, anno à Christo
nato 1447. minio & atramento in charta pergamena
ſcriptus, quum Londini, Eboraci, Caſtri puellarum
Nic. Trevetus. (quod Edenburgum dicit Nicolaus Trevetus in Annal.
regum Angliæ, in anno Domini 1189.) Carleoli (quod
Antoninus & Ranulphus Luguballiam vocant) Cantuariæ,
Septoniæ & Bathoniæ urbium authores & initia
explicuerit, univerſitatem [3] Cantabrigienſem (ſic enim
vocat) à Cantabro duce ædificatam aſſerit anno à mundi
creatione 4095. & frequentatam à Philoſophis ante
Chriſti incarnat. 394. ab adventu Bruti 2425. ab
*P. 54. ædificatione urbis Londini 2430. * Addit præterea
"conſtare" (hoc enim verbo utitur) "Cantabrigiam
"fuiſſe univerſitatem ante tempus, quo hæc ſcripſerat,
"annis 1825. Quibus explicatis, poſtremo in loco hæc
Urbes antiquior. & nobil. Britannicæ. ſubdit. "Et quia hæ civitates antiquiores & nobiliores
"erant in Britannia, de ceteris civitatibus ponam
"ori meo clauſtrum ſilentii. *Univerſitatem* dicens, ut
Univerſitas. & majores noſtri, quo ſenſu Cicero mundum dixit univerſitatem.
Nam ut hic res univerſas ſuo complexu
contineat, ita hæc univerſarum ſcientiarum cognitionem
& poſeſſionem habeat.

4. *Boulus.* Poſt hunc Rogerus Boulus, Neonamienſis hiſtoricus,
eſt, homo [4] doctus atque diligens, qui præterquam quod

---

1 Egregius. ſ. teſtis ἀνώνυμος· authoritatis tamen non contemnendæ, ſi huic quicquam credis. 2 Et quî id conſtat obſecro? num tibi familiariter notus eſt? 3 Hic quomodo cum Polydoro conſentiat, vide, quum hic à Cantabro, ille à Sigeberto, Oſtroanglorum rege, exſtructam aſſerat. Plura lege pag.448. 4 Hic nulli antea notus, quam

ſuis

antiquiſſimam eſſe tradat, etiam à Cantabro exſtructam ſcribit, & varias clades ex direptionibus & vaſtationibus Danorum, ex populationibus & injuriis Saxonum, perpeſſam explicat, de quibus in libris noſtris de Hiſtoria Cantabrigienſis Academiæ explicatius egimus. *Hiſtoria Cantabrigienſis Academia.* Refert [1]quoque Gurguntii temporibus inſtitutum gymnaſium anno mundi 4321. & ſecundum quoſdam *(inquit) 1829. ***P. 55.** Fidem facit authoritate variorum librorum vetuſtorum, quos invenerat in monaſteriis Angliæ, ſed præcipue Walliæ & Cornubiæ, & inter ea Morganenſi monaſterio: docetque in eo libro, non ſolum de Cantabrigia, ſed de aliis urbibus Angliæ pertractari, librumque ſic incipere: *Chronica vero, quæ ſunt imagines hiſtoriarum* &c.

5. Sed quia fuſior hic eſt, proniorque in rem controverſam de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ (ne qua ſuſpicio eſſe poſſit falſæ aut authoritatis aut relationis, quod liber ſcriptus ſit, & nondum exſtat publice, ut nec multi alii noſtri ſcriptores quibus utor) viſum eſt Joann. Lydgati (Galfridi Chauceri, nobiliſſimi olim Poëtæ, diſcipuli, omnium poëtarum ſui temporis in Anglia facile principis, ſicut Baleus ſcribit) *Lydgatus.* proferre teſtimonium, opus jam ante annos multos Anglico metro formulis excuſum, omnique populo divulgatum. In quo non ſuam profert ſententiam, ſed Bedæ *Beda.* & Alfridi *Alfridus.* transfert hiſtoriam: quos conſtanter affirmare dicit, Cantabrum ducem, *Partholini regis Hiberniæ fratrem, ***P. 56.** Cantabrigiam ſuper Cantam fluvium, muro cinctam, turreque defenſam condidiſſe, nomenque Cantabrigiæ dediſſe anno mundi 4348. à transmigra-

---

is titulis à te primum ornatur. Lege de hoc authore et jus teſtimonio plura pag. 449. [1] Bowlei verba non recitat: ſed pro arbitratu ſuo loquentem inducit.

tio-

Cantabrigia prima univerſitas.

Cantabrigiæ laudatio.

tione Babiloniæ annis 230. & ante Chriſtum annis 539. Authores præterea eſſe, Cantabrum Athenis edoctum, inde Philoſophos advocaſſe, & Cantabrigiæ docendi gratia collocaſſe: & ab his initiis ad ſuam (Bedæ & Alfridi) memoriam, primæ ſcholæ & Univerſitatis nomine Cantabrigiam claruiſſe. Dein acceſſiſſe Caſſivellauni Regis favorem anno à tranſmigratione Babiloniæ 532. qui, multis conceſſis privilegiis, gymnaſium non ſolum exornavit, ſed etiam amplificavit: Quumque Romam ſocietate Julii Cæſaris concedendum fuit, multos præclaros Cantabrigienſis Academiæ viros ſecum abduxiſſe. Ad extremum, & antiquitate venerandam Academiam, & fama honeſti nominis prædicatam eſſe, quod nunquam facinoroſæ hæreſeos infami nota contaminata exſtiterit. Hæc Beda & Alfridus Beverlacenſis interprete Lydgato, cujus * verba etiam Anglica poſuiſſem, ſi ipſe Latine non ſcripſiſſem, aut opus non exſtaret publice. Hinc natum puto, quod Joffridus, Croilandenſis hiſtoricus (cujus hiſtoriæ extremam partem quidam ad Petrum Bleſenſem referunt) ad iſtum modum de Cantabrigia ſcribat. "Jam magnam "videmus, jam lætificatam civitatem Dei, & totam "Angliam factam frugiferam per plurimos Magiſtros "Doctoreſque de Cantabrigia exeuntes, ad ſimilitudi-"nem ſanctiſſimi Paradiſi. Tantus erat honos Cantabrigienſis Academiæ.

* P. 57.

6. Secundum Lydgatum [1] eſt et alius ſcriptor, anonymos quidem, ſed bonus author in primis, qui ſcriptis ſuis commendavit, Cantabrigiæ Univerſitatem ince-

---

[1] Quid ineptius, quam illius vel bonitatem vel fidem laudare, quam nec ipſe expertus es, nec à quoquam diſcere potes: quum omnibus ſit æque ignotus?

piſſe ante tempus Caſſivellauni annis 322. & Caſſivellaunum exſtitiſſe poſt tranſmigrationem Babiloniæ annis 532. & Gurguntium floruiſſe anno Mundi 4317. circiter Dionyſii Siculi tyranni tempora, ut Ranulphus lib.I. & III. ſcribit.

7. *P.58. Lego etiam in vetuſto quodam libro *Joannis Warkeworth, Lanfrancum quendam idoneum authorem ſcripſiſſe chronicon Wallice, quod olim inter chronica alborum monachorum Morganiæ repertum, ſic ſcriptum habuit. “Anno à mundi creatione 4824. Gurguntius, Bellini filius, Bartholomæo & Cantabro, propter ſeditionem in partibus Hiſpaniæ factam, apud Inſulas Orchadum in mari obviavit, quorum precibus poſt multa acquieſcens, conceſſit eis Hiberniam tunc ad inhabitandam. Etiam eodem anno Cantabrigia ſumpſit originem. Hæc Lanfrancus.

8. Accedit iſtis vetus [1] genealogiæ principum Cambrorum, Britannicorum, & Saxonicorum author, non minus gravis quam doctus. Is linea ſeu proſapia principum Cambriæ, ubi de Bladud mentio eſt, ſic ſcribit. “Facta eſt Cantabrigia à Cantabro duce ante incarnationem per annos 394. & à Philoſophis frequentata, ut dicit Gildas in lingua Britannica. Hæc quidem ille. Eo etiam libro, quem ſcripſit de victoria Aurelii Ambroſii (regis *Britonum & reparatoris monaſterii *P.59. Weſtmonaſterienſis anno 1088. ut ex hiſtoria ejuſdem eccleſiæ intelligo) multa de Cantabrigia Gildam ſcripſiſſe, author eſt Joannes Herriſonus. Idem genealogiæ ſcriptor, ubi ad Aluredum ventum eſt, in linea Weſtſaxonum ad iſtum modum habet: “Iſte Aluredus fundavit [2] Univerſitatem Oxoniæ anno Domini 873.

---

[1] Nullum finem facit citandi obſcuros, & apocryphos ſcriptores, et nulli notos. [2] Genealogicus iſte fatetur,

“ Sed Cantabrigia erat fundata à Cantabro duce ante
“ incarnationem annis 394. & à Philoſophis inhabita-
Cantabrigia longe ante Oxonium. “ ta. Et ſic Cantabrigia erat ante Univerſitatem Oxoniæ per 1267. annos. cujus libri Genealogici initium eſt: *Cuilibet principi congruum, utile, & honeſtum eſt, genealogiæ ſuæ ſeriem cognoſcere* &c. quod addo[1], ut libro ſit authoritas, quum non ſit illi nomen.

9. *Diviſienſis.* Confirmat Richardus Diviſienſis, antiquus & ipſe ſcriptor, doctus in primis atque elegans, ex Caſtro de Diviſis in Wiltonia provincia oriundus, qui in epitome rerum Britannicarum graviter ſane in hæc verba ſcribit. *P. 60. “Gurguntius. In hujus * tempore condita[2] eſt “ civitas Scholarium Cantabrigia à Cantabro duce.

10. His ſuffragatur Joannes Herriſonus, Artium & Medicinæ doctor, & author [3] non incelebris, idem plane in ſumma ſentiens, quæ hiſtoriola, ac præterea docens, Cantabrum anno ſexto Gurguntii eidem [4] fuiſſe obviam in mare. Scripſit iſte anno ſalutis 1464.

11. Nicaſius Cadnæus quoque de adventu Julii Cæſaris, vir cum primis doctus, author eſt, civitatem Cantabrigiam, ſtudiorum matrem, fuiſſe anno mundi 4415. ſuper Cantæ flumen in orientali plaga Britanniæ artificioſe conſtructam à Cantabro Regis Hiſpaniæ filio, tempore Gurguntii Regis Britonum, & multipliciter decoratam Philoſophorum præſentia, ex qua proceſſerunt Doctores & Poëtæ totius Europæ.

12. Quin & Guolphgangus Juſtus, rei Academicæ non indiligens ſcrutator, in Catalogo Academiarum tradit,

---

Aluredum fundaſſe Academiam Oxon. A°. Domini 873.

[1] Quaſi fictis & mendacibus libellis ſua deſint principia.

[2] Grantanam forſan condidit academiam: non Cantabrigienſem.

[3] Qui nunquam tamen antea in teſtimonium productus eſt.

[4] Nihil hæc ad Novæ Grantæ antiquitatem faciunt.

eſſe qui[1] Cantabrigienſem Academiam antiquiorem ſtatuant, quam aut Polydorus aut *Baleus ſtatuerunt. *P. 61. Quod certe eſt veriſſimum, quum ſint qui ſcribant, tempore Regis Bladud, qui Gurguntium anteceſſit, fuiſſe conditam.

13. His ſubnectam Georgium Lilium, diligentem ſane virum, qui in chronico Anglorum Regum, in Aluredo [2] conteſtatur, Cantabrigienſem Academiam ante Oxonienſem fuiſſe annis 265. nec tamen ſe extendit ultra Sigeberti tempora.

14. Cum iſtis, quod ad gymnaſii authorem attinet, conſentit Georgius Coriatus, [3] Poëta Oxonienſis, & cum primis elegans, hiſce verſibus:

Et duo ſunt totum gymnaſia nota per orbem:
Oxonium ſtudiis florens, mihi dulcis alumna,
Regis opus: tuaque illuſtris Rex Cantaber ædes,
Magnifice florens ſacris Academia muſis.

15. Secundum hos Stoveus[4] eſt, in cujus authoritate totus conquieſcis, qui in epitome chronicarum ex antiquis monumentis, *his ſubſcribit, quem tamen tu *P. 62. Oxonienſis adverſari dicis. Is poſtrema ſua editione, δευτέραις φροντίσεσιν aucta, & non ante annum Domini 1566. in octavo excuſa, ſcribit, *Gurguntii temporibus conſtructam Academiam*: *Sigeberti reparatam*[5]. At Gorbomanni temporibus (quem Huntudonenſis & Monumetenſis Gorbonianum vocant) qui exſtructam dicunt, er-

Gorbonianus.

---

[1] At, receptos et fide dignos eſſe ſcriptores, non addidit.
[2] In eo Polydorum ſequutus erravit, quod pædagogium academiam appellaverit.
[3] Quæ tua eſt faciendi poëtas authoritas.
[4] Stoweus, ſuaſu Londinenſis, deceptus, priorem ſuam ſententiam in pejus mutavit.
[5] Revixiſſe per eum bonas literas ſcribit.

Granta & Grantam.

rore nominis *Grantam* deluſos cenſet, quod Cantabrigiam, Grantam quoque ea ætas nominavit. Atque ita quum Grantam Lincolnienſem ædificatam dicerent, Grantam Elienſem ædificatam ſcribunt. Sed quum *ædificatam* dicunt, *reparatam*[1] intelligunt: quum alioqui unum & idem principium ætate Gurguntii (quod jam nunc conſtat) atque etiam Gorboniani (quod nondum conſtat) natura eſſe negat. Monemutenſis vero lib. primo cap. XXI. de templis exſtructis & reparatis à Gorboniano ſcribit, de civitatibus non ſcribit. Etſi Eulogii hiſtoriarum ſcriptor[2], libro ſecundo quinti libri (nam quintum in plures dividit) Gorbonianum civitates renovaſſe, duas * autem de novo ædificaſſe monumentis tradidit, Grantam[3] ſcilicet & Cantabrigiam, eaſque ſuo nomine inſigniviſſe: pari forſan cum priori errore. Nam Granta ſeu Cantabrigia nominis ſimilitudine nihil habet cum Gorboniano commune, niſi cum Grandobodia, altero ejus apud authores corrupto nomine, convenire dicas. Hinc tamen natum videtur, quod hiſtoria Sancti Albani, & Thomæ Lanqueti chronicon tradant, ante Chriſtum natum 303. per Gorbonianum Cantabrigiam exſtructam. Niſi ſi forte idem Eulogii author, Cantabrigienſe caſtrum vocet Grantam, quo nomine id olim appellatum, antiquæ memoriæ ſcriptor Felix monumentis ſuis prodidit. Gervaſius tamen Tilberienſis Cantubricam antiquitus appellatum ſcribit. At Grantam pro caſtro dixiſſe, non

* P.63.

Caſtrum Cantabrigienſe.

---

[1] Manifeſtam vim infert hiſce noſtrorum annalium ſcriptoribus, dum *exſtructam, hoc eſt, reparatam*, falſo interpretatur. [2] Hic contra te facit, niſi forſan Grantam & Grantamiam male confuderit. [3] De exſtructis à Gorboniano, et à ſuo nomine appellatis, *Grantham* & *Cantabrigia*, & de caſtro, plane nugatur.

ſit veriſimile, quum caſtrum urbs non ſit: de qua hic ſermo eſt. Quomodocunque ſe res habet, etiam iſta authoritate Eulogii, multo antiquior eſt Academia quæ Cantabrigiæ eſt, quam quæ eſt Oxonii.

*Sequitur & Jacobus Middendorpius[1] de Academiis celebrioribus, & Cantabrigienſem Oxonienſi antiquiorem dicit. Addit & hoc, *ſunt qui antiquiorem putent.* 16. *P.64.

Sed hi poſtremi, recentes ſunt. Redeo ad antiquos: Ranulphum dico & Huntudonenſem. Sic enim Henrici Huntudonenſis, ſummi hiſtorici & archidiaconi, nomen in vetuſtis codicibus ſcriptum invenio. Hi, libris hiſtoriæ ſuæ primis, inter antiquiſſimas[2] & nobiliſſimas totius Britanniæ urbes Cantabrigiam connumerant. Utriuſque verba ſubſcriberem, niſi uterque idem prodiderit. Quia tamen Huntudonenſis plenius ſcribit, atque alterum tum antiquitate, tum authoritate antevertit, ejus ſolius verba ſubjunxiſſe ſatis fuerit. "Erat autem" ([3]Britannia inquit) "civitatibus quondam viginti octo nobiliſſimis inſignita, præter caſtella innumera, quæ & ipſa muris, turribus, portis "& ſeris erant inſtructa firmiſſimis. Civitatum autem "nomina hæc erant Britannice. Cairbranc, id eſt, Eboracum: *Cairchent, id eſt, Cantuaria: Cairgorangon, "id eſt, Wigornia: Cairlunden, id eſt, Lundonia: "Cairlirion, id eſt, Leiceſtria: Caircollon, id eſt, Coleceaſtria: Cairgloue, id eſt, Gloueceaſtria: Caircei, "id eſt, Ciceaſtria: Cairbriſtou, id eſt, Briſtollia: Cairceri, id eſt, Circeceaſtria:" (Aſſerus de geſtis Alphre- 17. 18. *Antiquæ urbes.* *P.65.

---

[1] Hic, unum ſecutus Polydorum, cum eo dormitat.
[2] Ut ſit urbs antiquiſſima, academia tamen nihilo erit antiquior.
[3] Producit probatos, ſed extra cauſſam, ſcriptores. Vide pag.458.

di

Cantabrigia antiqua civitas.

*P.66.

di anno 679. Cirrenceaſtre interpretatur:) "Cairguent, id eſt, Winceaſtria: Cairgrant[1], id eſt, Granteceaſtria, quæ[2] modo dicitur Grantebrigia: Cairlion, quam vocamus Cairleuil: Cairdauri, id eſt, Dorceſtria: Cairdorm, id eſt, Dormeceaſtria; quæ ſita in Huntedonenſi provincia ſuper flumen quod vocatur Nen, penitus deſtructa eſt: Cairloitchoit, id eſt, Lincolnia: Cairmardin, quæ nunc quoque ſic vocatur: Cairguorton, Caircucerat, Cairguortegern, Cairurnach, Caircelennon, Cairmeguaid: Cairleil, id eſt, Luguballia: Cairperis, id eſt, Portcheſtre: Cairlegion, in qua fuit archiepiſcopatus tempore Britonum; nunc autem vix mœnia ejus comparent, *ubi Uſca cadit in Sabrinam: Cairdraiton, Cairmaircipit" (forſan Cairmunicip, quod Nennius Verulamium, notam adhuc urbem propter Sanctum Albanum, vocat:) "Cairſegent, quæ fuit ſuper Thameſin non longe à Redinge, & vocatur Silceſtre. Hæc erant nomina tempore Romanorum & Britannorum. Hactenus Huntudonenſis. Cui conſentit & Gildas de geſtis Britonum, qui viginti octo eſſe dicit, & recenſet nominatim, ſed ſine[3] interpretatione. Et Ranulphus quoque, qui enumerat quidem, ſed pauciores: & pro *Cairperis* & *Silceſtre*, legit *Caerberis* & *Seleceſtre*. Sunt & alii qui triginta duas recenſent, & *Caerperis* legunt. Alfridus & Radulphus Marrham in manipulo chronicorum viginti octo fuiſſe dicunt, ſed decem & octo tantum referunt, & aliquibus nominibus ſcribendis à ceteris variant: ut Cairlud, id eſt, Lundon: Caerglau, id eſt, Glouceaſtria: Caerceri, id eſt, Circeſtria: Caergrant, id eſt, Cantabrigia (quo modo etiam nominat Joannes Ufforde in Scuto Bedæ:) Caerleil,* id eſt, Luguballia: Caerporaris, id eſt, Porceſtria: Cairdorin, id eſt, Dorceſtria: Cairludcoth, id eſt, Lincolnia: Caermarlin, id eſt, urbs Merlini: Caerſegent, id eſt, Siliceſtre, quæ ſuper Thameſin non longe à Redinges ponitur: Caerlium vel Caerlegion, id eſt, urbs Legionum: Caerbadon, id eſt, Bathonia: Caerpaladur, id eſt, Septonia, quæ hodie dicitur Shafteſbery. Ninianus quoque in Eulogio hiſtoriarum has eaſdem urbes recenſet: & Nennius in Catalogo urbium. Aſſerus de geſtis Alphredi anno 875. de Grantabricge quoque meminit. *P.67.

---

[1] Veterem Grantam antiquam eſſe urbem quis negat?
[2] Male hæc verba addit Huntudonenſis, locorum vicinitate deceptus: nec quenquam ex vetuſtioribus in hoc ſequutus eſt. [3] Ergo Cairgrantum Cantabrigiam non eſt interpretatus.

19. De his viginti octo civitatibus, muris, turribus, portis atque propugnaculis bene munitis, Beda quoque eccleſiaſticæ hiſto. gentis Angl. lib. I. cap. I. meminit. Muros [1] habuiſſe inter eas Cantabrigiam, quam *Grandaceſtriam* in impreſſis, *Grantaceſtre* in ſcriptis, & *Grantaceaſtre* in Saxonicis libris Beda vocat. Idem Beda [2] lib. IIII. ejuſdem hiſt. cap. XIX. in illis, cap. XXI. in Saxonicis aperte docet. Nam [3] *juxta urbis muros* (inquit) *repertum eſt ex* * *albo marmore divæ Etheldredæ monumentum.* Ex verbis item commemoratis Henrici Hun-

Muro cincta Cantabrigia.

*P.68.

---

[1] Muros habuiſſe Cairgrantum et Granteceſtriam ſæpe legitur: at Cantabrigiam non item. [2] Hic nuſquam Cantabrigiæ meminit. [3] Quorſum hæc omnia? nempe horſum, uti ſuſpicor. Ex iis 28. urbibus unam fuiſſe Cantabrigiam Beda intellexit: quia Ranulphus et Huntudonenſis aliique recentiores huic illam numero incluſerunt. Vera eſſe quæ dicis concedo: ſed parum efficax eſt ratio. Nam poſteriorum ſcripta ad veterum normam examinanda ſunt: non econtra, etiam te judice.

tudonenſis lib.I. de antiquis urbibus, & Ranulph. Ceſtrenſis ex lib.I. cap.XLVII. de eiſdem ſcire licet, non ſolum caſtella, ſed & civitates illas viginti octo muris cinctas, turribus, portis atque ſeris fuiſſe defenſas. Id etiam Cair[1] vocabulum loquitur, quod non niſi urbibus muro ſeptis attribuitur: nam ipſum, *murum* ſignificat, ut Cambri dicunt. De hac urbe, Cairgranti nomine, meminit quoque hiſtoria Sancti Albani, qui Caxtoni Impreſſoris nomine circumfertur: & ſine cognomento Robertus quidam, qui ſub Henrico tertio ſcripſit, in ipſis Librorum initiis. Sed exſtitiſſe Cantabrigiam[2] atque ejus Academiam Britannorum & Romanorum temporibus, & eas antiquas atque nobiles, ex his quidem conſtat ſatis.

20. *Arthurus.* Fuiſſe autem ante Sigeberti tempora ſtudium Cantabrigiæ, & hæc docent, & diploma illud magni regis Arthuri, quod ſubſequitur. “ Arthurus, regali à Deo “ fultus dignitate, omnibus ſuis ſalutem. *Quia omnipotens Deus per miſericordiam clementiæ ſuæ, abſ“ que ullo antecedente merito, ſceptra regis mihi lar“ gitus eſt, libenter ex eo quod dedit retribuo. Idcir“ co ejus gratia eruditus, pro amore cœleſtis patriæ, “ remedioque animarum anteceſſorum meorum Britan“ niæ regum, pro augmentatione inſuper reipub. regni “ mei Britanniæ, ac profectu ſpirituali ſcholarium in “ lege Domini jugiter Cantabrigiæ ſtudentium, conſilio “ & aſſenſu omnium & ſingulorum Pontificum & Prin“ cipum iſtius regni, & licentia ſedis Apoſtolicæ, ſta“ tuo præſenti ſcripto, & firmiter decerno, ut civitas “ Scholarium prædicta (ubi hactenus ſplendorem ſcien“ tiæ & lumen doctrinæ, gratia favente conditoris, mei

*P.69.

Reges ante Arthurum Cantabrigiæ docti.

---

[1] *Cair* quid. [2] Urbem fortaſſe: non academiam.

“præděceſſores acceperunt) à publicis vectigalibus & operibus oneroſis abſolvantur, ut quietudine doctores inibi & ſcholares valeant doctrinæ ſtudio inhærere, ſicut glorioſus rex Britanniæ Lucius decrevit, Chriſtianitatem amplectens prædicatione doctorum Cantabrigiæ. Quamobrem ſint ſcholares atque doctores Cantabrigiæ manentes, * in tranquillitate perpetua tuti, privilegiiſque muniti regalibus cum ſuis rebus & familiaribus ab omnibus ſecularibus ſervitutibus, nec non à regalibus tributis majoribus ſeu minoribus. Datum anno ab incarnat. Domini 531. VII. die Aprilis, in civitate London.

Eluani (credo) Meduuini & aliorum.

* P. 70.

Hæc Arthurus: Cujus authoritatem [1] ſi quis elevare ſtudet, quod Polydorus Ang. Hiſt. li. III. vana eſſe, quæ de Arthuro ſcribuntur, aſtruat, is non videtur mihi vetuſtatis monumenta diligenter evolviſſe, ſed de rebus ejus plane ſomniaſſe, quum de geſtis Arthuri, de regno, de caſtris, de regiis, de conviviis, de legibus, de Academiis, de vita, de morte, de ſepultura plena ſunt omnia: adeo ut hîc Jo. Lelando [2] de aſſertione Arthuri magis accederem, ſi nullum mihi de vetuſtate judicium eſſet, quam Polydoro, qui ut in aliis, ita & hîc licenter errat, ut pace ejus dixerim, etſi in aliis bene geſtis commendarem. Quem, ne aliquando intelligerentur errores, fama percrebuit, atque etiam cognitum & compertum certo eſt, tot hiſtoricos noſtros vetuſtos & manuſcriptos immani ſcelere igni commendaſſe, quot ne plauſtrum quidem *poſſet capere atque ſuſtinere, arbitratus, ut credo, ſe ejus generis omnes ſolum habuiſſe: aut veritus ſibi vitio dari, quod ſecutus legem, jampridem librorum veterum caſtigatoribus datam, (ut ipſe de ſe ait in præfatione in Gildam) nonnulla reſecuerit, quæ ſcriptores prodiderunt. Superſunt tamen, Deo volente, quamplurimi omnis generis, & Polydori multo pleniores & perfectiores. Qui ſi conſerventur, nec ea barbarie atque feritate conſumantur, qua tum quum monaſteria noſtræ ætatis legibus ſunt ſublata, ſpes eſt, ad rerum Britannicarum ſuperiorum temporum cognitionem, & ad præſentium & futurorum magnum uſum futuros. Quamobrem non video, cur Adamus Muremutenſis, homo Britannus & Hiſtoricus Lond. vetus, tantopere conqueſtus ſit, in prologo operis ſui de continuatione hiſt. Matt. Weſt. paucos eſſe ſcriptores factorum antiquorum memorabilium in Britannia, quum tamen Albert. Crantzius, homo externus, in hiſt. Sax. ſcribat, in Anglia fuiſſe annales multos, &, ut ejus utar verbo, expeditiſſimos. Ob quam cauſſam multa de hiſt. Anglica ſuo operi intertexere recuſavit, atque ad * Annales Anglicos data opera Lectorem relegat. Sed redeo ad Arthurum, cujus hiſtoriam [1] vehementer laudo. Excipio quaſdam aniles fabulas, quas Gul. Noviburgenſis in proœmio, & Henr. Marleburgenſis ſuo damnat in libro, quum alioqui dignus Arthurus erat, quem veraces hiſtoriæ prædicarent, ut idem Marleburgenſis cenſet, quod labentem patriam ſuſtinuerit, infractos civium animos ad

---

[1] Arthuri authoritatem non protinus elevat, qui adulterinum diploma, ejus nomine divulgatum, rejicit, ſed tuetur potius. Læſæ majeſtatis neutiquam eſt reus, qui regii ſigilli aut monetæ adulterationem retegit: ſed qui ipſe adulterationis crimen admiſerit, aut adulteratorem defenderit.

[2] Hîc cum Laylando ob Arthuri aſſertionem utcunque in gratiam rediit.

*P. 71.

In aliis codicibus, Mirimuthenſis.

Lib. 1. *Cap.* 22.

*P. 72.

---

[1] Arthuri hiſtoria anilibus fabulis plena: nec tamen eſt omni ex parte mendax.

bellum acuerit, & alia multa egregie geſta perpetraverit. Fabulas enim volo tolli, non perſonam. Audio, in Arce Londinenſi [1], inter regni vetuſtas conceſſionum tabulas atque monumenta, ſupereſſe adhuc vetus ſcriptum, quod Juriſconſulti vocant *inſpeximus*, in quo Arthuri conceſſionum mentio eſt. Quod ſi Rolandi ſui figmentis ſimilia Polydorus exiſtimet quæ de Arthuro ſcribuntur, parum illis tribuet credo hiſtoricis, qui [2] Aſſuerum (quem Latini *Xerxen*, Chaldæi *Artaxerxen primum* vocant) tradunt convivium maximis ſumptibus & deliciis celebraſſe Suſis in regia Cyri, ex candido varioque * lapide ſtructa, columnis aureis ſuffulta, aureis lacunaribus concamerata, gemmis diſtincta, cœli faciem imitata, micantibus ſtellis radiata, multiſque aliis inſignita, quæ fidem credo apud eum ſuperarent, quum tamen uſu comperimus, principes terreſtres eſſe Deos, & artis ſumptuſque poteſtate poſſe cœlos imitari, & incredibilia quædam humana opera efficere ac præſtare. Quod qui neſcit, foſſam Vandalorum, quam vocant **Wanſdich**, in Wiltonia conſideret, tumulum quoque Baronum in monte Ambrii, & murum Pictorum in Britannia boreali animo verſet. Foſſam quoque Sancti Edmundi in planitie Novomercatenſi in Euroanglia contempletur, quæ vaſta & profunda, ad ſex paſſuum millia, ut aiunt, extenditur. Quam, quod Dæmonis arte potius quam humana opera factam vulgus putat, *Dæmonis foſſam* vulgus nominat: quum tamen Gul. Malmesb. lib. de pont. II. quo loco de monaſterio S. Edmundi ex profeſſo ſermonem facit, à Ca-

* P. 73.

Foſſa Sancti Edmundi.

---

[1] Si exemplar diplomatis ibi repertum fideliter tranſcripſeris, et regii ſigilli authoritate comprobatum oſtenderis, non amplius contendemus. [2] Parerga ſunt hæc omnia.

nuto factam ſcribit, “ ne monaſterium S. Edmundi ve-
*P.74. “ ctigalium exactores * inquietarent. Erat enim Ca-
“ nutus vir bonus, & religioſiſſima devotione cuncta
“ fere Angliæ cœnobia regali munificentia veneratus
“ eſt, & opibus ditavit, ut Gul. Thornæus in chronicis,
anno 1017. author eſt. Sed de regibus quid attinet
dicere, quum ſint apud nos mercatores, qui majora
poſſunt quam M. Craſſus apud Romanos, qui neminem
divitem exiſtimabat, qui exercitum alere nequiviſſet:
quam Xerxes apud Perſas? Nam & movere
montes, replere convallia, ædificare turres, palatia
pluſquam regalia conſtituere, hortos, arbores, fructus,
flores, lacus denique pauculis diebus ponere atque
tollere, regiones quoque propemodum acquirere,
& univerſum credo orbem retro referre profuſione
nummi poſſunt. Quemadmodum autem Monaſterium
à Sigisberto ſit fundatum in villa regia Anglorum, quæ
Beatriceſ-worth. tunc temporis **Beatriceſworth** ſeu **Beodriceſcurte** (utroque
nomine vocabatur) nunc *villa S. Edmundi* dicitur,
& quemadmodum Canutus poſt annos 383. quam
ſit exſtructum, clericos mutavit in Monachos, in epitome
*P.75. chronicon * S. Edmundi diſces. Nam hîc commemorare
non facit ad inſtitutum, etſi cognitu ſit digniſſimum.
Quamobrem hæc & Arthurum mitto, ad
Lelandum & Raſtellum te relego, & ad Honorium venio.
Magnam enim antiquitatem & ejus indultum
monſtrat.

21. “ Honorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis
Honorius primus. “ filiis [1]doctoribus & ſcholar. in Univerſitate Canta-
“ brigiæ ſtudentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedi-

---

[1] Qui regium poteſt diploma adulterare, pari facilitate et pontificium poteſt. Sed tu manifeſta adulterationis indicia pag. [460.] videbis.

“ctionem. Dilectiſſimi in Chriſto filii, non abſque labore & plurima turbatione didicimus, quomodo multitudine nefanda Paganorum Univerſitas veſtra olim celeberrima vehementer affligitur. Quorum pravitate nonnulli, propriæ ſalutis immemores, luporum faucibus & vulpina facie libertates & privilegia, quæ vobis & prædeceſſoribus in eadem Univerſitate ſtudentibus gratioſe indulſit ſedes Apoſtolica, moliuntur enervare. Ita quod plures eccleſiarum præpoſiti abſque rationis jure minus juſte in vos juriſdictionem indebitam & inſolitam uſurpantes, quanquam non conſueverunt hactenus, ad Univerſitatem veſtram accedunt, materiam *perturbationis & diſcordiæ ſeminantes, non correctionis, emendationis aut reformationis ibidem officia exercentes, contra inhibitionem ſedis Apoſtolicæ. Volentes igitur, ut tenemur, juſticia ſuadente, paci & tranquillitati Univerſitatis veſtræ paterna ſollicitudine ſalubriter providere, ubi clementia Salvatoris poculum doctrinæ ſalutaris ſcientiæ hauſimus tunc agentes in minoribus, prædeceſſorum noſtrorum Romanæ eccleſiæ Pontificum Eleutherii, Fabiani, Leonis, Simplicii, Felicis, & Bonifacii veſtigiis debite inhærentes, authoritate omnipotentis Dei diſtrictius inhibemus ſub pœna excommunicationis, quam veniens in contrarium ipſo facto incurrat, ne quis Archiepiſcopus aut eorum officiales, ſeu viſitatores generales aut ſpeciales à ſede Apoſtolica deputati, audeat in aliquem veſtrûm ſuſpenſionis vel excommunicationis, ſeu interdicti ſententias inferre, aut vos ſeu familiares veſtros moleſtare præſumat, ſed Cancellarius cum rectoribus de conſilio ſaniorum & ſeniorum veſtræ Univerſitatis ſecundum *ſtatuta veſtra corrigere & emendare ſtudeant,

*P. 76.

Honorius Cantabrigiæ ſtuduit.

*P. 77.

“deant, charitate ſemper media, ſecundum quod magis expedire videritis. Si quis vero ſubditorum veſtrorum ſtatutis veſtris contraire præſumpſerit, aut contempſerit obſervare, eum eccleſiaſtica ſententia percellatis. Quam ſcilicet ſententiam rationabiliter latam, tam à diœceſano epiſcopo, quam ab aliis inconcuſſam uſque ad condignam cum humilitate & pœnitentia ſatisfactionem præcepimus obſervari. Decrevimus etiam, quod nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, voluntatis, exemptionis, & libertatis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ſe noverit incurſurum. Scriptum apud Sanctum Petrum anno ab incarnatione verbi 624. viceſimo die Februarii. Hæc Honorius paulo ante Sigeberti tempora, qui Cantabrigienſem Academiam condidiſſe creditur, ſecundum Polydorum, anno Salutis 630. ſecundum alios, 635. Hic Honorius ille eſt, qui *Honorium Archiepiſcopum Cantuarienſem ab Auguſtino quintum anno Domini 630. inſtituit. In hac Bulla (ut vocant) obſervandum quoque & illud eſt, ex aliorum Romanorum Pontificum indultis inſpectis referri, Cantabrigiæ fuiſſe Academiam etiam Eleutherii ætate, qui ſedebat anno Domini 184. & eam jam tum olim celeberrimam, antequam à Danis deſtrueretur. Id ex eo quoque ſcire licet, quod Univerſitatem vocet, quod ad doctores & ſcholaſticos ſcribat. Idem & alii quoque ſcriptores antiqui, quos dudum produximus, prodiderunt, quum Univerſitatem dicant, quum doctores, magiſtros, Philoſophos, Aſtronomos & Poëtas commemorant, quos ex ea in univerſam Europam manaſſe pronuncient. Atque ita conſtat, Univerſitatem fuiſſe Cantabrigiæ & Honorii pri-

*P. 78.

Academia fuit Cantabrigiæ Eleutherii temporibus.

primi ætate, & longe ante, Eleutherii quoque tempore. Eandem fuiſſe & Sergii primi tempeſtate, ex ejus quoque indulto ſcire licet, quod jam produco. Neque enim longum eſt, & antiquitatis gratia cognitu eſt jucundum.

22. *Sergius primus.* “Sergius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, * dilectis filiis Doctoribus & Scholaribus Univerſitatis Cantabrigiæ in Anglia ſtudentibus, ſalutem & Apoſtolicam * P. 79. benedictionem. Quoniam fama bonæ opinionis in doctrina fidei Orthodoxæ veſtræ Univerſitatis ubique terrarum diffunditur & experti ſumus, ut vobis gratiam faciamus, inducimur juſticia ſuadente. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris piis & honeſtis juſtiſque poſtulationibus annuentes, paci & tranquillitati veſtræ Univerſitatis almæ, ubi odor devotionis cum labore ſanctitatis adeſſe ſolebat, ſollicite volentes providere, præſentium authoritate decrevimus, ut nulli Archiepiſcopo ſeu Epiſcopo, aliive eccleſiaſticæ perſonæ vel ſeculari liceat, Univerſitatem veſtram, aut aliquem veſtrûm ſuſpendere ſeu excommunicare, vel quolibet ſub interdicto ponere, abſque ſummi Pontificis aſſenſu, vel ejus mandato ſpeciali. Prohibemus inſuper, ne quis privilegia, à ſede Apoſtolica gratioſe conceſſa vel indulta, auſu temerario infringere ſeu reſtringere præſumat vel attemptet. * Nulli igitur hominum omnino liceat hanc * P. 80. paginam noſtræ conceſſionis & exemptionis infringere, vel ei quoviſmodo contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum. Scripta Romæ in Eccleſia Lateranenſi anno ab incarnatione verbi ſexcenteſimo octogeſimo nono, tertio die Menſis Maii. Ex

hac [1] conceſſione, præter nomen & authoritatem Univerſitatis, & illud obſervare licet, fuiſſe ante Sergii tempora, aliorum R. P. privilegia Univerſitati conceſſa, quæ hic confirmat: inter quæ illud eſt Honorii primi, quod ipſum etiam Bonifacii, Felicis, Simplicii, Leonis, Fabiani, & Eleutherii diplomatum, gradatim & ſucceſſione temporum meminit. Jam vero diplomata Joannis viceſimi ſecundi & Bonifacii [2] noni, recentiorum temporum [3] R. P. quid attinet hîc commemorare, quum ille tantum nomen, authoritatem, & privilegia Univerſitatis, bellicis tumultubus & anti- *P. 81. quitate attrita & propemodum abolita & conſumpta, ſupplicationbus Edwardi Angliæ regis ejus nominis ſecundi, revocando reſtituit & confirmavit [4]: iſte, ne Cancellarius, ab Univerſitate electus, ab Elienſi epiſcopo confirmetur, bonitate ſua indulſit: hocque iſte, anno Domini 1402, illud ille anno Chriſti 1316? Quamobrem revertar ad Cadwalladri ſuperiora tempora, atque ab Antiquitate omnia repetam, ubi primum iſta Honorii & Sergii confirmaverim. Suſpicor enim, Oxonienſem tantam antiquitatem habiturum ſuſpectam. Dabo igitur, ut veram intelligat. Quod dum facio, ſpero, me cum tædio legentis non dicturum. Curabo enim, ut omnia ſint, quoad poſſum, breviſſima.

---

[1] Eadem opera fictitiam eſſe concedis: quatenus nimirum ea quæ manifeſte falſa ſunt, quæque, temporis ratione prorſus repugnante, fieri nunquam potuere, confirmet. [2] Quum nec potueris, nec pro te faciat, quid attinet recenſere? [3] Hîc producendum foret Jo. 22i. indultum verum, per quod Cantabrigia primùm facta eſt academia: ſed hoc pulchre diſſimulat. [4] Mera itaque figmenta confirmavit.

Anno igitur ſalutis 1430. ſedente Martino ejus nominis quinto Romano Pontifice, orta controverſia eſt inter Elienſem epiſcopum & Academiam Cantabrigienſem, Joanne Holbroke Cancellario, de juriſdictione eccleſiaſtica, quam ut à multis annis authoritate principum & Ro. Pontificum exercuerat Cantabrigienſe Gymnaſium, ita Elienſis epiſcopus ad ſe jure *ſuo pertinere exiſtimabat, quod Cantabrigia in diœceſi Elienſi conſtituta ſit. Academia autem haud lubenter renuncians conſuetudinibus, quas vetuſtatis privilegia ac vetera ſtatuta condita, ab authoritate Principum & Romanorum Pontificum pendentia, fecerant, & longus uſus confirmaverat, omnem cauſſam ſupplicibus literis ad Martinum Pontificem Romanum referebat. Ille autem cauſſæ neſcius, delegatos ſuos conſtituit Priorem de Barnewel, & Joannem Deping Canonicum Lincoln. ad definiendam controverſiam, per literas ſuas ſecundo Nonas Julii anno pontificatus ſui XIII. ſcriptas, qui erat annus Domini 1430. Coram his conteſtata lis eſt, conſtituti procuratores (quos nominare nihil attinet, ut nec ceteras cauſſæ circumſtantias apponere, brevitatis cauſſa) prolata indulta Regia & Pontificia (inter quæ iſta Honorii & Sergii erant) producti uſus eccleſiaſtici juris longinqui teſtes ſeptem, ex quibus nonnulli ſenes admodum, omnes jurejurando aſtricti ad veritatem, ceteraque peracta, quæ in *hujuſmodi cauſſis jure requiruntur. Tranſcripta præterea diplomata pontificia Honorii & Sergii ſunt, propter vetuſtatem ferme conſumpta, per Rich. Pyghteſley notarium publicum, in hac cauſſa ſcribam authoritate apoſtolica deputatum, ad futuros uſus Academiæ, propter eorum notoriam vetuſtatem, ut Scribæ verbis utar. Poſtremo, per Delegatos ſupradictos, authoritate Martini

Controverſia inter Cantabr. Academiam & Epiſc. Elienſem.

*P. 82.

*P. 83.

tini Ponti. Ro. conſtitutum & definitum eſt, ut Academia Cantabrigienſis eccleſiaſtico & ſpirituali, ut prius, jure uteretur: prohibito, ne quis Archiepiſcopus aut alius eccleſiaſticus interturbet, ad ſenſum Honorii, aut ſacrificiis interdicat, ad voluntatem Sergii. Teſtibus tum aliis, tum Radul. Remington & Rich. Pighteſley notariis publicis, publicis ſuis inſtrumentis ſeorſum in hoc ſcriptis, & res geſtas cum ſuis circumſtantiis confirmantibus. Quam ſententiam authoritate Martini latam, ſcriptam & obſignatam curioſius, Eugenius IIII. R. P. per literas ſuas datas Romæ apud S. Laurentium
*P. 84. in Damaſo anno verbi incarnat. 1433. *decimo quarto Cal. Octobris, anno Pontificatus ſui tertio, confirmavit. Quas in perpetuam memoriam rei geſtæ, & antiquitatis Academiæ, ut mihi grave non fuerit aſſcribe-
Eugenius quartus. re, ita ſpero nemini futurum legere atque ſcire. “Eu-
“genius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad futuram
“rei memoriam. Dum attentæ conſiderationis inda-
“gine perſcrutamur, quod per literarum ſtudia, faven-
“te chariſmatum cunctorum largitore Domino, viri
“ſuccreſcunt ſcientiis eruditi, divini nominis fideique
“catholicæ cultus protenditur, omniſque proſperitas
“conditionis adaugetur humanæ, libenter non ſolum
“loca, quibus hujuſmodi ſtudia vigent, illorumque
“ſuppoſita gratiis & libertatibus fulcire ſatagimus, ſed
“etiam illa, quæ pro ſtudiorum ſubſiſtentia, necnon
“eorum & ſuppoſitorum hujuſmodi favoribus proin-
“de facta comperimus, ut illibata perſiſtant, cum à
“nobis petitur, apoſtolicæ confirmationis munimine
“roboramus. Dudum ſiquidem ex parte dilectorum
“filiorum magiſtrorum, doctorum & ſcholarium Uni-
*P. 85. “verſitatis ſtudii Can*tabrigiæ Elienſis diœceſis, piæ
“memoriæ Martino papæ quinto prædeceſſori noſtro

“ expoſito, quod olim felicis recordationis Honorius
“ Papa primus & prædeceſſor noſter, pro incremento
“ & in favorem doctorum & ſcholarium qui tunc erant
“ & pro tempore forent Univerſitatis hujuſmodi, per
“ quaſdam literas ſub dat. Romæ apud Sanctum Petrum
“ anno ab incarnatione Domini ſexcenteſimo vicesimo
“ quarto, die ſeptima Menſis Februarii, inter
“ cetera diſtrictius inhibuerat ſub pœna excommunicationis,
“ quam veniens in contrarium incurreret ipſo facto,
“ Ne quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Archidiaconus,
“ aut eorum officiarii, in aliquem Doctorum &
“ ſcholarium eorundem, ſuſpenſionis vel excommunicationis
“ ſeu interdicti ſententias ferre, aut ipſos vel
“ familiares ipſorum moleſtare præſumerent, ſed rector
“ ipſorum doctorum & ſcholarium, de conſilio ſeniorum
“ & ſaniorum ejuſdem Univerſitatis, ſecundum
“ eorum ſtatuta, charitate ſemper media, corrigere &
“ emendare ſtuderet, prout ſtudentium ſaluti magis videretur
“ expedire: Ac piæ memoriæ Sergius etiam *P. 86.
“ Papa primus, ſimiliter prædeceſſor noſter, etiam pro
“ incremento & in favorem hujuſmodi per alias ſuas
“ literas ſub dat. in eccleſia Lateranenſi anno ab incarnatione
“ verbi ſexcenteſimo octogeſimo nono, die tertia
“ Menſis Maii, inter alia decreverat, quod nulli
“ Archiepiſcopo vel Epiſcopo liceret Univerſitatem
“ prædictam, vel aliquem Doctorum aut ſcholarium
“ eorundem ſuſpendere vel excommunicare, ſeu quomodolibet
“ ſub interdicto ponere, abſque ſummi pontificis
“ aſſenſu, vel ejus ſpeciali mandato: Quodque
“ ſuper inhibitione ac decreto, necnon Honorii & Sergii
“ prædeceſſorum ſuperinde confectis literis hujuſmodi,
“ quædam ipſius Univerſitatis antiqua ſtatuta,
“ communi conſenſu & deliberatione matura magiſtro-

“ rum & doctorum prædictorum, ad bonum regimen
“ & ſtabilitatem ejuſdem Univerſitatis ordinata funda-
“ bantur, ipſorumque inhibitionis & decreti & litera-
“ rum vigore, Cancellarius dictæ Univerſitatis pro tem-
*P. 87. “ pore exiſtens (qui Subcancellarii denomi*natione ini-
“ bi vicem Rectoris obtinuerat, & tunc obtinebat)
“ omnimodam ſuper corrigendis puniendiſque exceſſi-
“ bus ſuppoſitorum ſeu perſonarum ejuſdem Univer-
“ ſitatis, ac cognoſcendis & decidendis cauſſis & ne-
“ gotiis, ſuppoſita & perſonas hujuſmodi contingenti-
“ bus, juriſdictionem eccleſiaſticam & ſpiritualem ex-
“ ercere conſueverat: Quodque de originalibus dicto-
“ rum Honorii & Sergii prædeceſſorum literis hujuſ-
“ modi, ex eo quòd propter diuturnitatem temporis,
“ cum tunc ſeptingenti anni & ultra ab illarum con-
“ ceſſione defluxerant, aut ex earum cuſtodum negli-
“ gentia, aut aliâs caſualiter deperditæ vel amiſſæ fue-
“ rant, licet plurimæ ipſarum copiæ de antiquiſſima
“ ſcriptura in archivis ejuſdem Univerſitatis reconditæ
“ extare noſcerentur, doceri nequiret: Ipſe Martinus
“ prædeceſſor noſter per ſuas literas dilectis filiis Prio-
“ ri Monaſterii de Barnewelle, per Priorem ſoliti gu-
“ bernari, dictæ diœceſis, ejus proprio nomine non ex-
*P. 88. “ preſſo, & Joanni Deping Canonico Lincolnienſi *in
“ eadem diœceſi reſidenti, cum clauſula, quod ſi non
“ ambo his exequendis poſſent intereſſe, alter ipſorum
“ ea nihilominus exequeretur, dedit in mandatis, u
“ eis ſingularum literarum Honorii & Sergii præde-
“ ceſſorum ſingulis copiis hujuſmodi in forma publica
“ exhibitis, ſi & poſtquam ipſis legittime conſtaret
“ magiſtros, doctores & ſcholares qui pro tempore fue
“ rant, ac Univerſitatem prædictam in pacifica poſſeſ
“ ſione, vel quaſi uſus & exercitii eccleſiaſticæ ſpiri

“ tu

"tualiſque juriſdictionis ac obſervationis inhibitionis "& decreti hujuſmodi à tanto tempore fuiſſe & eſſe, "quod memoria in contrarium non exiſteret, eiſdem "magiſtris, doctoribus & ſcholaribus obſervantiam in"hibitionis & decreti, necnon uſum & exercitium ju"riſdictionis eccleſiaſticæ ac ſpiritualis hujuſmodi au"thoritate ſua approbarent, & etiam confirmarent, "prout in prædictis ipſius Martini prædeceſſoris lite"ris plenius continetur. Poſtmodum vero, ſicut ex"hibita nobis nuper pro parte magiſtrorum, doctorum "& ſcholarium prædictorum petitio continebat, ipſe "*Prior (eodem Joanne dictarum literarum præfati "Martini prædeceſſoris executioni intereſſe nequeun"te, ſeque ſuper hoc legittime excuſante) quia per "ipſarum copiarum exhibitionem, necnon alia acta "actitata & deducta coram eo, ſibi dictos magiſtros, "doctores, ſcholares & Univerſitatem à ſupradicto "tempore in poſſeſſione hujuſmodi abſque perturba"tione, moleſtatione, vel inquietatione archiepiſcopo"rum, epiſcoporum, archidiaconorum, aut aliorum "officialium quorumlibet fuiſſe & eſſe legitime con"ſtitit, ipſoſque archiepiſcopos, epiſcopos, archidia"conos, & officiales à præfata juriſdictione ſe totali"ter abſtinuiſſe reperit, obſervantiam inhibitionis & "decreti, necnon uſum & exercitium juriſdictionis hu"juſmodi magiſtris, doctoribus & ſcholaribus præfatis "vigore dictarum literarum ejuſdem Martini præde"ceſſoris ſententialiter approbavit, laudavit, ratifica"vit, pariter & confirmavit, prout in literis autenticis "deſuper confectis latius cognoſcitur contineri. Qua"re pro parte dictorum magiſtrorum, doctorum & "ſcholarium *nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ap"probationi, laudationi, ratificationi & confirmatio-

*P. 89.

*P. 90.

"ni prædictis, pro illarum ſubſiſtentia firmiori, robur "Apoſtolicæ confirmationis adjicere de benignitate "Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, approbationem, laudationem, "ratificationem & confirmationem prædictas, ac quæcunque inde ſecuta rata habentes & grata, illa Apoſtolica authoritate confirmamus, & præſentis ſcripti "patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, "ſi qui forſitan intervenerint in eiſdem. Nulli ergo "omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, & ſuppletionis infringere, "vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc "attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, "ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Laurentium in Damaſo anno incarnationis Dominicæ "1433. decimoquarto Cal. Octobris Pontificatus noſtri anno tertio.

* P.91.

Controverſia inter Archiepiſ. Cantuar. & Oxon. Acad. Ex Archivis Turris Londinenſis.

Atque hæc quidem de controverſia *inter Elienſem epiſcopum & Academiam Cantabrigienſem in confirmationem [1] diplomatum Honorii & Sergii. Conſimile quid, ſed diſſimili eventu, intervenit inter Reverendiſſ. Thomam Arundel Archiepiſcopum Cantuarienſem, & Oxonienſem Academiam de jure viſitandi, quod Rex Richardus ſecundus decrevit Archiepiſcopo, excuſſa ſibi omni poteſtate, quam Academia tribuit, per literas ſuas patentes, dat. anno regni ſui XX. Idem & Henricus quartus eidem Archiepiſcopo confirmavit anno regni ſui XIII. & anno Domini 1411. decreto Parlamenti partim Latine partim Gallice ſcripto, ſublata

---

[1] Non effecit confirmatio, ut plus quam antea veritatis, ſed roboris haberent.

Bonifacii VIII. bulla, (quæ ab omni poteſtate archiepiſcopi Academiam exemerat,) quod conſpicuum erat, "impetratam fuiſſe in præjudicium coronæ ſuæ, legum "& conſuetudinum regni ſui enervationem, & in Hæ"reticorum, Lollardorum, homicidarum & aliorum "maleficorum favorem & audaciam, dictæque Univer"ſitatis veriſimilem ruinam", ut decreti verbis utar, "cum hoc ut ſolvat academia mille libras domino Re"gi & ſucceſſoribus ejus, & omnes interim libertates *P. 92. "amitteret, niſi ei, qui renitatur archiepiſcopo, ipſa "academia reſiſteret, atq; archiepiſcopo omnem opem "ferat cum viſitatum venerit. Sed hæc obiter, ſimilitudine fortunæ. Quamobrem, confirmata jam Honorii & Sergii diplomatum authoritate re judicata, revertor, ut ante ſum pollicitus, ad Cadwalladrum regem. Etenim & is quoque in regio ſuo indulto, Cantabrigienſem Academiam à Cantabro conditam, & Lucii regis temporibus fuiſſe Gymnaſium, & id quoque celebre, commemorat, de quo neminem dubitare exiſtimo. "Cadwalladrus, divina favente gratia Rex to- 23. *Cadwalladrus.* "tius Britanniæ, omnibus Chriſti fidelibus, tam nobi"libus quam plebeis, ſalutem. Notifico vobis, me "conceſſiſſe Almerico, rectori ſcholarium Cantabrigiæ, "& ſingulis ſuis ſucceſſoribus legitime ordinatis, li"bertates, jura, conſuetudines, & privilegia ſuper "omnes ſcholares moram ibi facientes. Sintque do"ctores & ſcholares illius celeberrimæ matris Philo"ſophiæ civitatis Cantabrigiæ à Cantabro ædificatæ, "necnon à Grantino Comite honorabiliter muratæ, ab *P. 93. "omni calumnia, inquietatione & ſcandalo liberi, ſic"ut heredes mei mihi habentur. Eidem inſuper Al"merico, & ejus vicem gerentibus, concedo poteſta"tem cognoſcendi, tam in ignotis cauſſis quam in no-

“ tis, in modicis & in magnis. Et eandem authori-
“ tatem puniendi & dimittendi habeat, quam mea cu-
“ ria (tantummodo læſæ majeſtatis crimine excepto)
Reges indulgentes Cantabrigiæ. “ quemadmodum anteceſſores mei rectoribus ejuſdem
“ civitatis conceſſerunt, & ſtatuendo confirmarunt, vi-
“ delicet Lucius, Aſclepiodorus, Conſtantinus, Uther
“ Pendragon, Arthurus, & pater meus Ceadwallus, Bri-
“ tanniæ patris altiſſimi gratia reges, qui civitatis Can-
“ tabrigiæ habitatores, cauſſa doctrinæ & ſanctitatis
“ vitæ honorantes, in reverentia habuerunt & amore,
“ cum ex illa civitate præcipue proceſſerunt Philoſo-
“ phantes & ſcientiæ amatores totius Europæ. Quo-
“ circa, omnipotentis Dei patris & filii & ſpiritus ſan-
“ cti authoritate, & perpetuæ virginis prohibeo, &
*P. 94. “ univerſis regni mei, *ceterarumque gentium in circui-
“ tu perſiſtentium præpoſitis & primatibus præcipio,
“ ut nullus rectorem civitatis prædictæ, ſeu ſcholarem
“ cujuſcunque facultatis in eadem perturbare aut in-
“ quietare audeat, ſed omnes pariter & ſinguli Pontifi-
“ ces, reguli, & Principes, reſpectu ſcholarium ac eiſdem
“ ſervientium, tam in ſecularibus quam eccleſiaſticis
“ cauſſis prædicti rectoris judicium expectent, ſicuti
“ prædeceſſores noſtri ſanxiverunt. Si quis autem quo-
“ viſmodo deinceps ſub aliqua occaſione interrumpe-
“ re, ſeu irritum facere, hujuſmodi privilegii teſtimo-
“ nium niſus fuerit, à conſortio pietatis ultimi exami-
“ nis ventilabro diſpartitus ſit. Datum Cantabrigiæ
“ anno ab incarnatione Domini 685. Hactenus Cad-
walladrus: recordatus obiter privilegiorum, quæ Lu-
cius rex, Eleutherio Ro. Pontifici coætaneus, & ali-
quot alii Principes Cantabrigienſi Academiæ indulſe-
runt. Ex quo ſcire licet, etiam ante Lucii tempora
fuiſſe Academiam, & longe ante Sigeberti regnum.

Nam dixi, Eleutherium ſediſſe anno à Chriſto nato 184. Lucium anno 180.* regnaſſe: Sigebertum autem anno 630. etſi variatum tempus ſit, prout hunc aut illum authorem iſti habuerunt, ut alio loco explicuimus. *P. 95.

24. Præter hos omnes, in pervetuſtis Annalibus [1] Burtonenſibus ſic lego. “Anno Domini 141. Hîc baptiſati “ſunt novem ex [2] doctoribus & ſcholaribus Cantabri“giæ. Unde ſcire licet, fuiſſe Gymnaſium Cantabrigiæ ante Lucii tempora, & receptum Evangelium ante Lucii regnum, etſi non publice. Quod ſi cui dubium ſit, eum Polydorus certiorem faciet. Is enim Angl. Hiſt. li. I. & II. (ut dixi) ex Gilda teſtis eſt, Britannos jam inde ab ortu Evangelii Chriſtianam recepiſſe religionem Authore Joſepho ab Arimathia. Idem ait & Gul. Malmesb. libro quem ſcripſit de antiquitate Glaſtonienſis monaſterii. Is enim tradit, Philippum Apoſtolum ad fidem convertendi & baptiſandi cauſſa Francos adiiſſe, & inde duodecim ex ſuis diſcipulis ſelectos, præfecto Joſepho ab Arimathia chariſſimo ſuo amico, & nobili Decurione qui Chriſtum ſepelivit, verbi Dei *dilatandi gratia in Britanniam miſiſſe anno verbi incarnati 63. & Aſſumptionis beatæ Mariæ 15. Idem & Freculfus in Chronici ſui libro ſecundo ſcribit. Nicephorus tamen Calliſtus Eccleſiaſt. hiſt. libro II. ſcribit, Simonem Zelotem Britannos ad Chriſtum convertiſſe. Utcunque eſt, hoc conſtat, ab Apoſtolorum tempore fidem Chriſtianam in Britannia receptam atque cultam, etiam inter ſæviſſimas Romanorum procellas, quibus victi, etſi Diis ſacrificare publice

Religio Chriſtiana in Britannia, ab Apoſtolorum tempore.

*P. 96.

---

[1] Anonymus iſte Cantabrum et academiam ne ſemel quidem nominat: nec quiſquam alius eadem quæ ille affirmat. [2] Doctores. [p. 470.]

cogerentur, privatim tamen non diſcedebant ab officio Chriſtiano. Suſceptam jam olim fidem & ipſi Britanni conteſtati ſunt in hiſtoria ſua Britannica pervetuſta, quam ejus libri author *Brutum* nominat. In cujus capite XCVIII. refertur, Britannos Auguſtino ſecundo ſic reſpondiſſe: *ſe Carlionenſi Archiepiſcopo obedire voluiſſe, Auguſtino autem Romano Legato omnino noluiſſe: nec Anglis inimicis & paulo ante Paganis, à quibus ſuis ſedibus pulſi erant, ſubeſſe ſe, qui ſemper Chriſtiani fuerant, voluiſſe.* *P.97. Hactenus *Brutus*. Quem *alius vetuſtus ſcriptor ſecutus, in abſtractis addit, *ab incarnatione Chriſti*: ut legendum ſit, *qui ſemper Chriſtiani fuerant ab incarnatione Chriſti*. Eandem hiſtoriam refert & Graius in Scala chronica: & Gocelinus vetus ſcriptor (quem Baleus Gotcelinum vocat) in hiſt. majori in vita S. Auguſtini cap. XXXI. & in hiſtoria minori cap. XXIIII. Gocelinum dico, non eum qui Epiſcopus erat Pariſienſis, de quo in Chronicis Reginonis de origine gentis & Regum Francorum libro ſecundo, & anno 887. nec qui Wellenſis Canonicus fuit, de quo Thomas Wiccius in hiſtoria monaſt. beatæ Mariæ de Meritona facit mentionem, ſed Gallum illum apud Divum Auguſt. Cantuariæ Monachum, ab Anſelmo in Angliam vocatum, qui de vitis Patrum multa ſcripſit: præcipue vero Divi Auguſtini. Hanc de Britannis hiſtoriam idcirco refero, quod ſemper ſe Chriſtianos fuiſſe glorientur. Quod etiam verum eſſe ex hiſtorico pervetuſto de primo ſtatu Landavenſis eccleſiæ deprehendo: in quo lego, Eluanum *P.98. *Eluanus. Meduuinus.* & Meduuinum, legatos *Lucii ad Eleutherium duodecimum, fuiſſe viros eloquentia diſertos, & ſacris ſcripturis eruditos. Quod eſſe certe nequibat, niſi prius fuiſſent bonæ literæ, & Chriſtiana fides in Britannia. Fuiſſe autem ante Lucium annis 103. Guliel.

Malmesb. libro de antiquitate Glaſtonienſis eccleſiæ docet hiſce verbis. “ Fluxerunt ab adventu diſcipu-“ lorum Sancti Philippi in Britanniam uſque ad adven-“ tum Phagani & Deruviani 103. anni. Quos omnes ſciunt ab Eleutherio miſſos ad Lucium regem. Verum, in majorem religionis antiquæ fidem, verba hiſtoriæ de primo ſtatu Landavenſis eccleſiæ referam. “Anno ab incarnatione Domini centeſimo quinqua-“ geſimo ſexto, Lucius, Britannorum Rex, ad Eleuthe-“ rium duodecimum, Apoſtolicæ ſedis Papam, Legatos “ ſuos Eluanum & Meduuinum miſit, implorans, ut, “ juxta ejus ammonitionem, Chriſtianus fieret: quod “ ab eo impetravit. Nam gratias agens Deo ſuo, quod “ illa gens, quæ à primo regionis inhabitatore Bruto “ gentilis fuerat, tam ardenter ad fidem Chriſti * fe-“ ſtinabat, conſilio ſeniorum urbis Romæ placuit, eoſ-“ dem legatos baptiſari, &, catholica fide ſuſcepta, or-“ dinari Eluanum in Epiſcopum, Meduuinum autem in “ Doctorem. Et propter eloquentiam & ſcientiam, “ quam in ſacris habebant ſcripturis, prædicatores ad “ Lucium in Britanniam reverſi ſunt. Quorum ſancta “ prædicatione Lucius & totius Britanniæ primates “ baptiſmum ſuſceperunt, et, ſecundum juſſum Beati “ Eleutherii Papæ, eccleſiaſticum ordinem inſtituit, epi-“ ſcopos ordinavit, & bene vivendi normam docuit. “ Quam Chriſtianæ religionis fidem ſine aliqua pravi “ dogmatis macula ſynceram conſervaverunt, uſque “ dum Pelagiana hæreſis orta eſt. Hæc vetus hiſtoria. Fuiſſe autem Eluanum & Meduuinum Cantabrigienſis ſtudii Alumnos ex hoc conjicio, quod Arthurus in diplomate, Cantabrigienſi Academiæ conceſſo, ſcribat, prædicatione doctorum Cantabrigiæ Lucium Chriſtianitatem amplexum eſſe. Sed quid iſta anxius perſequor?

Brutus.

*P. 99.

Legati Lucii, Cantabrigienſes.

quor? Certe ut confirmem, quæ de Doctoribus & *P. 100. ſcholaſticis * Cantabrigienſibus, anno Chriſti 141. baptiſatis, Annales Burtonenſes prædicant.

25. Redeo igitur ad argumenta, Cantabrigienſem antiquitatem conteſtantia: inter quæ illud eſt ex Genealogico anonymo pervetuſto ſcripto de geſtis Anglorum (cujus initium eſt, *non ſolum audiendæ ſcripturæ ſacræ* &c.) in quo, ubi de Guthelino & uxore ejus Marcia mentio eſt, ſic ſcribitur antiqua litera, cauſſa admonendi lectorem: “Tempore Guthelini erat univerſitas in “Anglia, ut per eruditionem in artibus Martiæ. Eam fuiſſe Cantabrigiæ ex hoc ſcire licet, quod Cantabrigia Guthelini regia fuit, & prima urbs totius Angliæ orientalis: in qua tres fuiſſe hominum ordines, ſcholaſticos, cives, & athletas, Marciamque remanſiſſe à Mariti morte literarum ſtudioſam inter Philoſophos, quum leges Marcianas tulerit, alio forſan loco dicam fuſius.

26. Poſtremum eſt: Exſtare ex Archivis Wigornienſibus annales [1] pervetuſtos, & non parvæ authoritatis, quos *P. 101. ob id *magnos annales* *vocant, in quibus anno mundi 3868. ſic ſcribitur. “Cantabrigia, mater peritorum “in Britannia, ædificatur à Cantabro [2] duce, & fre“quentatur à Philoſophis ante Chriſti incarnat. per an“nos 394. Hæc quidem illi. Cui rei fidem facit & Dolenſis libro ſuo de laudibus Britonum cap. XIX. & Girardus [3] Cornubienſis de geſtis Anglorum libro ſexto capite XIII: & [4] Florentius in Florario hiſtoriarum libro octavo, cap. X. ne quid dubites de fide [5] Anna-

---

[1] Magnæ authoritatis neſcio cujus, annales Wigornenſes. [2] Contra, alii Cantabrum ducis fuiſſe fratrem referunt. 473. [3] Mutas has perſonas. quidni miſſos faciam, donec qui ſint, & quid loquantur intellexero? [4] Wigornienſis opinor. [5] pag. 473.

lium. Quod unum teſtimonium, [1] tot probatorum hiſtoricorum ſuffragiis comprobatum, ſufficere potuiſſet & omnium loco eſſe, niſi ſi cui volenti & ſcienti contra verum niti ex profeſſo libeat.

27. Hæc ad faciendam fidem antiquitati Cantabrigienſi ſi ſufficiant, nihil eſt, quod apponam amplius. Sin minus, addam communem opinionem, cui etiam jura cedunt. Apud omnes enim receptum eſt & confirmatum, Cantabrigienſem Academiam antiquiorem eſſe Oxonienſi, quod tu quoque aſtruis, qui receptum errorem dicis. Cui opinioni communi atque famæ * ſtandum eſſe, author eſt Titus Livius (ut alio loco diximus) ubi certæ fidei deroget vetuſtas, multo ſane magis ubi non deroget, uti hîc uſu venit. *P. 102.

En tibi ergo (ô Oxonienſis) ſcriptorum inſtructam aciem conſpirantium atque adeo pugnantium contra te: en veteranos milites omnis gentis, ne ſolus Orator cum nigro ſuo codice in acie inveniatur (ut tu ais) qui belli impetum ſuſtineat, neve admirabilis conſentientium multitudo (quod tu per eironiam dicis) ad miram paucitatem redigatur: neve poſthac mireris, cur ex tam multis, quos in genere citat Orator (ut affirmas) nullum præter domeſticam hiſtoriam produxerit. Utor verbis tuis. En duces [2] exercitus, Reges & Pontifices. Dico autem milites variæ gentis & eos veteranos, ſcriptores varios, plurimum antiquos, alios recentes quidem, valentes tamen, quoſdam etiam tuos & ſuperiorum & præſentium temporum. Duces voco, Arthurum & Cadwalladrum Britannorum reges, *P. 103. Honorium atque Sergium Pontifices *Ro. En viginti ſeptem & amplius, integrum juſtumque grandium inquiſitorum numerum (Juriſconſultorum more loquor) pro uno illo, [1] quem ſolum petis in conſenſum antiquitatis Cantabrigienſis Academiæ. Vides quanta [2] amphora ex tuo urceolo præter opinionem tuam. An non hæc credibilia exiſtimas, quo Academiæ tuæ juventam, & illatam illi injuriam de prærepta antiquitate (ut ais) æquius feras? an hæc debilia antiquitatis fundamenta putas? His ſi fidem adhibes, recte facis, atque ut decet doctum & æquum virum. Sin minus, ſed tuo more dicis, non referre [3] tua quam multis premaris teſtibus, dummodo veritas à te ſteterit, primo quis homo prudens à te veritatem ſtare arbitrabitur, qui hæc legerit? tantum ſcriptorum probatorum numerum conſentientem viderit? & tuum dummodo rite expenderit? Tum quis non impudentem judicabit, ſi refrageris? inſanum, ſi tanto exercitui imbellis propugnator (quod tuis verbis dico Oxonienſis) te oppoſueris, numerum *P. 104. negligens ut ſolet lupus? * Jus divinum duos aut tres in teſtimonium productos ſufficere putat: jus civile & canonicum duos: jus item regni noſtri municipale duos, niſi in damnationibus, vitæ neciſque judiciis, in quibus duodecim recipit: & tu, quum vigintiſeptem &

---

[1] Florentius quum Chronicon ex Chronicis ſcribat, nihil mirum, ſi in fabuloſum incidens ſcriptorem, talia interdum literis mandet, qualia apud authorem illum legerat.

[2] Hiis omnibus vel unum aliquod ex vetuſtioribus et receptis authoribus teſtimonium longe anteferrem.

---

[1] Iniquus es præ ſtudio, dum iſtuc quaſi abſolute dictum pronuncias, quod ſub conditione prolatum eſt. Non enim ſimpliciter unicum omnino teſtem petiit, ut videre eſt in aſſertione pag. 404. *Imo vero* (*ut ingenue* &c. [2] Nihil adhuc video, cur urceolus iſte tuus in amphoræ magnitudinem turgeſcere debeat. [3] Vir bonus veritatis partes pro virili tueri ac ſuſtinere debet. Veritas enim deprimi fortaſſe, vinci non poteſt: et quo magis opprimitur mendaciis, eo vehementius adverſus injectum onus inſurget.

ultra [1] probatæ fidei ſcriptores (præter Gildam, Dolenſem, Girardum, Florentium, & aliquot alios) in teſtimonium Antiquitatis Cantabrigienſis Academiæ produxerim, Reges etiam atque Pontifices, non tamen fidem adhibebis? Hoc ſi feceris, credemus omnes, atque etiam certo intelligemus, ſecuturum te conſilium ſcelere damnandorum,qui quod damnationem metuant, etiam Atticæ probatiſſimæque fidei teſtes, æquiſſimi animi inquiſitores, atque adeo Amphictyones ipſos ſæpiſſime reſpuunt,cauſſantes aut inimicitias,aut odia, aut id genus alios non ſynceros affectus. Ad hæc expende [2] antiqua initia & Urbis & Academiæ eodem tempore, cujus cauſſa [3] *civitas ſcholarium* dicebatur, quod ejus gratia condita ſit. Expende utriuſque authorem Cantabrum *proprio nomine [4], non patriæ appellatione, non Partholomi, quo vocabulo re vera appellandum, tu tamen non recte colligis. Hunc, inquam, expende, non Sigebertum [5]: quem tot hiſtorici non præteriiſſent, ſi conditor ejus (ac non reparator potius) exſtitiſſet. Quem Cantabrum ſi tot ſcriptores Cantabrigienſis Gymnaſii authorem faciant, cur omnes, quotquot hanc præſentem attigere hiſtoriam, eadem [6] dinarrare dicis, quæ incertus author, quæ Monumeten-

*P. 105.

---

[1] Hii omnes aut nihil, aut citra vetuſtatis authoritatem loquuntur. [2] Si cum veteri Cairgranto incepit academia, quid hoc ad rem? pag. 488. [3] Ex antiquis ſcriptoribus Saxonicis aliiſve quis hæc habet? [4] Uter verius ſenſerit liquido apparet pag. 488. [5] Probati ſcriptores tum veteres tum recentes Sigebertum fundatorem non tacuerunt: Cantabrum Utopienſem qui in catalogum referuntur omnes prætereunt. pag. 476. [6] Hos de ducis tantum in Hiberniam cum ſuis profectione, et non de rebus aliis eadem dinarrare oſtendit pag. 398. quod quidem faciunt Cantabrigienſibus duntaxat exceptis.

ſis & hiſt. regia? cur nullum Oratori ſuffragari ais? cur omnes [1] tam adverſari quam qui maxime ſcribis? Imo, ſi quis volet legere, quos commemoraſti, ſcriptores, non modo non eſſe veriſſima [2] quæ dicis comperiet, ſed contra falſiſſima, ſi ita liceret per gratiam tuam dicere. En dignitatem loci. En Cantabrigiæ mœnia [3] atque turres. En inter præcipuas recenſitam urbes, Oxonia [4] excluſa & nullo loco habita. En quæ in defenſionem epiſtolæ ſuæ, in confirmationem antiquitatis Cantabrigiæ Antiquarius proferre poſſet, ſi vellet: uti in epiſtola ſua ſe potuiſſe per controverſias *dixit. En quæ deſiderio tuo [5] ſatisfacere poſſent ſi liberet, & quæ te multo temperatiorem feciſſent ſi præſciſſes, ſi hiſtoricos diligenter evolviſſes, quod certe doctum virum decuiſſet, ne quid temere ſenex effutiret: maxime quum [6] ad tantam principem libellum inſtituerat, cujus majeſtatem alii uſque adeo ſuſpexere, ut in oratione non aliter ac clarus Orator Demoſthenes, muti plane & elingues facti ſunt: ut ſolet verecundia [7] ſilentium imperare. Alii adeo ſunt reveriti, ut ne vocem quidem attollere, aut memoria conſtare potuerunt: alii pavidi & trementes allocuti. Sed & eum in docto viro decorem & decentiam tu quoque ut virtutem alicubi in commentariis laudas, dum gravitatem & modeſtiam bonarum literarum profeſſores decere dicis,

*P. 106.

Reverentia.

---

[1] Illos intelligit, quos paulo ante nominarat, ſcriptores, quorum nullus Cantabrum vel ſemel nominat. pag. 395. [2] Aliquem igitur profer locum, ut aperte convincas mendacii. [3] Cantabrigiæ mœnia pag. 489. [4] Oxoniam inter antiquiſſimas civitates numeratam lege pag. 489. [5] Nihil adhuc tanto hiatu dignum profers: imo omnino nihil, quod vel tantillum ad opinionem tuam confirmandam faciat. [6] Egregie mentitum ſcias ex pag. 427. [7] Satis ipſe eventus huic rei fidem fecit.

videns meliora probanſque, deteriora tamen ſequens. En rurſus Gurguntii tempora: en Cantabri adventus occaſionem domeſticum [1] tumultum, quam expreſſit Orator, etſi tu id alto ſilentio prætermiſſum crimineris, ac nimiam incolarum multitu*dinem in occaſionis *P. 107. cauſſam tua conjectura ſuffulcis, atque ita quum leporem habeas, palpamentum quæris. En civitatis nomina, *Cairgrantum*, *Granteceſtriam*, *Grantebrigiam*[2], & *Cantabrigiam*: à Cantabro, Grantino Conſule, & Granta ſeu Canta fluvio deſumpta nomina, & prout uſus voluit hoc aut illo tempore, hoc aut illo nomine recepto & comprobato. Quod non magis abſurdum videtur, quam ſi Londinum à primo conditore in memoriam *Londinum.* veteris Trojæ, *Trinovantum*, ſeu *Trojam Novam* appellatum, à Lud, qui novis ædificiis, muris, turribus, portis, atque pontibus inclinantem jam vetuſtate & conquaſſatam bellis urbem refecit (ut Henr. Huntud. de geſtis Britonum libro octavo author eſt) *Caerlunden* diceretur: ac poſtea uſu derivante, & molli ſuavique ſermone delectato, *Lundonia*, *Lindonia* (ut Martian. atque Stephan. περὶ πόλεων ſcribunt) & *Londinum* nominetur. Quid enim non facit vetuſtas in nominibus commutandis? An non *Vindobonnam* (quam Anton. in Itinerario *Vindobonam* vocat) primum Viennæ *nomen, in *P. 108. *Fabianam*, *Bianam*, *Biennam*, & *Viennam* tandem commutavit? an non *Everwicke* in *Everacum* & *Eboracum*: *Stadford* in *Stafforde*: *Lindecollin* in *Lincolne*: *Kynneban-*

---

[1] Qualis hic fuerit tumultus, qua de cauſſa, aut à quibus excitatus, quoniam ex veterum fide docere non potes, ex decade tua figmentum hoc primùm ortum judico. [2] *Cantabrigia* pro *Grantabrigia* corruptum nomen unde effluxerit non oſtendit: ſed de triplici, eaque fortuita appellatione nugatur. pag. [490.]

tum in *Kymbalton* & *Kymboltun* loquendi uſu verſa ſunt: authore Rogero Hovedeno in Annalibus in vita Henrici ſecundi? ut, inter multa, pauca enumerem. Quamobrem non eſt, cur dicas, à Granta nomen habuiſſe ſolum Cantabrigiam, & non à Cantabro, quantumvis id Lelandus aſtruat. Et quanquam inter Scriptores de annorum numero controverſia eſt, principe tamen atque re reique antiquitate conveniunt omnes. Quod autem tempore non conveniant, in cauſſa eſſe puto variam ſecundum varios authores annorum mundi ſupputationem[1], ut Euſebii, Martini, Oroſii, Bibliorum, ſeptuaginta interpretum, Bedæ, Dionyſii, & Judæorum, variamque ſcribarum oſcitantiam & errorem, in quem, quod ſæpius eadem fundunt & refundunt, neceſſum eſt, ut ſæpius incidant: maxime autem in numeris. Nec *diſſimilis diſcordia temporum eſt apud alios hiſtoricos aliis de rebus & perſonis, niſi ubi multi unum conſequuntur, ut ſolent Dodonæi lebetes, quod hîc non eſſe factum varietas temporum docet. Nec aliud exſpectandum eſt in antiquitatibus, longe à ſcriptorum memoria remotis. Id quod ex Lucio, rege Britanniæ (quæ omnium Provinciarum prima publicitus Chriſti nomen recepit, authore Sabellico libr. V. Enneadis VII.) ſcire licet. Nam Beda eccl. hiſt. lib. I. cap. IIII. ait, fidem recepiſſe Lucium anno ab incarnatione Domini 156. Chronicon vetus Landavenſis eccleſiæ 156. Gocelinus in vita S. Auguſtini ca. XXXI. hiſtoriæ majoris 156. & chronicon vetus Anglicum, vocatum *Brutus*, 156. in quo anno Galfr. Monem. lib. II. cap. II. Lucium è vita migraſſe ſcribit, & in Claudioceſtria ſe-

Temporum diſcrepantia.

*P. 109.

---

[1] Inter eccleſiaſticos ſcriptores temporum varietatem aliquam reperiri ſcribit Auguſtinus lib. 15°. de civitate Dei.

pultum ait. Quod quum ipſiſſimis Galfr. verbis, tanquam ab eo fonte natis, in hiſtoria majori extulit Matthæus Pariſius, annis tamen variat, & 201. annis è vita migraſſe Lucium ſcribit. Ut & genealogicon de geſtis Anglorum, Lucium obiiſſe anno * regni ſui quadrageſimo tertio, quum tamen alii ſcribant, eum regnaſſe annos tantum duodecim. Joannes Nauclerus, voluminis primi generatione triceſima, Lucium obiiſſe tradit anno 156. etſi alii anno 170. quod & ipſe eodem loco advertit. Idem tamen volumine ſecundo generatione ſeptima, ex authoritate hiſtoriæ S. Timothei Apoſtoli, & S. Lucii, quæ eſt in eccleſia Curienſi, ubi Epiſcopus fuit & Martyr, Lucium, Britanniæ regem, cum tota Britannia à Timotheo Apoſtolo, qui in Britanniam venerat, fidem recepiſſe ſcribit. At in hiſtoria Saxonica Peterburgenſi traditum eſt, Lucium ſcripſiſſe ad Eleutherium anno à nativitate Chriſti 167. in antiquo vero Codice, *Bruto* etiam nominato (ubi inter leges S. Edwardi ponitur epiſtola Eleutherii ad Lucium) à paſſione Chriſti anno 169. In hiſtoria Roffenſi item, centeſimo octuageſimo quinto, in aliis, centeſimo ſeptuageſimo ſexto. In Nennio, antiquiſſimo hiſtorico, lego, Lucium miſiſſe nuncios ad Evariſtum (qui erat quartus à Petro) anno 164. de Eleutherio nu*lla facta mentione. Et in Mariano Scoto, anno 177. Lucium dediſſe literas ad Eleutherium, qui anno decimo ſexto imperii Antonini Veri (ut ex Methodio refert) Papa fuit duodecimus. Martinus quoque Polonus, anno 188. Eleutherium ſcripſiſſe ad Lucium ait, ſediſſe autem annis quindecim, menſibus ſex, diebus V. Georgius Lilius in volumine ſuo Lucium petiiſſe baptiſmum refert anno 181. Lanquetus Lucium regnare cœpiſſe tradit anno 180. & anno regni ſui octavo, circiter annum

* P. 110.

* P. 111.

Domini 187. miſiſſe ad Eleutherium. Polydorus quoque ait, anno 182. & regni Lucii decimo tertio, Eleutherium miſiſſe Fugatium & Damianum ad Lucium in Britanniam. Baleus tamen ſcribit, Lucium anno Chriſti 179. (ut Annales veriores, ut ipſe ait, commemorant) miſiſſe Eluanum & Meduuinum ad Eleutherium. Atque ita de tempore Lucii & Eleutherii variatum eſt. De ſede vero Eleutherii ſic diſcrepant authores, ut Bibliander Eleutherium fuiſſe dicat duodecimum, & ſediſſe annis quindecim, anno Chriſti 180. *P. 112. * Panthaleon Eleutherium exſtitiſſe decimum tertium epiſcopum, & anno 177. rexiſſe Ro. eccleſiam. Citat Irenæum li.III. ca.III. Euſebium lib.V.ca.VI. Volateranum & Sabellicum: qui li.V. Enneadis ſeptimæ, ſcribit quoque, Eleutherium fuiſſe ordine decimum tertium. Quanquam Irenæus in ſua computatione alium obſervat ordinem in catalogo horum XII. epiſcoporum, quam ceteri omnes hiſtorici. Nam poſt Petrum dicit ſediſſe Linum omiſſo Cleto, & poſt Anacletum enumerat Clementem. Chronica Chronicarum ait, anno Chriſti 184. Eleutherium ſediſſe, idque annis quindecim, menſibus tribus, diebus tribus. Faſciculus temporum anno Domini 184. & ſediſſe annis quindecim, menſibus ſex, diebus ſex. Onuphrius anno 171. & numero facit decimum quartum, & vixiſſe ſub Aurelio Antonino & Aurelio Commodo, & ſediſſe annis quindecim, diebus XIII. Infinita hujus generis alia ſunt, ſi quis prolixior juſto eſſe ſtudeat. Ego paucis contentus, ne tædio ſim Lectori, volo ex his oſtendere, *P. 113. quam non bene conveniant in*ter ſe ſcriptores, & tamen propter temporum varietatem, neque de fide rerum neque perſonarum quicquam dubitandum, ſed componenda magis omnia eſſe, ut ex collatione eluceſcat, ubi major ratio, authoritas & probabilitas ſubſint, in quibus conquieſcas. Nam etiam in hac controverſia certum eſt, Lucium & Eleutherium fuiſſe συγχρόνους, & cum Antonino Vero & Aurelio Commodo συνοδικούς· atque id etiam, conſenſu majori ſcriptorum, Eleutherium fuiſſe à Petro duodecimum. Hos tamen ut commode reconcilies, in uſu eſſe poſſit author ille (arbitror) qui per Alphabetum ſcripſit Chronicantium (ut vocant) concordantias, ſine quibus non niſi magnis difficultatibus & inextricabilibus carnificinis te expedies. Hæc eo pertinent, ut quemadmodum Lucius & Eleutherius fuere coætanei, ita & [1] Cantaber & Gurguntius fuere contemporanei: qui quo tempore fuerint, etſi inter authores diſcordia eſt, certum id tamen eſt, à multis ſeculis utrumque fuiſſe, & eo tempore per Cantabrum[2] fuiſſe exſtructam Cantabrigienſem * Academiam. * P. 114.

Tu tamen contra contendis, atque etiam pugnas multis argumentis, quæ deinceps commemorabo, & primo calamitoſi. Pergis enim atrocibus verbis (ut ſoles homo gratiarum plenus) ejecticii, extorris, profugi, exſulis, calamitoſi, bonum hoſpitem atque nobilem premere & inſectari, Dionyſii Siculi Tyranni conditionem objicere, vivendi cauſſa literas profiteri, & quo minus Cantabrigiam exſtruat, inopiam cauſſari, atque in hoc Oratorem teſtem adducere. In quo [3] certe parum facis ingenue. Etenim, ſi dicat Orator, domeſtico tumultu patria ejectum [4] Cantabrum, non dicit ta-

Cantaber fuit Author Cantabrigienſis Academiæ.

---

[1] Iſtuc eſſe verum quid vetat, quando ex propriis unguibus exſuxeris? [2] Tibi magis incumbit probare, Cantabrum fuiſſe, quam feciſſe quicquam. [3] Piaculum ſ. ligonem ligonem vocare. pag. 494. [4] Nonne miſerum, ejectitium, exſulem, extorrem, profugum, pauperem & calami-

men, fuiſſe calamitoſum atque inopem. Imo neque ullo modo conſequi, niſi Partholomum [1]Hiberniæ regem, & fortunæ ſocium, inopem quoque ſtatuas atque miſerum. Sed iſtud de Oratore figmentum, ferendum quidem. Illud vero inhumanum[2], malis verbis eum perſequi, qui bene nobis fecerit, & bono hoſpiti malas gratias agere, quum bonas ob egregia facta mereatur. *P. 115. Eadem opera & Brutum, generis noſtri *authorem, contemnes, & Antenora ſuum Veneti atque Patavini condemnabunt. Eadem ratione ſpreveris etiam Brennum noſtrum, Bellini regis noſtri fratrem, cui, licet ejectitius non fuerit, fortunæ tamen caſum & eventum temporum aliena regione experiri libuit: quæ ea ſemper fuerit, ut pauculis Britannis, mixtis aliquot Gallis Neuſtricis, etiam Romam ſubjugaverit. Quod ſi majori oſtentatione dictum putes quam veritate, Hiſtoriis crede, &, *Conſtantinus.* Conſtantinum Magnum, natione Britannum, Britanno Milite univerſam pene Europam deviciſſe recordare, quod ſane magna authoritate Roffenſis hiſtoriæ jam referimus. Quanta autem virtute atque animo *Richardus primus.* Richardus ejus nominis primus, Saracenos atque Turcas debellarit in expeditione Hieroſolymitana, atque etiam Gallos rebelles in reditu ſuis Britannis domuerit, Richardus Canonicus docet in Itinerario de expeditione Chriſtianorum contra Paganos, qui erant Hieroſolymis. Cujus inter alia, hos antiquos duntaxat verſus commemorabo de Richardo.

*P. 116. **Cujus iter, greſſus, obſtacula nulla retardant,*
Non ſtrepitus, non ira maris, non vallis, abyſſus,

---

mitoſum eadem opera appellarit? [1] Vide, quid agas. [2] Tu quidem ſupra quam dici poteſt humanus & gratus videri vis, qui beneficium agnoſcis priuſquam perceperis.

Non juga, non celſi præceps audacia montis,
Aſperitaſque viæ Saxis calloſa, non ipſæ
Limitis ambages, deſertaque neſcia greſſus,
Non rabies venti, non imbribus ebria nubes,
Non tonitrus horrenda lues, non nubilus aër:

Quin experiretur quid Siculi, quid Cyprus, quid Saladinus, quidque gens pagana poſſet in armis. Quin & vos quoque Aluredum veſtrum, quem Sanctus Neotus vagum & profugum [1] apud Capgravium, Ailredus Rievallenſis inglorium, & Sanctus Cuthbertus apud Gulielmum Malmesb. extorrem vocat, recuſabitis. Referam verba ſanctiſſimi viri ex III. de pont. ne videar quicquam comminiſci. Capgravium jam olim impreſſum legat qui volet, ut & Ailredum. "Tu quoque" (inquit) * "tam miſerabiliter regno extorris, glorioſe "poſt paucum tempus reponeris. Quem tamen Aluredum ob id non contemnam, quemadmodum nec Appollinem, quod aliquando apud Admetum, Pheræorum regem, Æſculapii filii ſui cauſſa exſulabat. Quid multis? cetera quoque gens Italica ſuum Æneam atque Silvium, & Gallica ſuum Francionem pari modo ſpernent. Nam & Galli quoque, ex Trojanis ſe propagatos eſſe, magnopere exſultant. Quos tamen uſque adeo non ſpreverunt, neque ejectitios aut profugos nominarunt, ut ex hoſpitum gloria ſe præfulgere exiſtiment,

Aluredus.

* P. 117.

---

[1] Quamvis hoc Aluredo et aliis pleriſque, rebus, per fortunæ indulgentiam, in melius commutatis, acciderit, ut ſeſe ab iis rerum anguſtiis extricarent demum, et lautiori fortuna uterentur: non tamen propterea neceſſario ſequitur, idem & Cantabro olim uſui veniſſe. At magna, inquis, et egregia nonnunquam præſtitere exſules: ſed non ante quam ab exſilio fuerint revocati, fortunam magis benignam experti. pag. 493.

ment, & nominis famam hiſtoriis celebrent. Quod qui neſcit, Titum Livium, Criſpum Saluſtium, Antonium Sabellicum, Joan. Zonaram, & Epitomen Chron. regum Galliæ à Pharamondo ad Carolum nonum (quam ex Annal. Gaguini & Pauli Æmilii præcipue collectam excudit Guli. Niger) inter alios legat. Neque certe calamitoſus eſſe potuit Cantaber, qui genere Nobilis ſocerum regem [1] in Anglia (cujus liberalitatem cum filia uxore ſenſerat, ut * Brutus Pandracis Græcorum regis munificentiam fortuna perſimili, Æneaſque Latini) & fratrem quoque regem in Hibernia habuit, boniſque literis (quæ maxima felicitatis pars eſt) claruit: ut neque mirandum ſit, unde tantam Academiam iſte fecerat, quum & Brutus hoſpes hic majorem Trinovantum Urbem, & Brennus in Italia hoſpes, multas ibi urbes condidit & refecit, inter quas Mediolanum eſt, Verona, Mantua, Brixia, Vincentia, Sena, Papia, Comum, & Cremona, uti & ipſi Italici ſcriptores prodiderunt, & Fabianus noſter ſecunda parte, & Ranulphus libro tertio manifeſte referunt. Gathelus quoque, Cecropis, primi Athenarum regis, filius, in Hiſpania haud diſpari fortuna hoſpes, Braccaram (quæ ſedes Archiepiſcopalis eſt) & Brigantium urbem (quæ hodie Compoſtella dicitur) non longe inter ſe diſtantes exſtruxit. Quibus ut felicitate par fuit Cantaber (quem alii ſcriptores regem, alii ducem, alii regis Hiſpaniæ filium dicunt) ita literarum virtute ſuperior exſtitit. Quæ res ut ad res gerendas magnum eſt in vita compendium, ita his, quos ante fortuna erexerat ad gloriam, ſi ceciderint, ſecurum eſt refugium. Ut Dionyſio tuo fuit,

*P. 118.

Bracchara.

Brigantium.

*P. 119.

---

[1] Principes raro admodum ejuſmodi ſortis hominibus filias ſuas locare ſolent.

quem ut calamitoſum Cantabro objicis. Quem tamen, ne infimi aut afflicti hominis ſorte viveret, neve calamitoſus eſſe poſſit, virtus effecit, & quum fortunæ culpa regno Rex eſſe amplius non potuit, virtutis gloria inter ſuos Rex eſſe non deſiit, & eo loco artium profeſſione claruit, quo cuivis non facile contingit pervenire: quamvis ſtultum vulgus, qui Philoſophiam neſcit, & tu quoque, qui longe à vulgo ſentire debes propter eruditionem (ſi eam ad Reip. uſum, & non ad contentionem conferre velles) id regnum ut inglorium repudiatis. Certe ſapientibus viris hæc ſemper ſtetit ſententia, Literas tutiſſimas eſſe divitias, ut quæ nec tolli poſſunt, nec gravant circumferentem: atque in proſperis ornamento eſſe, in adverſis refugio, ſed nemini mortalium opprobrio. *Vnicum perfugium doctrina & literæ* (inquit Ci. ad Bal.) *quibus ſemper uſi ſumus: quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem.* * In quo tu quidem longe à ſapientibus diſſentire videris, qui principis & generoſi animi non eſſe cenſes virtutes colere, & literas profiteri (nam hoc abjectorum eſſe judicas) ſed venationem magis atque aleam ſectari (quam tamen ut damnationis pœnam Æacus Claudio imperavit) ſpretis illis & contemptis, hoc glorioſum exiſtimare ex eo judicaris. Conſtantinus Ducas eruditos viros mirabiliter coluit, dicere ſolitus, malle ſe eruditione quam imperio nobilitari: cum Platone ſentiens, præclaris literis excelluiſſe, veræ nobilitatis eſſe: quæ ſplendor quidam eſt ex ipſa virtute natus, ut volunt Stoici. Tu contra, imperio magis quam eruditione florere malis. Scipio item Africanus, homo bellator, ſecundo bello Punico Terentium illum Aphrum atque comicum captivum, literarum cauſſa, quas honorabat, inter nobiles captivos poſuit, vinculis ex-

Corinthi.

Literæ utiles, delectabiles, & ſalutares.

Cicero in epiſt. ad Balbum.

* P. 120.

Literarum fautores.

Terentius.

ſolutum libertate donavit, in triumpho poſt Currum conſtituit, & pileo contectum, in literarum honorem & libertatis ſignum, ſequi voluit, ut Oroſius & Quin-
*P. 121. tilianus * in declam. pro gladiatore, & Jo. Nauclerus in generatione LIX. referunt: & tu, qui literas profiteris, literas contemnis? Lego in pervetuſto quodam li-
Alexandri reſponſum. bro manuſcripto de actibus Alexandri, Diomedi Philoſopho Alexandrum reſpondiſſe, ſe ante optaſſe Homeri diſcipulum eſſe quam Achillis, quum Diomedes dixerit, ſe majores laudes de rebus geſtis Alexandri potuiſſe ſcribere, quam Homerus de Græcorum & Trojanorum actibus. At tu inaurari magis optas (ut videris) cum Mida aut Crœſo, aut etiam Carolo Magno, cui immenſam vim auri ex Hiſpania allatam Turpinus Remenſis in hiſt. Caroli Magni ſcribit: pro theſauro ſcilicet carbones. Eodem pertinet, quod Merchiaunus, Glatmorgantiæ rex, uſque adeo honorabat bonas artes, ut Eltuto ita dixerit: „ veſtrum Gymnaſium erit vene-
„ rabile: tributarii tibi ſervient, & omnes indigenæ. Tu contra, ut literæ omnibus ſerviant, cupis, cetera imperent: quod nunquam conſequêris. Nam literæ ſemper imperarunt, & ſemper imperabunt: cetera ſer-
*P. 122. vient. Verum quia * tu calamitoſi eſſe putas literas
Nobiles, literarum cultores. profiteri, dic, quæſo te, quid in Carolo Magno, quid in Claudio Cæſare calamitatis fuit, quod ille Germanicæ Linguæ Grammaticam commentus eſt, menſibus atque ventis nova nomina indidit? iſte uſque adeo Græcis literis excelluerit, ut tres novas literas illi linguæ ſua induſtria adjecerit? Quid in Pertinace imperatore, qui Grammaticam docuit? quid in Julio Cæſare, qui Commentarios edidit? Quid in Ptolomæo, qui orbem terrarum tabulis circumſcripſit? Quid in Conditore veſtro Aluredo, quod Bedæ hiſtoriam gen-

tis Anglorum, Severini Boëtii Philoſophiæ conſolationem, & Oroſium Hiſpanum hiſtoricum inſignem, in Saxonicam Linguam authore Gul. Malmeſ. traduxerit? Quid, quod novum & vetus teſtamentum in Anglicam linguam transfuderit? ut in hiſt. Elienſi libro primo ſub fine ſcribitur, cujus initium eſt: *Cum animadverterem excellentiam Elienſis inſulæ* &c. Nam authoris nomen non gerit liber. Quid in eodem Aluredo, quod legem *Martianam, inter ceteras, in eundem ſermonem tranſtulerit? ut & Galfr. Monem. lib. I. & Genealogia Principum in linea Monarchiæ Britonum, qua de Martia ſermo eſt, & Ranulphus libro ſexto conteſtentur. Imo, quid in eodem ipſo Aluredo, quod pueros docuit, ſcribente Aſſero libro ſuo de actis Alphredi, anno 885? "Filios quoque eorum" (inquit) "qui in "regali familia nutriebantur, non minus propriis dili- "gens, omnibus bonis moribus inſtituere, & literis "imbuere ſolus die noctuque inter cetera non deſine- "bat. Quo quidem docendi munere quum ſit perfunctus Aluredus, nec tamen apud Cantabrigienſium aliquem Dionyſii Siculi Tyranni, aut Ludimagiſtri nomen obtinuerit: quæ Cantabri infelicitas eſt, ut quod Alphredo glorioſum ſit ad nominis famam, & ad omnem æternitatem illuſtre, id illi ad invidiam apud Oxonienſem, & luctuoſam ſortem facere videatur? Divus Auguſt. quoque Mediolani Rhetoricam docuit, authore Proſpero Reginenſi hiſtorico in chron. Prætereo Guthelinum regem Gurguntii filium, quem Beda Græce & Latine *doctiſſimum fuiſſe ſcribit: & Edgarum regem, qui doctrina excelluerit: & Blegabridum (quem alii Blegrabedum vocant) hominem regem, tantum tamen muſicum, uti Fabianus ſcribit, ut, propter muſices excellentem cognitionem, muſicorum Deus dicere-

*P. 123.

Guthelinus.

*P. 124.

Edgarus.

Henricus primus Cantabr. educatus. tur. Mitto liberalium ſcientiarum cognitionem Henrici ejus appellationis primi, quas Thomas Rudbornus hiſtoricus eum Cantabrigiæ hauſiſſe ſcribit: quibus uſque adeo claruit, ut Henricus Belloclericus ab omnibus *Elizabeth.* diceretur. Demum Regina, quæ nunc regnat, Elizabetha, Græcis & Latinis, ſacris & prophanis literis inſtructiſſima, quum ſuperioribus annis Cantabrigiæ eſſet (quò ſolo Muſarum amore & benefaciendi ſtudio venerat) in ſcholis publicis & frequentibus quaſi literas profeſſura, docta Princeps orationem habuit Latinam, & eam tam eruditam, ut ſexum mutaſſe, & ſupra feminam ſapuiſſe dixeris: cum ſignificatione *Beneficium Principis.* benevolentiæ ſuæ erga bonas literas, aliquo beneficio ſuo futuro in eo Gymnaſio explicandæ. At quo tandem **P. 125.* *authoramento, niſi virtutis? Quid inopiæ (quæſo te) iſtos huc adegerit? quum non lucri cupiditate (quod video quam ſit exiguum ex profeſſione literarum) non victus inopia, ſed virtutis ſtudio, & literarum gloria geſta hæc ſunt: quum his delectati boni Principes ſunt, cum quibus nullæ divitiæ, nullæ opes, nulla diademata, nulla denique regna comparanda ſunt. Quæ ſi illis ut vitia objicis, temeritas tua reprehendetur, non eorum vitia culpabuntur. Sed perge (avellor enim dulci virtutum tantorum virorum atque feminarum recordatione, & bonorum operum memoria ſempiterna, partim exemplorum copia, partim brevitatis deſiderio) Dionyſius docuit, Cantaber docuit. Sit ita ſane. Id tamen non lego, niſi apud Polydorum in fine libri quinti Angl. hiſt. ex incerto authore, & in collectionibus tuis, in quibus Ludimagiſtrum per contemptum nominas. Schola enim Cantabrigienſis non id agnoſcit, ſed Philoſophos conduxiſſe eum, id affirmat. Quid *Calamitoſus.* tum quæſo te? Calamitoſos ob id dices? Calamitoſi ſunt * qui virtutibus deſtituti ſunt, non quibus, fortuna *P. 126. recedente, virtus ſupereſt. Nam virtus ſemper habet fortunam comitem, niſi mens oberit, ut in Pacæo. Neque ſe miſerum putabat, imo feliciſſimum juxta ac liberrimum, qui ex naufragio omnia ſua ſecum portaſſe dixit. Neque Anaximander, homo Philoſophus & domi ſuæ dives, ſe calamitoſum cenſuit, quum ex peregrinatione, quam literarum gratia habuit, reverſus, ac omnia ſua conſumpta domi ſuæ videns, condolenti reſpondit, *ego ſalvus non fuiſſem, niſi iſta periiſſent*. Ratio eſt, quod nemo cum ſarcinis poteſt enatare: exiſtimans, animi bona extra fortunam eſſe, et eum, qui ſe habet, nihil perdidiſſe, fortunamque nihil addere ſapientiæ: ſic ut *nemo miſer niſi comparatus*, ut in Troade dixit Seneca. Non hæc dico tamen Stoicus, ut virtute felicem, fortunæ vero bonis infelicem Cantabrum exiſtimem, ſatiſque eſſe divitem putem, qui cœlo & terra frui poſſit. Diverſum enim jam ante oſtendi, & te memorem vel maxime cupio. Certe quo * minus fortunæ *P. 127. etiam arridenti quis fidat, quoque magis virtuti, eo ſapientior eſt: quum videamus, & principes ſtabile regnum non habere, nec epiſcopos firmas ſedes. Quod illud ex Joanne Boccatio de caſibus virorum illuſtrium inter alios hiſtoricos, hoc ex Nigello noſtro, non contemnendo *Nigellus.* viro & Cantuarienſi Monacho, diſces, qui bene longa epiſtola ad Gul. Elienſem epiſcopum, virum ſuo tempore primarium, & magni nominis authoritatiſque apud Principem, poſtea tamen calamitoſum, exemplis noſtræ gentis adductis ſuadet, ut fortunam contemnat, &, quam ſit frivolum in blandimentis fortunæ conquieſcere, expendat. Verum, ut demus, ejectitium fuiſſe & calamitoſum, certe non ſolum inhumanum, ſed & crudele quoque judicamus, ut tum contra

tra hoſtem, tum contra calamitates quoque ejus pugnes: & non ſolum crudele, ſed etiam injurioſum. Nam in calamitoſo, vel riſus eſt injuria, ut Mim. Publ. recte ſcripſit. Longe majoris æquitatis & magnitudinis animi nobilis ille bellator Alexander fuit, quum de Perſarum imperio cum Dario pugnaret. *Etenim, quum Darii, hoſtis ſui, uxorem ex colliſione abjecti partus deceſſiſſe intellexerat, illachrimatus eſt, exſequiaſque benigne proſecutus. Quod à ſe factum dixit, non amoris, ſed humanitatis, cauſſa: neque in hoſtis adulationem: nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis ſibi lenocinia quæreret, ſed animi magnitudine, qua didicerit, adverſus vires hoſtium, non adverſus calamitates contendere: pollicebaturque, ſe præſtaturum ea Dario, ſi ſecundus ſibi, non par, haberi velit. Itaque in eum, cui miſericordia opitulari debeat, invidia abs te quæſita eſt. Quamobrem, hoc in te dicendum exiſtimo, quod uni ex militibus Darii dux Memnon dixit. Quum enim maledixiſſe Alexandro obſervaſſet, *non te*, inquit, *ut maledicas, ſed ut pugnes adduxi.* Si igitur juſtæ cauſſæ contemnendi Cantabri hæ non ſunt, ſi iniquæ & nullæ repudiandi conditoris primi rationes exſiſtant, quæ injuſticia homini hoſpiti, & ſempiternæ memoriæ conſecrando fundatori atq; principi foret, ſi illi gloriam facti tolleremus, & Gorboniano, Sigebertoque noſtris tribueremus? Quia noſtrates ſunt? Quaſi vero patriæ cauſſa injuſte agendum? Imo prædicandus magis hoſpes eſt, quod in alienam regionem naturalem gerat affectum, quum hoc voluntatis & virtutis ſit, quod laudi ducitur, & non naturæ, quæ neceſſitatem quandam inducit, & non meretur tantam gloriam. Alioqui id per ingratitudinem ſummamque injuriam illi obveniret, quod proverbio dici ſolet de ge-

Alexandri humanitas.

*P. 128.

Memnon.

*P. 129.

Gorbonianus.

Sigebertus.

generoſi equi ſenecta, quum, poſt res utiliter præclareque geſtas, ob ſolos annos rejiciatur. Gorboniano tamen & Sigeberto, ſi quid in Cantabrigienſes contulerint, ſi Cantabrigienſium ſcholas, bellorum procellis collapſas, reſtituerint (ut Stoveus tuus author eſt, & nos non repugnamus) agendæ gratiæ ſunt, & prædicanda nomina. Sed quemadmodum? ut primorum conditorum? non, ſed poſteriorum reparatorum. Hoc illis denegaſſe (quod nemo facit) impium. Offa, [1] rex Merciorum, renovavit ſcholas variarum artium Cantabrigiæ, authore Richardo Diviſienſi in epitome rerum Britannicarum, cujus * hæc jam relata verba ſunt: ergo fundavit [2] eas? Eandem Academiam reparavit & Edwardus ſenior, Aluredi filius, à Danis combuſtam, ut habet [3] S. Swithuni Chronicon, & privilegiis munivit, ut ex charta ejus ſcire licet in hiſtoriola, in qua confirmat doctoribus & ſcholaribus Cantabrigiæ, & eorum ſervientibus, “(ubi ab olim viguit mater Philo-“ſophiæ, & reperitur in præſenti fons Clerimoniæ) “ſua & aliorum principum indulta, in æternitatem “duratura, &” (ut ejus verbis utar) “quamdiu verti-“go poli circa terras, æquora, & æthera ſiderum juſto “moderamine volvet. Renovavit academiam & Cædwallus [4] rex, eadem atteſtante hiſtoriola. Quid igitur, ab eis inſtituta fuit? Coſmus Medices, dux noſtra memoria Florentinus, homo qui literarum gloria perpe-

Reparatores Cantabrigienſis Academiæ.

*P. 130.

Privilegium Edwardi ſenioris.

Coſmus Medices ſcholas Piſanas reſtituit.

---

[1] Solus hæc habet, nullius alterius teſtimonio firmata. [2] Nequaquam ſane. nec animus eſt Offam fundatorem veſtrum ſtatuere. [3] Tametſi nihil tale apud Malmesburienſem aut Huntudonenſem habeatur, non tamen ſtatim (quod Lond. ſolet) tanquam vanum rejiciemus, quod apud minime vanos authores hac de re ſcribitur. pag. 497. et ſeq. [4] Vide pag. 92, 93, & 470.

tuus vivat digniſſimus, quod anno Dominicæ incarnationis 1543. me vidente atque ſentiente, ſcholas Piſanas, jam ante multos annos deſertas, reſtituerat, & per Matthæum Curtium, excellentis doctrinæ virum, alioſ- *P. 131. que doctos magna pecunia conductos, omnium ſcientiarum profeſſione claram celebremque fecerat, primuſne dicitur Piſanæ Academiæ conditor, quam aliquot ante ſeculis fuiſſe Academiam conſtat? nequaquam, ſed reparator. Futurum tamen forſan eſt, ſi res memoriæ non commendetur, ut non reparator ſolum, ſed & conditor quoque videatur: uti jam Sigeberto regi noſtro eveniſſe uſus docuit. Quod ideo tamen non dico ut tollatur, aut ulla ex parte minuatur excellentiſſimi principis gloria, ſed ut ob bene merita, juſta ea tribuatur. Nam condita Piſana Academia fuit anno Domini 1339. Deſerta jacuit ante poſtremam iſtam renovationem 150. annis, uti Guolphg. Juſtus author eſt. Quapropter, recte quidem quiſquis fuit ille ſcriptorum, quem Georgius Lilius in chronico regum Angliæ eſt ſecutus, & quotquot alii ejus generis ſunt, quum dicat, non ſimpliciter Sigebertum excitaſſe [1] Cantabrigienſem Academiam, ſed excitaſſe dicitur. Multi erunt Cantabrigienſis Academiæ conditores, ſi quis rationem facti inire nolit, &, quid dicatur vulgo, tantum ſpectat. *P. 132. * Nam poſt deſertam varias ob clades Cantabrigiam, quod [2] Albinus, Rabanus, Claudius &

Alumni Cantabrigienſes, non conditores.

---

[1] Myſterium magnum. Quaſi hic non ſit communis fere ſcriptorum mos, qui ex alienis operibus ſua hauriunt. Quod ſane illorum factum Londinenſi ac ſuis documento eſſe poterit, ne tanta cum aſſeveratione quæ de Cantabro, qualicunque paucorum inferioris notæ ſcriptorum relatione, didicerunt, affirment. [2] Hos ex Frecolfo, hiſtoriographo Cantabrigienſi, pro conditoribus academiæ illius ha-

Joannes Scotus, qui floruerunt circa Caroli Magni, Galliarum Regis, tempora, profitendo bonas literas Cantabrigiæ ſtudioſos revocarunt, & ſua virtute frequentem fecerunt, Freculfo in Chronicis Academiæ Cantabrigienſis conditores habebantur. Giſlebertus quoque atque Odo, Terricus & Gulielmus, Croilandenſes Monachi, qui jacentem propemodum Academiam & languentem lectionibus Grammaticalibus, Logicis, Rhetoricis, & concionibus Theologicis ſublevarunt, quum ad concremati Monaſterii ſui ædificationem per eas partes mendicarent, à Josfrido Gallo, Croilandenſi hiſtorico, Cantabrigienſis Gymnaſii authores conſtituti ſunt: quum tamen in magnis Annalibus Wigornienſibus legam, Cantabrigiæ ſtudium ab eis renovatum tantum. Quin & magna hiſtoria Jorenallenſis tradit, creditum eſſe, juxta quorundam opinionem, & vulgarem antiquorum & modernorum dictum (hæc enim verba ejus * ſunt) Egberti, Cantiorum Regis, tempore, Bedam [1] venerabilem ſtudium Granteceſtriæ juxta [2] Cantabrigiam poſuiſſe, quum per ea tempora apud Cantianos quoque fuiſſe excitatam Academiam dicere perinde vulgus ſcriptorum potuit, quum, authoribus Theodoro natione Græco, ſed officio Cantuarienſi Archiepiſcopo (cujus libros Græcos adhuc exſtantes dudum vidimus) & Adriano Abbate, Cantiana gens Phi-

Croilandenſes.

* P. 133.

Beda.

Theodorus.

---

habitos fuiſſe refert, quos ex aliis, quam domeſticis ſuis ſcriptoribus, nunquam probare poterit in hodierna illa academia unquam ſtuduiſſe. [1] Bedam Granteceſtriæ non docuiſſe, fidem facit manifeſtam, quod urbem ſuo tempore deſolatam et everſam ſcribit: denuo reparatam non item. [2] Hinc duas et diverſas urbes fuiſſe intelligat Londinenſis. Quare nec quicquam facit ad hodiernæ academiæ antiquitatem.

loſophicis, Græcis, Latiniſque literis ſic effloruerit, ut Inſula, prius Tyrannorum nutricula, jam familiare domicilium Philoſophiæ, ſcientiarumq; liberalium profeſſioni [1] efficeretur, authoribus venerab. Beda eccleſiaſt. hiſto. lib. IIII. & Gul. Malmesb. de geſtis Anglorum libro primo. Propter celebritatem enim, quæ fuit præſente tanto viro et promovente in deſolata dudum civitate, propterque revocata ſtudia, Academiam ab eo conditam eſſe creditum eſt. Ut non addam, Granteceſtriæ juxta Cantabrigiam fuiſſe poſitam ideo vulgus ſcriptorum dixit, quod Granteceſtriam & Cantabrigiam idem fuiſſe, idem vul*gus [2] ignorabat. Excitatam tamen à Beda eam eo probabilius eſſe hiſtoria dicit, quod Alcuinus, Bedæ diſcipulus, poſtea Roma Lutetiam Pariſiorum ſtudium [3] tranſtulerit. Etſi ſunt qui putent (inter quos Oxonienſis [4] eſt) nec Bedam monaſterio unquam egreſſum eſſe [5] (quod in homine docto & experiente rarum eſt, & pene inauditum, maxime

*P. 134.

Alcuinus Bedæ diſcipulus.

Beda egreſſus monaſterium.

---

[1] Si doctorum præſentia, et bonarum artium profeſſio academias faciat, et eas quidem celebres, multas habemus hodie in Anglia Academias. Sunt tamen iſtæ ſcholæ temporariæ tantum ac inſtabiles, proque docentium arbitrio tranſmutabiles, eæque poſt doctorum mortem aut aliò deceſſum omnino ceſſant. Tales hodie complures in Hybernia habentur. Sed cum ejuſmodi ſcholis nihil nobis negotii. [2] Tu magis in hac re prodis ignorantiam tuam. [3] Ridicula collectio. Quam ſcite argutatur. Alcwinus, Bedæ diſcipulus, Roma ſtudium generale Lutetiam Pariſiorum tranſtulit: ergo Beda academiam Egberti temporibus Granteceſtriæ poſuit; ô admirandum dialectici acumen. [4] Habet Oxonienſis pag. 416. *nunquam ſtudiorum gratia monaſterium ſuum egreſſus eſt: ſed in eodem totum vitæ ſuæ tempus* (*ut ſcribit* Florilegus) *tranſegit*. [5] Addendum erat, *ſtudiorum gratia*.

in venerabili presbytero, & haud ſcio an ullis Benedictinis legibus obligato) nec Alcuinum ejus [1] idcirco fuiſſe Cantabrigiæ diſcipulum (quod Oxonienſis arguit, etſi alio loco veriſimile [2] eſſe dicat) ſed non aliter atque Veronenſis ille ſenex, atque ruſticus apud Claudianum (poëtam ammiratione dignum, ut Proſper cenſet in chronicis) ſemper eadem domo latitaſſe & prædiolo, ſemper eodem dolio uſum eſſe, quaſi ſpongiæ vitam egerit Beda, ſemper eidem affixus loco: aut cochleæ, quæ nunquam teſta egreditur, nunquam relinquit. Nec venerabilem illum Bedam diſcipulos habuiſſe Rabanum, Clementem, & Joannem Scotum [3]. Quanquam de his atque Alcuino diſcipulis, non dubitat Baleus [4] in libro * Scriptorum Britannicorum ſub nominibus Joannis Mailroſſii, Flacci Albini, & Claudii Clementis: nec Antoninus, archiepiſcopus Florentinus, in chronica ſua tit. XIIII. partis II. ca. IIII. paragr. XII. de ſtudio Pariſienſi: nec chronicon Germanicum, quod Mutius tranſtulit, lib. VIII. Nec Polydorus Vergilius lib. Angl. hiſtoriæ V. nec hi, quos Polydorus authores eſt ſecutus, ut nec de egreſſu Guliel. Malmesbur. quum dicat, vocatum [5] ad Papam Sergium primum Bedam, ſed iveratne an ſecus, non conſtituit. Pronior tamen eſt in egreſſum. Nam libro primo ſic ſcribit. "Ferunt, [6] Bedam Romam iviſſe. Verumtamen, quod Romæ non fuerit, ſolide non affirmo. Sed eum illuc in-

Bedæ diſcipuli.

* P. 135.

---

1 pag. 501. de *idcirco*. 2 Veriſimilius eſſe dicit, quam ſunt quædam alia, quæ à nigri codicis authore proferuntur. 3 Addendum erat, *Cantabrigiæ*. pag. 501. 4 Hos citat teſtes, ut rem non negatam probet. 5 Fueritne Romæ, necne, quid ad nos? 6 Dubitat igitur & non dubitat, pro tuo arbitratu, de una eademque re, idem Malmeſburienſis.

"vitatum, haud dubie pronuncio: producens Sergii primi epiſtolam. Et quanquam Beda ſcribat [1], eodem referente, libro I. ſe cunctum ex eo (quo datus fuit ad educationem Benedicto Abbati et Celfrido) vitæ tempus in ejuſdem monaſterii habitatione peregiſſe, tamen non ita craſſe intelligendum, ut dicat, nunquam ſe fuiſſe egreſſum Monaſterium, ſed quod aliam habitationem non *habuit aut novit perpetuam & familiarem, quam id monaſterium, ut nec civis aliam quam Londinum, etſi non eum ſemper habet Londinum: aut à tempore, quo traditus eſt Benedicto, omne vitæ tempus [2] in eo tranſegiſſe ad annum decimum nonum: qui verus ejus ſenſus eſſe videtur, diſpartiens moræ tempora per ætatis annos. Quo magis miror, Baleum, ex quo tu hanc ſuxiſti [3] opinionem, centur. II. ſcribere, nunquam eſſe egreſſum Bedam Britanniæ limites, & ætatem omnem ſub uno Abbate in cœnobiis Wirmuthenſi [4] & Girvienſi exegiſſe, & ad Gregorium [5] ſecundum, non Sergium primum, vocatum fuiſſe: quæ certe (ſi bona ejus venia dicere liceat) vera non ſunt. Quod ſi Aldelmus [6] ad Sergium primum vocatus iverat, quidni & Beda ad eundem accerſitus idem fecerit? maxime ad gravia & magni momenti negotia vocatus, & à ſummo Pontifice, cui negare quicquam nephas erat, *P. 136.

---

[1] Cur igitur locum ex ipſo Beda non producis? Hunc, quo melius expendas, pag. 502. invenies. [2] Poſtea igitur regularis diſciplinæ obſervantia liberum, quaſi vagæ vitæ ſectatorem errabundumque, ſi non apoſtatam facere videris. [3] Oxonienſis nihil tale aſſeruit: reliquum eſt ergo, ut cum demortuo litiges. Mortui non mordent: confide. [4] Pag. 503. et ſeq. [5] Ad Gregorium vocatum ait: ad Sergium non negat tamen. [6] Quam dextre concludit ducta à comparatis ratione, de eo neutiquam ſolicitus, omnia in utriſque paria ut ſint?

accerſitus. Sed iviſſe [1] Bedam, certum eſt. In eo enim authore, qui uſque ad Edwardum tertium proſecutus eſt [2] Hiſtoriam Rogeri Hovedeni *(cujus initium eſt, *Excerpta ex dictis viri religioſi* &c.) ſic lego. “Succeſſit “Nicolao Papæ anno 1281. Martinus, vir natione “Turonenſis. Hic autem dictus fuit Simon, ſolennis “Legatus in Franciam, ſed ſpecialiter Pariſius pro ſe“danda diſcordia inter ſcholares. Nam Sathanas ſe“minaverat inter eos quaſi ſchiſma, ut quæque natio “pro ſe contenderet, Primatum Univerſitatis ad ſe per“tinere. Veniens autem Legatus, & controverſiam “audiens, pro lege promulgavit, eſſe Anglos primariam “illius ſtudii nationem. Nam Beda[3]” (ait) “Romam “petens, primus omnium ſcholas Pariſius [4] veniens te“nuit, ſacramque Theologiam ab Evangelio S. Joannis “inchoans, dum primus ordinarie legit, omnibus aliis “ſcientiis poſt ſe aditum pandit. Hæc proſecutor: apud quem *Pariſius* legis, conſueto priſcis ſcriptoribus vocabulo, pro *Pariſias*. Idem Onuphrius Veronenſis de geſtis Pontificum affirmans, ſcribit: “Symonem Tu“ronenſem (qui poſtea Martinus quartus fuit) miſſum “fuiſſe Legatum Nicolai tertii in Galliam pro arduis “eccleſiæ Romanæ *negotiis anno 1281. Quamobrem audiendi non ſunt, qui putant, Bedam nunquam exiviſſe monaſterium, inter quos eſt Tho. Stubbæus ſeu Stobæus Dominicanus, qui de Archiepiſcopis Eboracenſ. ſcripſit. Quanquam ne is quidem tantopere contendit, Bedam non egreſſum monaſterium, ſed quod

Beda egreſſus eſt inſulam.

*P. 137.

Angli, prima natio Pariſienſis ſtudii.

*P. 138.

---

[1] Satis confidenter. [2] Huic oppono Ranulphum Ceſtrenſem lib. 5°. cap. 24. conſule pag. 505. [3] Pag. [a] 50. [4] Si ibi profeſſus eſt bonas literas, hoc illum Cantabrigiæ profeſſum eſſe non arguit.

(a) *F. 505.*

mare nunquam transfretaverit. At ſi is perlegiſſet vitam venerabilis Bedæ antiquam (cujus initium eſt, *Operæ pretium eſt cognoſcere* &c.) illic legiſſet, Bedam Apoſtolicam ſedem adiiſſe, coram Rom. eccleſia libros ſuos relegiſſe & enunciaſſe, ac dein authoritate Apoſtolica aliis tranſſcribendos obtuliſſe &c. forſan Sergio evocante, ut prius dictum eſt. Hoc enim ſolenne erat ſcriptoribus eccleſiaſticis ejus ætatis, ut ſuas lucubrationes Ro. Pont. primum examinandas traderent. In qua re quod negligentior erat Joannes Scotus, quum Dionyſium convertit in Latinum, Nicolaus primus eum reprehendit in epiſtola ad Carolum, dicens: *juxta morem nobis mitti, & noſtro judicio debet approbari*, ut Gul. Malmesb. lib. *V. de Pont. explicatius memorat. Ita quum habeas, Bedam iviſſe Romam, & egreſſum eſſe monaſterium, atque etiam Britanniæ fines, quid eſt quod amplius deſideres (mi Oxonienſis) niſi afferas, Alcuinum, cognomento Diaconum (quem alii ſcriptores undicunque doctiſſimum, alii Græca & Latina lingua egregie doctum vocant) non Bedam, primum profeſſum eſſe Lutetiæ bonas literas? Quod ſi dixeris, confitebor certe humaniores, ſcientiaſque liberales, quas & Carolum docuit, & alios (maxime Aſtronomiam, qua valde delectabatur Carolus) de quibus plura apud Jacobum Philippum Bergomenſem in ſupplemento chronicarum [1] libro decimo, & in chronica Antonini titulo XIIII. cap. IIII. & paragrapho XII. de ſtudio Pariſienſi, & cap. V. etiam. In chronico mundi Chriſtiani Maſſei lib. XIIII. & anno *791*. In annalibus Joannis Aventini, lib. IIII. & in chronico Sige-

Joan. Scotus.

*P. 139.

---

[1] Multis probat, quod Oxonienſis non negat, Alcwinum primùm bonas literas Pariſiis docuiſſe. Vide aſſertionem pag. 414.

berti Gemblacenſis an. 790. ubi in excuſis legitur *Alcnium* corrupte: in ſcriptis *Alcuinum* recte: ut in ſupplemento chronicarum male *Gallus* pro *Anglus*, * quem- *P. 140. admodum etiam in chroni. chronicarum. Eo te ablego, quod longum eſſet omnia aſſcribere, & non ſine legentis tædio, etſi cognitu utiliſſima. Eo explicatius iſta refero, additis libris, titulis, paragraphis, atque annis, ut & alia omnia apertius, quò intelligas[1], me bona fide & ſine dolo omnia tecum agere, ſub aſpectum tuum omnia ponere, & de cauſſa Oratoris minime ſollicitum, de Antiquitate Cantabrigienſi nihil dubitare. Sed ab Alcuino ad Bedam redeo, quem profeſſum eſſe bonas literas Cantabrigiæ, idem Baleus in prima editione lib. ſcriptorum Britann. quo loco de Claudio *Beda Cantabrigiæ fuit.* Clemente, & Jo. Mailroſſio mentio eſt, aperte profitetur: in ſecunda autem non item. Sed quamobrem[2], non video. Si enim perſuaſum illi fuit, Bedam non egreſſum eſſe monaſterium, cur dicit, eum docuiſſe Wermuthi & alibi? Nam illud, *alibi*, ſignificat, aliis[3] in locis docuiſſe eum quam in Monaſterio. Quod ſi aliis in locis, cur [4] non Cantabrigiæ (ut conſtans fama[5] eſt, cui credendum eſſe præcipit Titus Livius, quoties certæ fidei * deroget vetuſtas) proximo Gymnaſio, & eo *P. 141. ſolo per ea tempora, ut paulo poſt dicemus? Certe recepta ab omnibus [6] opinio eſt, & fama [7] celebris, Cantabrigiæ & fuiſſe illum & ſtuduiſſe. Id, præter cete-

---

[1] Immo potius, ut te multæ lectionis hominem eſſe oſtendas, omniſque antiquitatis ſcientiſſimum. [2] Ne in errore perſeveraret. [3] Alio in loco verius. [4] Cur non tam Gerovici quam Cantabrigiæ? [5] *Incertæ murmura famæ.* Ovid. Hæc *levis*, *vaga*, *inſtabilis* Maroni dicitur *Fama*, malum quo non aliud velocius ullum. ibidem. [6] Cantabrigienſibus ſcilicet. [7] Hac nihil pene incertius.

Joan. Elienſis. ros, Joannes, Elienſis epiſcopus, in conſtitutione, quam ipſe fecit, & Richardus Pinſon impreſſit, pro feſtis Divi Chryſoſtomi, Bedæ, & aliorum ſua diœceſi celebrandis, refert. Agens enim de venerabili Beda, ſic ſcribit. "Cui, ut [1] fertur, nobiſcum erat natio com"munis, & ſub hac alma matre Univerſitate noſtra Can"tabrigiæ ſimilis educatio: qui ita celeberrimus fama "extitit, ſicut inquit Guillelmus, ut in quæſtionibus "enodandis indigeret eo ſublimitas Romana. Hæc ille. Joannes Herriſonus [2] etiam conſtanter affirmat, floruiſſe eum Cantabrigiæ. Verba ejus hæc ſunt. "Inſuper ſan"cti Dei univerſitatem Cantabrigiæ honorarunt, ut ſan"ctus Doctor & venerabilis Beda presbiter: ſanctus "Swithunus doctor Theologiæ: ſanctus Joan. Bever"laci, Archiepiſcopus Eboracenſis, & doctor Theo- *P. 142. "logiæ temporibus Bedæ: * & ſanctus Albanus, artium "Doctor & Angliæ Protomartyr. Hactenus Herriſonus. *Bedæ domicilium Cantab.* Ad hæc, exſtant hodie Cantabrigiæ ædes pene angulares, vetuſtæ [3] quidem illæ, & Petreæ, medio loco inter vetus ſacellum fratrum ſancti Joannis Evangeliſtæ (quod jam Collegii ſancti Joannis eſt) & templum ſancti Sepulchri rotundum poſitæ, quæ ad hunc uſque diem Bedæ domicilium vulgo nominantur. Neque iſtud tibi fabuloſum videatur. Nam ſi is, qui Dunelmenſem hiſt. ſcripſit, referat, etiam ætate ſua oſtenſum locum in Girwe, *Bedæ dom. Girwe.* ubi, de lapide manſiunculam habens, Beda, ab omni inquietudine liber, ſedere, meditari, legere, dictare, & ſcribere conſueverat, quidni [4]

---

[1] Nigri codicis authorem haud dubie ſubintelligit. [2] Huic tum fidem adhibendam ſuadeo, quando authoritati niſus quicquam affirmarit. [3] Famæ tantum nititur. [4] Quidni frivolis & omnino infirmis utare argumentis, docto viro indignis?

& Cantabrigiæ fama propagante ad uſus ſimiles domicilium Beda habuit, quod uſque nomen ejus retinet? quando perinde teſtis temporum fama eſt, atque hiſtoria, ubi certæ fidei deroget vetuſtas, ut paulo ante ex Livio diximus. Siquidem fama fuit, quum adhuc eſſem puer, fuiſſe regiam Attylburgi, atque etiam Caſtoriæ (quam hodie Caſtre dicunt) in Norfolcia. Eam *fuiſſe veram, ſuperioribus certe diebus ex pervetuſta *P. 143. hiſtoria Waldei, Norfolciæ & Suffolciæ Regis, deprehendi: de qua mox latius. Hæc eadem domus, quæ Cantabrigiæ eſt, quod Judæi poſtea inhabitabant, Judæorum ædes etiam appellantur. Proinde[1], quid quiſque dixerit feceritque, expendendum, & ſic, quis quiſque fuerit, & quo quiſque nomine dignus ſit, cenſendum eſt. Alioqui neſcias, [2] Alcuinum ſub Beda ſtuduiſſe, an ſecus: Cecropemne conditorem, an reſtauratorem Athenas habuiſſe: Carthaginem à Didone, an à Carchedone conditam eſſe: quum ad hunc quidam, quidam ad illam ejus originem ſcriptores referant. Appianus Alexandrinus in Libyco ſcribit, Carthaginem Phœnices condidiſſe annis quinquaginta ante Ilii captivitatem: conditoreſque fuiſſe Xorum & Carchedonem. Sicut autem Romani & ipſi Carthaginenſes exiſtimant, Dido mulier è Tyro profecta. Neſcias item alioqui, num Edgarus, Britannorum rex, quem *Edgari monaſteria.* Edmerus (cujus ſobriam ſermonis feſtivitatem laudat Gul. Malm. lib. de *Regibus prœmio ſecundo) in hi- *P. 144. ſtoria novorum in Anglia, glorioſiſſimum regem vocat, &

---

[1] Proinde ſatis inepta eſt hæc illatio, nec ex præmiſſis concludens quicquam. [2] Sex integras paginas ſequentes inutili plane, ſi inſtitutum ſpectes, verborum mole commaculat: faſſus tandem, ſe nihil agere, dum iſtuc agit.

ſanctiſſimis legibus gubernaſſe ſcribit, Monaſteria quadraginta ſeptem conſtituerit, quod dicit, quinquaginta pollicitus in charta quadam ſua (quam vidimus) XIX. Februarii anno regni ſui ſexto Weſtmonaſterii ſcripta: quum Polydorus tamen Vergilius Angli. hiſt. lib. VI. memoriæ prodidit, eum, excluſis ſacerdotibus ſecularibus, quod uxores haberent, contra decreta patrum, monachos atque monachas, qui canonice viverent, in eorum loca & collegia tantum ſubſtituiſſe. Deucalion quoque, Theſſaliæ Rex, dicitur humanum genus condidiſſe, quum tantum ratibus ad ſe vectos conſervarit, quum Amphitryonis, Athenarum regis, tempore aquarum illuvies majorem Græciæ partem abſumpſerat. Et Herbertus, Norwicenſis epiſcopus, Norwicum fundaſſe, quum Monaſterium ſolum conſtruendum curarit. Fieri enim non potuit, ut ejus author eſſet civitatis, cujus erat epiſcopus. Id tamen lego in fragmento quodam libri ſeptimi *Hen. Huntud. quum in alio nullo (quod ſciam) habeatur. Etenim ex hiſtoricis noſtris cognitum eſt, Caſtellum Norwicenſe Gurguntium authorem habuiſſe: à quo *Cairguntinum* principio dicebatur: Civitas autem, mercimoniis & populorum frequentia inſignis vicus, Gul. Mal. in vita Gul. Rufi teſte, *Norwicus*. Hæc eo dico, ut temporum rerumque ratio habeatur. Non enim ſum neſcius, tantam eſſe doctorum virorum potentiam & virtutem, ut etiam Academias, quo loco ante non fuerant, nullo negotio ſuſcitent: multo certe magis, quo loco jam ante erant. Quod ſi cuiquam parum probabile videatur, cogitet quæ Dubritius, Legionenſis olim Archiepiſcopus, quum regnaret Arthurus, in ea re geſſerit memorabile. In vetuſto enim codice, cui titulus eſt, *de vitis Sanctorum Wallenſium*, in vita ſancti Dubritii, iſta lego. “Crevit

“ il-

*P. 145.

Caſtrum Norwic. Cairguntinum & Burghceſtre.

Docti quid poſſunt conſtituendis Gymnaſiis.

Dubritii gymnaſium.

“illius” (Dubritii) “fama cum utriuſque legis, novæ
“& veteris, peritia per totam Britanniam, ita quod ex
“omni parte totius Britanniæ ſcholares veniebant, non
“tantum rudes, ſed etiam viri ſapientes & *doctores ad *P. 146.
“eum ſtudendi cauſſa confluebant. Inprimis ſanctus
“Helianus, Sampſon diſcipulus ſuus, Ubelinus, Mer-
“chiguinus, Elguoredus, Gunuinus, Longual, Artbo-
“du, Longur, Arguiſtil, Junabin, Conbram, Goruan,
“Guernabin, Jovan, Elheharn, Judnon, Curdocui, Ai-
“dan, Cinuarch, & cum his mille clericos per ſeptem
“annos continuo in podo (ſeu pago) Hentlan, ſuper
“ripam Guy, in ſtudio literarum divinæ ſapientiæ &
“humanæ retinuit, exemplum eis præbens in ſemetipſo
“religioſæ vitæ, & charitatis perfectæ. Et per aliud
“ſpatium in nativitatis ſuæ ſolo, id eſt, Miſerbdil, eli-
“gens locum unum in angulo illius Inſulæ opportu-
“num ſylvis & piſcibus ſuper ripam Guy, cum ſuis in-
“numerabilibus diſcipulis manſit, per plures annos re-
“gendo ſtudium, nomen loco imponens *Mochros* Bri-
“tannice, id eſt, *Porci locus*, quod in ſomnis admonitus
“eſt, ut ibi habitaculum & Oratorium fundaret, ubi
“ſcropham albam cum porcis cubantem repperit. Hac-

*tenus vetus codex. Hoc ne vanum videatur, confirmat *P. 147. Benedictus Claudioceſtrenſis in vita ſancti Dubritii: in qua, *Guy* fluvium *Waiam* interpretatur, quæ hodie Wie, ut reor, appellatur. Ubi id obſervo, ut in aliis *Piſcium uſus.* hiſtoricis Britannicis, magnam gloriam menſæ apud Anglos fuiſſe olim piſcem, & apud vulgum & apud principes, ut olim apud Rhodios Æliano teſte: ſive ratio loci id ſuaſit, aut negligentia carnis, ſive quod piſces his, ut & aliis gentibus, erant olim in deliciis: ſive quod parabilior cibus erat Inſulanis. Jam nihil niſi caro placet. Eltutus quoque Gymnaſium ſua doctrina *Eltuti Gymnaſium.*

Glatmorgantiæ excitavit. Nam Merchiaunus, cognomento Veſanus, ad eum ſic effatur, ut in vita ejus in libro de vitis ſanctorum Wallenſium legi in hæc verba. “Magiſtralis tibi cura conceſſa eſt à Pontifice. Hoc etiam concedo & confirmo regali conceſſione. Veſtrum gymnaſium erit venerabile: tributarii tibi ſervient & omnes indigenæ. Confluent multi ex diverſis partibus: erudiantur documentis liberalibus”. Et paulo poſt. “Confluebant ad illum ſcholares plu-

*P. 148. rimi, quorum de numero quatuor iſti * Samſon, Paulinus, Gildas, & Dewi, id eſt, David. Studebant ſapienter eruditi, aliique complures ſicut illi. Talis

Tathei Gymnaſium. etiam fuit ſanctus Tatheus, ut ex eodem libro de vitis ſanctorum Wallenſium in vita Tathei legimus. Is enim Guentoniæ magna frequentia ingenuas artes docuit, hortante Caradoco, utriuſque Guentoniæ rege. Verba hæc ſunt. “Caradocus, rex utriuſque Guentoniæ, ut audivit famam famoſiſſimi viri & venerabilis (Tathei) viſitavit honorabilem doctorem, rogans immenſis precibus, ut ad urbem Guentonienſem tenderet, & ilico ſtudium regeret, quia cives diligebant ejus adventum, qui inter eos ſtabile retineret magiſterium. Vir doctiſſimus, rogatui obediens regali, ac talentum, ſibi commiſſum, ſeminare cupiens, adivit proximam civitatem, & incepit regere ſtudium, confluentibus undique ſcholaribus ad erudiendam ſcientiam ſeptem diſciplinarum. Fuiſſe quoque ſex-

Thetfordiæ rex & ſtudium. centorum ſcholaſticorum ſtudium Thetfordiæ in Norfolcia, accepi quidem, ſed non ab hiſtorico, qui tamen

*P. 149. ex hiſtoria ſe di*dici*ſſe dixit. Quod certe probabile eſt, quod olim regia fuit civitas. Cujus rex, cognomento Rond, quod infeſtus erat Norfolciæ regi Atlynge, occaſionem huic dedit in defenſionem ſuam haud procul conſtruendi urbem, quam à nomine ſuo **Atleburgh** (hodie **Attylburgh**) appellavit. Eam muris foſſiſque ſepſit, & quatuor portis quatuor turres addidit: ut ex veteri hiſ. Waldei, Norfolciæ & Suffolciæ regis, ſcripta, quam Joannes Bramis, Thetfordienſis monachus, ſcripſit, didici, quæ ſic incipit. *Caſtor, à Julio Cæſare rex Norfolciæ conſtitutus,* **Caſtre** *civitatem ædificavit. Tempore illo Julio quo Cæſari,* &c. Ex eadem hiſtoria intellexi & illud, fuiſſe per ea tempora Cantabrigiæ regem Knoud. Cui, in prœlio per Waldeum interempto, ſucceſſit Rex Florentius, Waldei comes: **Caſtre** quoque (Maritimam olim civitatem in **Fleg** in Norfolcia) regiam fuiſſe Caſtoris Norfolciæ regis, à quo conditore *Caſtoria* olim dicebatur: etſi jam non præ ſe ferat tantam majeſtatem. Maritimam fuiſſe olim, ferrei annuli, muris affixi (ad quos alligabant *naves) indicio ſunt, hodie à mari divulſam ad mille quingentos paſſus. Sed hæc quidem obiter, ex occaſione ſtudiorum, ut ſcias, quid poſſunt docti viri. Illa vero de authoribus Gymnaſiorum, ex profeſſo: ut intelligas, ne cenſendos quidem Cantabrigienſis Gymnaſii authores Gorbonianum aut Sigebertum, Bedam aut Terricum, Rabanum aut Clementem, hocve genus alios, quos aut imperitum vulgus, aut parum conſiderati Scriptores fecerint, ſed Cantabrum Hiſpanum, hominem doctum atque nobilem, & ſempiterna memoria celebrandum.

Atleburgh.

Cantabrigiæ reges.

Caſtoria.

*P. 150.

Quid ergo [1] dicis probabilius eſſe, ſi ad Gorbonianum aut Sigebertum authores Gymnaſii origo referatur? Quaſi vero quotidiano uſu notum non ſit, atque exemplis pluſquam 2000. etiam à primis ſeculis com-

Probabilius non eſt, Gorbon. aut Sigeb. authores eſſe Canta. Academiæ.

---

[1] Verba expende pag. 399. *Quocirca, multo probabiliora ſunt, mea ſententia,* et c. Vide pag. 506.

probatum iſtud ſic in hoſpite [1] ut in Incola: inter quæ unum Oxonii ante oculos tuos eſt quotidie poſitum, Balliolenſe nimirum collegium: & unum Cantabrigiæ, Penbrochiana Aula. Illud enim Balliolus [2], rex Scoto- *P.151. rum, quum iſtic in Britannia exſularet, hanc * Maria de Valentiis, Adomari comitis Penbrochiani uxor, natione Gallica, ædificavit. Columbanus quoque Scotus, Lexovienſe monaſterium in Burgundia condidit. Henricus etiam Angliæ rex, ejus appellationis quintus, Cadomenſe Gymnaſium in Normannia exſtruxit anno Domini 1418. Aut quaſi, quum probabilius eſſe dicis, probabile eſſe quod Orator ſcribit confitearis. Quod [3] ſi probabile, quid refragaris? quid Leo fremis? Si quod hoc probabilius [4], illud non eſſe probabile ſentis, contra verborum naturam (id quod apertis verbis confiteris, quum ejus rei authores non recte ſentire, & toto errare cœlo aſſeris) diffidentia dicis & diſcordia, nec tibi ipſi conſtas: quodque te probaturum manifeſtis rationibus ſcribis, non probas, ſed ſuſpicionibus [5] & probabilitatibus neſcio quibus conjecturalibus ſequeris, iis quæ vulgi rumoribus agitantur confidis, & quæ animo non cernis, κατὰ μήλην exploras: atque ita, probaturum te antiquiorem Oxonienſem Academiam Cantabrigienſi, exiſtimas, quod tum efficies tamen quum mula[1] pepererit, id quod anno magno Platonis erit. *Nam video, Bernardum non vidiſſe omnia, *P. 152. nec totius antiquitatis memoriam replicaſſe atque excuſſiſſe: quod certe inoffenſo animo dico, & ſine reprehenſione tua. Verum ſatis eſſe forſan putas, tibi, tanquam alteri Pythagoræ, fidem adhiberi, quod ipſe dixeris. Sed hoc optandum quidem potius quam exſpectandum tibi eſt, qui nec ſatis probabilia ipſe adducis, nec aliis fidem adhibes, id quod in hoc prodis quod ſcribis. "Sed demus, maximam ſcriptorum partem illi "ſuffragari, quo nihil eſt à veritate alienius, nemo ta-"men, niſi admodum credulus, rebus uſque adeo in-"credibilibus fidem eſſet habiturus". Et rurſum alio in loco. "Non referre tua, quam multis premaris te-"ſtibus, dummodo ipſa veritas à te ſteterit. Quam tamen à te ſtare non probas, nec dummodo tuum ab omni conditione eximis. Quaſi vero id ſolum Jovis ſuffragium, id ex Jovis tabulis petitum ſit, quod ipſe aſſeris: id ſolum in priſcis rebus verum eſſet, quod tibi ſoli, non quod antiquitati verum eſſe videatur: quum tamen in tanta antiquitate quid dicas quidve ſentias *citra authoritatem non omnino habeas. Itaque nihil *P. 153. [2]probabile tuo judicio eſt, niſi quod recens ſit, & tuæ memoriæ proximum. Quæ veneranda antiquitas prodidit, fabulæ[3] ſunt apud te (mi Oxonienſis) vanitates ac mendacia, apud quem pluris eſt (ut videtur) tua unius opinio, quam mille oculati teſtes, qui aut ea ſcribunt quæ ipſi viderint, aut ex aliis referunt quæ ipſis ſuis oculis hauriebant. Dabis veniam ſpero, ſi teneras auriculas mordaci radam vero, quod titillet tamen magis quam vulneret. Libet enim vera magis quam jucunda loqui in præſentia, nec nigrum in candida vertere: ſine tamen ſtomacho, ut admoneam non lædam. Si [1]antiquitati in iſtis non credis, minus certe credes in illis: Deum apparuiſſe Annibali, quem admirabilem ducem deſcribit Titus Livius: aut ingenuum infantem ſemeſtrem in foro olitorio triumphum clamaſſe: aut bovem [2] ſua ſponte in tertiam contignationem aſcendiſſe: aut in agro Piceno lapidibus, aut in Anglia & Vecti inſula ſanguine & ranis pluiſſe: aut corvum de *ſtilo deſcendiſſe comprehenſum extremam veſtem M. Ciceronis, ut admoneret imminentis jam Antonii: aut Midæ puero dormienti, formicas in os grana tritici congeſſiſſe: aut Platoni parvulo in cunis quieſcenti, labellis mel apes inſeruiſſe: aut anno gratiæ 1014. ingentem nubem in Flandria ſubito de cœlo cecidiſſe, & multa hominum millia obruiſſe, ſic ut in ea ſint ſubmerſi: aut Julium Cæſarem eodem tempore quatuor epiſtolas dictitaſſe: aut Tyberium Cæſarem clarius tenebris quam luce vidiſſe: aut riſiſſe puerum natali die, quum lætitiæ ſenſus nulli ſit ante quadrageſimum diem, ut ſcribit C.Plinius & Ju.Solinus: aut Servii Tullii, & Aſcanii pueri caput in cunis arſiſſe: aut nobilem Hollandam tot liberos uno partu enixam, quot ſunt anni dies: aut ovem leonem peperiſſe: aut elephantem Latinas literas ſcripſiſſe, quod ſe vidiſſe Æ-

---

[1] Hoſpites de aliena rep. bene meritos non negat. Vide pag. 507. [2] Joannes Balliolenſis, olim Scotorum rex, collegium Balliolenſe incepit tantum, non perfecit, ſed illius uxor Katharina, Domina de Gallovidia: Joanne Balliolo, filio utriuſque, factum confirmante. [3] Quam ſibi placet infirmo dilemmate? [4] Non quicquid probabile eſt, idem protinus verum eſſe conceditur. Itaque Cic. in Ver. act. 4. ſcribit: *Nihil eſt tam incredibile, quod dicendo non fiat probabile.* Vide plura pag. 507. [5] Has ei concedi non eſt iniquum, ubi tu nudam famam ad rei probationem ſufficere debere æquum cenſes.

---

[1] Et Plinius lib. 8. Nat. Hiſt. ex Rom. annalibus refert, mulas ſæpius peperiſſe. [2] Sua credo narrat ſomnia. [3] Non. Sed quæ nugonum quorundam audacia citra vetuſtatis authoritatem nimis licenter confinxerat, qualia ſunt tua de Cantabro commenta.

*P. 154.

---

[1] Sit par ſcriptorum authoritas, ut tum demum probabiliter non neceſſario concludas tamen. [2] Quod optimi ſcriptores cum judicio legendi ſint vide pag. 507, 508.

lianus ſcribit: aut Ariſtomenem Miſſenium cor piloſum habuiſſe, & trecentos Lacedæmonas interfeciſſe: aut unum Alexandrum adverſus aliquot hoſtium millia in urbe Cicam*brorum Cori prœliatum eſſe, belli impetum diu ſolum ſuſtinuiſſe, & tandem hoſtes cecidiſſe & fugaſſe: aut Corinæum Trojanum Tyrrhenos gigantes fugaſſe, quum ipſe tamen Gigas non eſſet, & eos ternos quaternoſque ſolum fudiſſe, noſtrumque Goëmagot (quem Gogmagogum noſtri vocant) in humeris ſublatum, è ſcopulis præcipitaſſe: aut in Britannia reperta eſſe Gigantis oſſa anno 1170. cujus longitudo 50. pedum erat, authore Chriſt. Maſſ. in chro. mundi lib. XIIII. aut exercitum ſimiarum, in poſteriores pedes erectum, fuſtulis virgultorum in humeris armatum, è ſylvis ordine militari, ad ſpeciem imitationemque prœliantium hominum, ex acie, haud procul conſtituta, ordine diſcedentium, egreſſum eſſe, quum tamen naturaliter humanos actus per luſum imitentur: aut tantum prœlium inter paſſeres anno Domini 1365. commiſſum in Britannia, ut magna corporum ſtrages ubique intereſſet: aut paſſerculum, accipitrem fugientem, in Zenocratis Chalcedonii ſinum ſe recepiſſe: aut in Niba gallos nunquam ceciniſſe: aut ingentem *lapidem de cœlo cecidiſſe, quod in chron. abbatis Urſpergenſis lego: aut Starcuterum Gigantem, animo & viribus ceteris præſtantem, trium hominum continuatas impleſſe ætates, ut Saxo Grammat. & Albertus Crantzius in hiſt. Danica lib. I. cap. XXXV. & hiſt. Sueciæ lib. II. cap. XXII. memorant: aut hoc genus alia fuiſſe aut incidiſſe: quum tamen graviſſimos authores Titum Livium, Plinium, Juſtinum, Florum, Ælianum, Valerium Maximum, Ciceronem, Laërtium, hiſtoricos Hollandos atque etiam noſtros, illuſtrium-

*P. 155.

*P. 156.

que ducum fidem iſta habeant. Maxime vero numeroſus fœtus (de quo quis magis forſan dubitaverit) quum tamen non ſolum hiſtoriæ Hollandicæ, ſed & Eraſmus Roterod. & Jo. Lodovicus Vives ejus meminerunt, &, præter ceteros, Lodovicus Guicciardinus in deſcriptione inferioris Germaniæ intra complexum hiſt. Hollandiæ, particulatim docens fœtus matrem, cognationem, nobilitatem, ſexum, locum, tempus, baptiſmum, ſuſceptores, epiſcopum baptiſantem, nomina, obitum,
*P. 157. & epitaphium, * atque omnium primum eventus cauſſam. Chriſtianus Maſſeus in chronico mundi, lib. XVII. addit annum 1313. & pelvim in qua ſuſceperunt baptiſmum, & fœtus numerum 363. ne quis rem vanam eſſe putet. Ego Ulmis (quum in Italiam proficiſcerer per Germaniam) boves in Pergamis, ſeu in tertia contignatione altos memini: & equum ad ſummam turrim campanarum S. Marci Venetiis, quamvis altam, aſcendiſſe, à fide dignis accepi. Nec mirum, quum ita leni latoque aſcenſu formentur gradus, ut vel bos aſcendere poſſet, aut aliud ad ſcandendum ineptiſſimum animal. Iſta, inquam, hocque genus alia minus iſtis credes [1], ſi de antiquitatis Cantabrigienſis veritate minus fidem illis adhibes. Concipis [2] tu quidem apud te neſcio quam aliam veritatem, quam nemo præter te in tanta luce videt: quam nemo poteſt oculis aſſequi, niſi tam Lynceus, ut ea quoque per altiſſimas tenebras videat, quæ nuſquam ſunt, & ſpectra, tanquam pueri in nubibus, cernens, veraſque imagines
*P. 158. errore mentis judicans, ut ſolent qui * umbras tantum rerum in ſpecu Platonico contemplentur: aliquando tuo more ludis, aliquando gravibus [3] verbis & magno

---

[1] Elumbis & infirma ratio. [2] Vide pag. 508. [3] Te hîc

faſtu (quæ parum decent doctum virum) contendis, quum bonis juſtiſque rationibus certe nequis. Nam & portentoſæ vanitatis, gravis impudentiæ, vitioſæ cæcitatis, & prodigioſæ Μυθολογίας ſæpiſſime homines arguis, parum candide, mi Oxonienſis, & miris ſermonis deliciis (quæ tua ſunt verborum lenocinia & blanda eloquentia) mendaciorum copias, fabuloſa nugonum commenta, ementitas teſtium multitudines, portenta mendaciorum, & hoc genus alia conviciorum plauſtra ſubinde Scriptoribus objicis (idque nudo capite, ut dici ſolet, urens ſine torre Theon alter) quos ſeculum[1] prius honorarit: ὅς τε μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται, in tractatione aſtutus, in oratione crudelis, ſic ut, antequam mactas, etiam excories: conſilium ſecutus (credo) Aulicorum, qui raro profici ad invidiam reprimendam cenſent obſequio, ut author eſt Jo. Sarisb. in Prologo Metalogici. *Nam obſequendi mos* (ut * inquit) *nota abjectionis inuritur: innocentia, impotentiæ videtur eſſe profeſſio: taciturnus, criminatur indoctus. Sic ut ſi rixa non eſt, vix eſt ut livor non ſit in Curia.* Sed hæc de Curialibus nugis ſcribit Sarisburienſis: nos de Muſis contendimus, quos alii mores decent (ô Oxonienſis) diſparia ſtudia. Ita quum rebus vincere nequis, verbis uſurpas libertatem muliebri more, immemor te virum eſſe, ut de comatis Anglis ætate Henrici primi Gul. Malmesb. in hiſtoria novella ſcribit, qui obliti, ſe viros eſſe, promiſſo capillo muliebrem ſexum ementiti ſunt: quaſi è Maſſilia veniſſent, aut Lentiſcum manderent, juxta proverbium. Sed hæc, tua eſt Rhethorica, hæc convicia & maledicta orationis tuæ ornamenta putas, quum for-

* P. 159.

---

hîc intueri non potes? nam in hoc ſpeculo tua relucet imago, ni fallar.

[1] Quis tulerit Graccos de ſeditione querentes?

ſan legeris apud Quintilianum, inter præcepta Rhetorices eſſe, ut noſtra quam commodiſſime referamus, additis confirmationibus, & ſi quid eſt quod mitiget, quod extenuet, quod alioqui cauſſam adjuvet. Contra, quæ ſunt adverſarii, ea his omnibus deſtituta recitemus, *P. 160. idque verbis quam *fieri poteſt odioſiſſimis. At ſi hæc ſit Rhetorica [1] maledictis laceſcere, rudis certe & plebeia eſt rhetorica. Ego malim (ſi tu eſſem, ô Oxonienſis) peccare in iſtam rhetoricam quam in candorem, in artis ejus præcepta quam in modeſtiam. Quam rem miror non veniſſe tibi in mentem in iſtis aliiſque hoc genus locis, ut in illo de his, qui ab Oxonienſi ad Cantabrigienſem Academiam (ut ais) commigrarunt. In quo quum nullus ſit, quem proferas, præter [2] Rydleium & Crayfordum, qui melioris fortunæ gratia Cantabrigiam ſponte venerant, & non in Academiæ ornamenta aſciti [3] ſunt, ut tu non recte dicis (quorum Crayfordus [4] meliorne gladiator an procancellarius fuerit dubito) probitate morum ſimulata, rem ſilentio præteris. “Dicis enim, te id commonſtrare poſſe, ſi in his “contenſioſior eſſe velles quæ inanem potius jactantiam “reſipiunt, quam gravitatem & modeſtiam, qualem “deceat bonarum literarum profeſſores, oſtendunt. Eos tamen ſi ſciſſes, haud dubie non ſic tranſiliiſſes. At-

---

1 Priuſquam in aliis maledicentiam reprehendas, ipſe maledicus eſſe deſine, ac aliorum famam maledictis proſcindere. 2 Immo Redmannus ex ædibus Corporis Chriſti, Linacer è collegio Omnium Animarum ad Cantabrigienſes tranſierunt. Linacro D. Caius Cantabrigienſis, Londini in Paulino templo marmoreum locellum ſuis impenſis poſuit. Redmannus ſub Jo. Claymundo, ædibus corporis Chriſti præſidente, adoleſcentiam tranſegit. 3 Hîc immutat adverſarii verba, ut ſæpe aliâs. 4 Hîc mortuo Crayfordo parcendum foret.

que ita flores quidem, ſed non * fructificas ut ſolet arbor ſterilis: ſonas, ſed ut inanes cupæ: ſine bile [1] loquor. Sed video γναφεῖ τε καὶ λευκεῖον οὐ ταυτὸν, ut eſt in proverbio. Video Athenienſes ſcire quid faciundum ſit, ceterum Lacedæmonas facere. Etenim melius honeſta probamus quam ſequimur. At *P. 161.

Quid didiciſſe viam prodeſt, qua pergere nolis?
Turpior ignaro factus es ipſe ſciens.

Id te ſciviſſe oportuit, antiquis [2] deberi venerationem, οὐ δεῖ ἀνδράσι προτέροισιν ἐριστέον, neque cum majoribus concertandum. Hoc enim Homerus admonet. Sed mitto tua indecentia jurgia, inurbana vocabula, & redeo ad argumenta. Nam etſi gravatim iſta obſervo in te, & neque modum neque conſilium ullum in verbis tuis animadverto, quod non lubenter refero, mi Oxonienſis, non committam tamen, ut quam maledicendo voluptatem cepiſti, eam male audiendo amittas. Siquidem mihi ratio habenda eſt, non quid affectus tuus debeat audire, ſed quid judicii ratio honeſte dicere, nec dentem dente rodere. * Non enim contendendi partes ſuſcipio, ſed admonendi. Quapropter volo ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύσεσθαι νάμασιν, ut Cynulcus apud Athenæum dixit, & ſalſa verba dulci aqua abluere (etſi nulla medicamenta ſunt tam ſalutaria, quam quæ faciunt dolorem, ut ait Cic.) mollioribuſque quo modo poſſum verbis fraudes [3] tamen detegere, & veritatem denudare, ne, fucatis ornamentis contecta, ſpecie ſua non compareat, atque ita multos & incautos oratio tua cir- *P. 162. Cicero.

---

[1] Quàm ſe Catonem ſimulat? [2] Non tam vetuſtatem quam veritatem ſpectare debes. pag. 509. [3] Quas tandem, ſi Diis placet, fraudes deteget? quæ fucata orationis ornamenta?

cumveniat. Tu interim, me conſultore, revocato gradum. Non enim, qui ſemel verecundiæ fines leviter tranſierit, eum bene & gnaviter oportet eſſe impudentem, ſed quotidie ad æquitatem & rerum naturam delabi potius. Neque enim indulgendum tibi ipſi omnia.

Non quod mentio non eſt Cantabri, non fuit Cantaber.

*P. 163.

Partholomus.

Sed, inquis[1], neque Monumetenſis, neque hiſtoria regia faciunt mentionem Cantabri. Reſpondeo, nec Ranulphus [2]Ceſtrenſis, nec Ingulphus Croilandenſis, nec Giraldus Cambrenſis, nec hiſtoria *Brutus*, faciunt mentionem Bartholomæi: quem rectius [3]Partholomum ex Gilda de geſtis Britonum, & ex Florilego ubi de Gabio & *Porcenna ſcribit, aut Partholinum ex aliis, diceres. Etſi animadvertam, tibi magis placere Bartholomæum, inuſitatum priſcis Hiſpanis vocabulum, quod Partholomeum apud Monumetenſem vertis in Bartholomæum, quum in Partholomum vertendum fuit. cujus Monemutenſis ſenſum tu quidem explicas, ſed verba [4]non refers. Imo neque Huntudonenſis, quamvis homo diligens, neque hiſtoria S. Albani in vita Aluredi, faciunt mentionem Oxonienſis ſcholæ. Hiſtoriam S. Alb. dico, non illam quæ ſupplementum eſt Ranulphi, à Monacho quodam S. Albani conſcriptum, & ſic incipit: *Rex Edwardus fecit tres comites* &c. ſed alteram. Sed nec Matthæus Florilegus ejus meminit, licet [5]hoc confidentius quam verius aſſeris. In omni enim vita Aluredi, ne verbum quidem Oxonienſis Academiæ eſt. Exoniam (in quibuſdam *Oxonium*) ab Aluredo obſeſſam, ibidem lego: de ſcholis Oxonienſibus ab eo inſtitutis, nihil lego. Imo vero neque apud Joannem

---

[1] Si quæras, ubi? reſpondeo nuſquam. Vide Aſſert. pag. 396. et ſequent. [2] Vide pag. 509. [3] Vide p. 510. [4] Reſponſionem aptat rationi à ſe primùm confictæ, non ab adverſario profectæ. Vide pag. 510. [5] Pag. 510, 511.

Capgravium in vita ſancti Neoti, in eo libro quem de ſanctis Angliæ *ſcripſit, ubi tamen de ſchola Anglorum Romæ utrobique plura. Non erat ergo Oxonienſis Academia? aut non erat Cantaber? Dioſcorides non meminit hujus aut illius herbæ: non eſt ergo? Gildas atque Beda non fecerunt mentionem Arthuri, ut arguit Guliel. Parvis, authore Baleo in Jo. Graie: non fuit igitur Arthurus? Neque controverſia eſt, Partholomuſne fundaverat Cantabrigiam an non, (in qua re magnopere [1] tu laboras tamen) ſed an Cantaber? Nam Partholomum in Hibernia ſe continuiſſe, ut gentis ſuæ μονάρχην, certum eſt. Nec conſequi, Cantabrum non exſtitiſſe authorem Cantabrigienſis ſcholæ, quod incertus author apud Polydorum, aut Monemutenſis libro primo, non Cantabri ſed Partholomi regis faciunt mentionem, quem natione Cantabrum fuiſſe ſcribunt, quum is Partholomus primus ſuæ gentis Dux ſeu rex erat, cujus ſolo nomine omnia geri dicebantur, etſi alios duces ſibi aſſociatos habuit. De bellis enim à Romanis contra Britannos, & inter Cæſarem & Pompeium geſtis, *omnia dicuntur geſſiſſe Cæſar, Caſſivellaunus, & Pompeius, in ſuo quiſque prœlio: quamvis auxiliarii Duces eſſent Comius Atrebas, & T. Labienus, contra Britannos. Item in Trojano bello omnia egiſſe Agamemnon atque Priamus, etſi alios Duces nobiles, Hectorem & Achillem belli ſocios (de quibus ne verbum quidem apud ſummarios iſtos hiſtoricos)

*P. 164.

Partholomus ſuorum Monarcha.

*P. 165.

---

[1] Certe non omnino: quippe neutrum condidiſſe perſuaſiſſimum habet. Sed hoc agit, ut incerti ſcriptoris authoritate oſtendat à Cantabro non eſſe exſtructam. Nam qui Bartholomæum conditorem facit, idem à Cantabro conditam eſſe prorſus inficiatur. Alioqui duo erunt ejuſdem academiæ inſtitutores.

iſtud

Annus unde incipiendus Chronicis.

*P. 166.

Differentia inter Chronicum & Hiſtoricum, Hiſtoriam & Annales.

iſtud bellum habuit. Etenim qui [1] ſummas rerum ſcribunt, hiſtoricæ fidei ſatisfaciunt, ſi primum Ducem, omiſſis ceteris, nominaverint. Imo vero ſæpiſſime utrumque omittunt, ut Giraldus Cambrenſis libro de Topographia Hiberniæ diſtinctione tertia, qui quum hanc hiſtoriam referat, neutrum Ducem nominat. Sed iſtos Scriptores, non Hiſtoricos, ſed Chronicos ex Gervaſii Dorobernenſis ſententia dicerem. Nam ut is ante Prologum hiſtoriæ ſuæ tradit, ſe & alios ante ſe chronicos annos incepiſſe à nativitate Domini, voluiſſe autem ſe ab annunciatione Dominica, ſed non potuiſſe abſque falſitatis fuco propoſitum ſuum ad effectum perducere, ſic in Prologo ſuo * refert, hiſtoricum fuſius & elegantius ſcribere: Chronicum ſimplicius atque brevius: atque ita inter chronicum & hiſtoricum interſtinguere, ut Radulphus de Diceto, Londinenſis olim eccleſiæ Decanus, ex Agillii libro V. inter Hiſtoriam & Annales. Etenim, quum utrumque rerum geſtarum ſit narratio, tamen earum proprie rerum eſt hiſtoria, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales vero, quum res geſtæ plurium annorum, obſervato cujuſque anni ordine, deinceps componuntur. Sed hæc obiter. Redeo ad inſtitutum, Cantabrum in Britanniam veniſſe, etſi Monumetenſis & hiſtoria regia ſubticuerint.

Cantabrigienſis ſchola fuit Academia ante Oxonienſem.

Verum tu, quum in iſtis omnibus argumentis nullam ſpem certam atque firmam eſſe tibi poſitam vides futuræ victoriæ, tum propter alia, tum propter ætatem Sigeberti, qui multis annis anteceſſit Aluredum Conditorem veſtrum, pedem refers ab ætate Principum, ad Academiæ appellationem: ſic ut, licet ætate Sigeberti vincere Academia Cantabrigienſis poterit, non tamen

---

[1] Bello hoc fit: pace non item.

Academiæ ratione & *appellatione, ſed ſcholæ poterit. Nam Matthæum Florilegum Weſtmonaſterienſem Monachum, hiſtoriam [1] regiam (quam glorioſo nomine inſignis, quum non regio ſed monachico, ut ita dicam, potius appellares) & omnium primum Bedam Angloſaxonicæ hiſtoriæ libro III. cap. XVII. referre dicis, Sigebertum ſcholas literarum per loca inſtituiſſe: ſcholas literarum in regno ſuo ordinaſſe: & ſcholam, in qua pueri erudirentur [2] Cantuariorum more, inſtituiſſe. Itaque quam Cantabrigiæ fundaverat Sigebertus ſcholam, grammaticalem fuiſſe ſcribis, qualis eſt Etonæ aut Wintoniæ, non Academia variarum artium, qualis veſtra jam eſt, & fuiſſe ab initio aſſeris ab Aluredi tempore. Quæ non poſuiſti, ne tollas, ô bone. Remum ducat qui didicit. Etenim quod [3] ex Beda refers, ut non hiſt. Angloſax. lib. III. cap. XVII. ſed eccl. hiſt. gentis Angl. li. III. ca. XVIII. lego, ita non ex Beda ſed ex Lelando, [4] ut ſoles omnia, hoc eſt, non ex fonte, ſed ex rivulo: non tua, ſed aliena fide, ut pace tua dicam, te hæc referre video. At quum nec Beda, nec *Flores hiſtoriarum, nec hiſt. S. Edmundi, quam regiam vocas, qui unicum Bedam authorem ſequuntur, ut ex eorum verbis ſcire licet, has ſcholas fuiſſe Cantabrigiæ à Sigeberto nominatim [5] poſitas conteſtentur, ut nec Guli. Malmesb. libro de geſtis regum Angliæ primo,

*P. 167.

Sigebertus non fundavit Academiam Cantabrigienſem.

*P. 168.

---

[1] Burienſis monachi hiſt. regiam appellat, quæ regis Richardi 2^{i}. juſſu eſt conſcripta. Hic ſi Cantabri tui meminiſſet, audiſſet, procul dubio, antiquus, doctus, cumprimis gravis author, diligens, magnæ authoritatis ſcriptor, antiquitatis non indiligens ſcrutator, et ſimilia. [2] Vide pag. 511. [3] Vide pag. 511. [4] Æque licebit Oxonienſi ex aliis alios citare authores atque Londinenſi. pag. 511. [5] Ubi igitur collocatæ fuerint ipſe, ſi poteris, refer. Vide pag. 512.

nec de Pontificibus in Felice, quî ex iſtorum ſcriptorum verbis jam relatis Oxonienſes cum Cantabrigienſibus ætate poſſunt conferri? quîve ſciri poterit ex iſtis dico verbis, ſcholane antiquior ſit quæ Oxonii eſt, an quod hodie Cantabrigiæ eſt Gymnaſium? quî Grammaticalis ſcholane iſtud, an generale ſtudium fuerit? In quo quum tu adhuc dubius, objectioni tuæ reſpondeas, Bedam non expreſſe (ut ingenue dicas) ſcholæ Grantanæ meminiſſe, miror quid in mentem venerat, ut ex præcedentibus colligas, Bedam aperte confirmaſſe, pædagogium fuiſſe, quod à Sigeberto inſtitutum eſt. Quod quum tu[1] Cantabrigiæ[2], ut materiæ ſubjectæ, accommodas, eodem ore & ſpiritu aperte & non expreſſe (quæ inter ſe non mediocriter pugnant) ſignificari* pædagogium haud conſiderate aſtruis. Imo vero, quod inconſideratius eſt (ne quid gravius dicam) auſus es, hiſtoriarum vulgarium homo cenſor, in alienas hiſtorias nugamenta tua infulcire, ita ſi liceret dicere, & Grammaticalem[3] ſcholam nominatim Cantabrigiæ Sigebertum poſuiſſe ſcribere, atque falſarum rerum novus author haberi. Quod quanta fide hiſtorica abs te factum ſit, & quanta injuria ejus hiſtoriæ authoris, ipſe expende. Certe, ſatius multo fuiſſet, ſi functioni tuæ attentior eſſes tollendis mendis, quæ, ut aiunt, te fugerunt multa, quam novis apponendis, ut ne tua

*P. 169. *Fallacia aliena authoritate contecta.*

Det veniam corvis, vexet cenſura columbas.

Sed Polydorum, Lelandum, & Baleum, non poſtremæ notæ homines, ſic colligere ais, & non aliunde quam ex hoc Bedæ loco [1]. Ex quibus verbis obſecro te? cedo. Ego certe non video, nec ipſe tu, nec alius quivis, quantumvis doctus atque diligens, videre ex iſtis poterit, etiam ſi Lynceus eſſet, aut eo etiam perſpicacior. Ex aliis ſcriptoribus forſan, aut ex eiſdem aliis in locis id ſcire poſſunt quod * colligunt, ſed non ex *P. 170. iſtis. Quod ſi ex aliis, authores notaſſent, loca deſignaſſent, quo certiorem rei fidem facerent. Quod quum nequeant, eo loco ſe inveniſſe exiſtimo, ubi cervi cornua deponunt; aut ab illo accepiſſe, qui Druſillam in cœlum euntem viderit. At ſi non ex aliis, fruſtra tam multa verba facis, atque argumenta texis in Grammaticalem ſcholam ſublatis fundamentis: niſi ſi quid Apollo cecinit, aut Vulcanus vaticinatus eſt. Jam vero ſocietatis ratione magis conſentire videntur iſti in collectione, quam virtute ſenſus ex verbis eliciti. Etenim ex Joanne Lydgato certo conſtat, iſto in loco de Cantabrigia Bedam ſenſiſſe minime; alio autem, in quo de Cantabro authore hiſtorica fide expreſſe ſcripſerit, certe vel maxime. Itaque nihil ad fides iſta, ut dici ſolet, quum nihil aliud quam bullatæ nugæ ſint, nec os ineſt illis. οὐ γὰρ ἡ ἀπ' ἀρέτης ὦ παῖ, ut apud Pauſaniam. Quod ex eo facile intelliges, quod Lelandus in comment. in Cyg. cantionem ſcribat, "ſe nihil cer-"tius de origine Grantanæ ſcholæ legiſſe, * quam quod *P. 171. "ex Beda & aliis de Sigeberto rege colligunt. Qua in re ſane non tollit antiquam originem, ſed cognitionem ſuam ampliorem: nec ponit ejus originis certam aliorum ſcientiam, ſed conjecturalem collectionem. Non enim aperte hoc à Beda ſcribi dicit, ſed tecte latenterque poſſe colligi. Quod quum Lelandus ipſe non obſcure dicat, quid te movit ut ſcribas, Lelandum clare ex veterum monumentis docuiſſe, Sigebertum Cantabrigienſis Academiæ fuiſſe conditorem? Cujus ſi profiteatur ſe non legiſſe alium authorem quam Sigebertum, non erat ergo alius? Quaſi vero is legiſſet omnia, & ſolus omnia, aut aliis non eſſet ea librorum copia, aut par ſtudium & diligentia quæ illi fuerit. Qui ſi alium ejus authorem non legerit, nihil legit. Etenim vides, quid tam multi ſcriptores vetuſti & recentes de authore & antiquitate Cantabr. Acade. ſcribant, quos his ipſis noſtris oculis vidimus, noſtris manibus contrectavimus & evolvimus. Proinde, ſi conſenſus ſcriptorum Sigeberto tribuat gloriam Gymnaſii inſti- *P. 172. *tuti (ut Lelandus ait) certe recentium conſenſus eſt, quorum multitudo aut unus Polydorus eſt, aut unum Polydorum ſequuntur, qui inter eos eſt vetuſtiſſimus. Horum authoritates ſi lubenter audis cum Beda conſenſiſſe, cur non etiam æquo animo audis, eos, à Sigeberto poſitam Academiam & non ſcholam Grammaticalem, memoriæ prodidiſſe, in favorabilibus admittens, in adverſis excludens, quod parum æqui animi eſt, mi Oxonienſis? Illud certe dicam, ſi primus author fuiſſet Sigebertus, ſilentio non præteriiſſent Cantabrigienſes commentarii, ut tuo more argumenter. Qui licet author non fuit, ſingularis tamen patronus & reſtitutor eſſe potuit, quales ſemper Cantabrigia habuit, & Deo propitio habitura ſemper eſt, & habet quoque hodie (gratiæ Superis) multos. Habet enim (ut ex multis paucos referam) lucens ille & pulcherrimus orbis virtutum Cantabrigia, præter ceteros, tres ſummos & primarios viros, tanquam tres ſtellas radiantes, de quibus multum ſane gloriatur, & jure gloriari poteſt: *P. 173. *Patroni & Alumni Cantabrig. Academ.* *Reverendiſſimum Matthæum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & totius Angliæ Primatem: D. Nicolaum

---

[1] Oxonienſis non facit: ſed alii quidem non poſtremæ notæ ſcriptores iſtud faciunt. Vid. pag. 512. [2] Sive alibi. [3] Non ipſe affirmo: tantummodo, quid Laylandus et alii hac de re ſcribunt, refero: Fides penes authores eſto.

---

[1] Vide pag. 513.

Bacon equeſtris ordinis virum, ſummi Cancellarii Angliæ locum tenentem, & Magni Sigilli cuſtodem: & Guliel. Cecilium equitem auratum, regiæ majeſtati à ſecretioribus libellis & conſiliis, atque Cantabrigienſis Academiæ Cancellarium ſummum. Qui ut eodem tempore Cantabrigiæ omnes ſtuduerunt, ſtudiiſque floruerunt maxime, ita in adminiſtranda rep. ſub clementiſſ. noſtra Principe ELIZABETH, eodem tempore omnes graviter ſane & ſapienter præſunt, omnibuſque modis prodeſſe Muſis ſtudent. Verum Sigebertum non exſtitiſſe fundatorem Cantabrigienſis Gymnaſii, & ante eum fuiſſe id Academiam, ſatis.

Venio ad numeros tuos. Etenim relicta hac tua ratione, pene dixi frivola & inani, omnique re deſtituta, ad nominum numeros confugiendum tibi fuit: à calcaria (ut aiunt) ad carbonariam. Nam *ſcholam* non *ſcholas* Bedam dixiſſe [1] annotas. Unde pædagogium [2] non univerſitatem fuiſſe * colligis. At ea res ſi tantopere facit in rem tuam (libet enim rationes tuas, nulla cogente neceſſitate, ſubtractis jam ante fundamentis examinare) pro antiquitate Cantabrigienſi ſtabunt etiam ipſiſſimi tui ſcriptores, Florilegus & hiſtoria regia, qui, vel te referente, *ſcholas* in plurali habent. Alter enim dicit, *ſcholas literarum per* [3] *loca inſtituit.* Cum quo Gul. Malmesb. de regibus, & hiſt. mag. Jorenallenſis in vita Sigeberti per omnia conſentiunt. Altera, *ſcholas literarum in regno ſuo ordinavit*: Florilego annum addente *636.* atque cauſſam, *ut literarum dulcedinem experirentur agreſtes.* Si igitur numerus plurativus facit aliquid ad univerſitatis ſignificationem, dato[4],

Schola numerus non tollit Academiæ appellationem.

* P. 174.

---

[1] Locum vide in Aſſertione pag. 408. & 409. [2] Vide pag. 513, 514. [3] i. variis in locis. Vide pag. 514. [4] Tu tibi concede, ſi vis: nam ille non dat.

quod ſcholas Cantabrigiæ poſuit Sigebertus, conſequetur facile, vel tuorum authoritate, Academiam jam tum poſuiſſe eum, quum primum ſcholas poſuit: etiamſi tacuiſſent Polydorus & Baleus, dum affectibus, ut ais, indulgentes, adamatæ ſtudent Academiæ. Aut certe neceſſario dabis mihi, & Academiam Oxonienſem non
*P. 175. fuiſſe à principio Academiam,ſed Grammaticalem ſcho-
Aſſer. lam, qualis eſt Etonæ aut Wintoniæ. Nam Aſſer,(quem Aluredus *Aßerum*,Lelandus *Aſſerium* nominat,ſed quamobrem neſcio) de geſtis Alphredi refert, Aluredum tertiam partem bonorum ſuorum, ſcholæ, quam ex multis ſuæ propriæ gentis nobilibus pueris, & etiam ignobilibus, ſtudioſiſſime congregaverat, dediſſe. Idem, Aluredi literarium Ludum *ſcholam* vocat in ſingulari.

Grammaticalis ſchola fuit, quam Oxoniæ poſuit Aluredus, ſi qua fuit.

Quæ ſi ad Oxon Acad. referantur, ut ſolent, etiam [1] ſcholam Grammaticalem fuiſſe à principio vel ex te confitendum eſt. Quod & tu quoque in commentariis tuis exemplis confirmas[2]. Etenim, Jo. Beverlacenſem, regnante Henrico tertio, primum apud vos fuiſſe artium magiſtrum aſſeris. Nam Academia ante non fuit, quam facultas creandi magiſtros fuit. Quæ ſi tum fuit quum is primum crearetur, ante id tempus ſchola Grammaticalis fuit, ſi ſchola tum omnino fuit, qualis eſt Etonæ, aut Wintoniæ. Non enim veriſimile eſt, facultatem vos ante habuiſſe, atque uſum negle-
*P. 176. xiſſe. Demum, qui * hiſtoriæ Lanqueti ſupplementum addidit (quem Oxonienſem & bene doctum audio, & ex iis unum, quos tu ceteris anteponis) refert conſilio Noti (*Neoti* ſcribendum) Aluredum, Angliæ

---

[1] Iſtuc quomodo concedatur, vide pag. 515. [2] Verba ejus in Aſſertione pag. 419. hîc impudenter corrumpit; quod ex collatis verbis apparebit.

regem, primam ſcholam Grammaticalem Oxoniæ ordinaſſe, & oppidum magnis privilegiis anno Domini 886. donaſſe. *Oxon. ſchola Grammaticalis.* Stoveus quoque primam poſuiſſe ſcholam Grammaticalem Oxonii, & ornaſſe privilegiis, Aluredum, in epitome Chronicarum, quam anno poſt Chriſtum natum ſexto ſupra 1560. edidit, ſcriptum reliquit. Cujus authoritate eo lubentius in hac cauſſa utor, quum antiquiorum copia ſit, quod in hac controverſia ejus, ejuſque ſimilium (quos citas) authoritatem [1] præponderare debere exiſtimas. Eſt in marginali nota apud Richardum Diviſienſem in epitome rerum Britannicarum, antiqua manu ſcripta, regem Aluredum conſilio S. Neoti inſtituiſſe informatores artis grammaticæ per regnum, ſpecialiter in Oxonia duos ordinaſſe. Quæ ſane Oxonienſem ſcholam à principio nominatim fuiſſe *Grammaticalem,* * certo indicant. *P. 177. Itaque in magnas certe anguſtias cogeris, Oxonienſis, ſi ad iſta numerorum aſyla confugias: ſi Cantabrigienſem antiquitatem ad numeros traxeris, uti Pythagoras rerum principia, atque adeo univerſam Philoſophiæ rationem. Eadem curioſitate brevi futurum exiſtimo, ut etiam ſcruteris, qui ſunt apud inferos terniones. At vero iſti numeri magis contra te quam pro te faciunt. Siquidem nemo eſt qui dubitat, quin Salernum Academia fuerat, & ea celebris: ſe tamen *ſcholam* vocat. Etenim ſic ſcribit.

Anglorum regi ſcribit ſchola tota Salerni.

Verum hujus ſcholæ, ut Latine neſcientis, Barbariem mihi forſan objicies. Novit enim vias, quibus effugiat, Eucrates. At ego vel ex ipſo Cicerone, qui omnium

---

[1] Quod de veteribus locutus eſt Oxonienſis, id Stoveo attribuit inique admodum Lond.

Latinorum inſtar erit, edocebo, & *ſcholam* & *ſcholas* quoque quo libet numero *Academiæ* nomine & appellatione Latiniſſime dici. Nam de natura Deorum ſic ſcribit: *Ex Platonis ſchola Ponticus Heraclides*: & de
*P. 178. finibus, *in Epicuri ſchola*: & a*libi eodem libro, *explicare ſcholam.* In epiſtolis, *habes ſcholam Stoicam*: & alio in loco, *homo ad perſuadendum concinnus, perfectus, politus ex ſchola.* De officiis, *ſed hoc de genere commodius à quibuſdam optimis viris, ad medium januæ ſedentibus, quam ab ullis Philoſophis ulla in ſchola diſputatur.* De divinatione item, *multa iſtiuſmodi dicuntur in ſcholis.* In Tuſculanis quæſt. *ut jam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus*: & rurſum, *fuiſti ſæpe credo quum Athenis eſſes in ſcholis Philoſophorum.* In Oratore, *è Philoſophorum ſcholis tales fere evadunt.* Et rurſum, *Clamabunt, credo, omnia Gymnaſia, atque omnes Philoſophorum ſcholæ.* Quid multa? nuſquam non occurrunt *ſchola* & *ſcholæ* in Gymnaſii ſignificatione apud Ciceronem & probatos authores: niſi ſi vox grammaticalis adjungatur. Hæc enim addita, facit ut *ſchola* non *Gymnaſium*, ſed *pædagogium* ſenſu tuo ſignificet. Quin & Lelandus tuus, quem ideo adduco, quod magnæ authoritatis virum exiſtimas, in epigrammate, quod citas, Sigebertum
*P. 179. *Cantabrigiam artibus illuſtrem atque ſcholis reddidiſſe confitetur. Nozerenus quoque in deſcriptione Burgundiæ, per *Sigeberti ſcholam* intelligit *Academiam.* Nam ex Felice capta occaſione, ſic ſcribit. "Felix "Burgundio, Archiepiſcopus Bizontinus, Sigeberto "ſuaſit, ut Cantabrigiæ Academiam excitaret anno Do"mini 630. Idem faciunt Polydorus li. V. & Baleus de ſcript. Britan. centur. I. ubi de Sigeberto pio mentio eſt, quem bonarum artium Gymnaſium Cantabrigiæ poſuiſſe ſcribunt. Sic tamen, ut addat iſte, *revoca-*

catas jam bonas literas ante ſepultas, ut intelligas, non jam tum primo Cantabrigiæ inſtitutas eſſe à Sigeberto, ſed revocatas. Georg. Lil. quoque in chro. Angl. regum, publicam Academiam Sigebertum poſuiſſe dicit: ſed an primus poſuerat, dubitat. Etenim, *fertur*, addit. Ejus verba hæc ſunt. "Sigebertus, orientalium "Anglorum rex, primus bonarum artium author, ſua"ſu Felicis cujuſdam Burgundiæ epiſcopi, Cantabrigiæ "publicam Academiam excitaſſe fertur, anno ſalutis "630. Eraſmus item Rotherodamus in ea, quam nuper retuli, epiſtola ad Bovillum, *Academiam Cantabrigienſem, et *ſcholam* & *Academiam* nominat, & ceteras Academias *ſcholas* appellat. Denique, tu quoque *ſcholam* atque *ſcholas* in libello tuo ſubinde vocas Cantabrigiam & Oxonium, nota jam Gymnaſia & celebria. Nec improbo, modo tu id juris alteri permiſeris, quo es ipſe uſus. Quid igitur de Pædagogio illo tuo Grammaticali loqueris? cur ad numeros confugis? Nullane alia quam numerorum erant argumenta? tam infœcunda ejus argumenti omnia ſunt, ut quum plus contenderis quam poſſis, minus tamen feceris quam cupis? Certe fefelliſti me. Nam antehac putabam, te habuiſſe cornua, quiſquis es qui antiquitatem Cantabrigienſem oppugnare auſus es. Sed addes forſan, Bedam non *ſcholam* atque *ſcholas* ſimpliciter dixiſſe, ſed *ſcholam in qua pueri erudirentur Cantuariorum more* ſcripſiſſe, atque ita locorum[1] & perſonarum circumſtantiis ſignificationem ligaſſe & reſtrinxiſſe: ut quod Beda dixerit, *Pædagogium* potius ſignificet quam *Gymnaſium*. Ita ſi dixeris, non *agis ingenue (Oxonienſis) quum non dicat Beda, *ſchola in qua pueri erudirentur*

*P. 180.

*P. 181.

---

[1] Tu negas?

Cantuariorum more, ſed *in qua pueri literis*[1] *erudirentur juvante Felice, & præbente doctores* (ſic enim Saxonicum laꞃeoƿaſ. verbum **Lareoƿas**, iſtud Bedæ vocabulum interpretatur) *Cantuariorum more*. Sic ut voces[2] iſtæ, *Cantuariorum more*[3], referantur ad *doctores*, non[4] ad *literas*. Si alio referant Florilegus tuus & hiſtoria S. Edmundi, quam *Regiam* vocas, qui aliquid ſemper ex ſuo adjiciunt, & mutant ſæpe quadrata rotundis, contentus eſſe non debes, ſed ad Archetypos & origines recurrere[5], Bedam nimirum, quem hi ſecuti videri volunt. Sed eſto, ſi placet, quo modo objicis, ut omnibus modis veſtræ Academiæ conſulatur. Nam tutum[6] tibi exiſtimo, duabus niti in hoc ſalo anchoris. At dic rogo te, ſuntne omnes viri qui hodie ſunt Oxonii? an non major pars puerorum atque adoleſcentum turba eſt? quibus etiam præponitur altera Academiæ pars quæ gravior eſt, quos & olim & hodie quoque *tutores* vo- *P. 182. cant, qui * magiſtri juventutem erudiant, moribus inſtruant, atque adoleſcentiam ad literarum cognitionem mente manuque producant. Nam quid aliud eſt[7] *mu-*

---

[1] Hoc eſt, non arte gladiatoria, aut alea exercerentur: quod hic tam providus eſt, ut metuat male, ni vocab. Saxonico medelam paret. [2] Regula hæc Lesbia eſt. Nam ad Latinam veritatem, qua lingua ſcripſit, Saxonica Bedæ verſio caſtiganda eſt: non econtra. [3] Nodum in ſcirpo quæris. [4] Quid abſurdi ſequetur, ſi ad *literas* referatur? niſi forte tales adhibitos doctores et magiſtros intelligas, quales erant Theodorus et Adrianus Dorobernenſes, ut hac ratione ſcholam illam academiam fuiſſe probes? Vide pag. 520. [5] Nec tu temere damnabis, ſi ſapis, primarios ſcriptores, ſpecie tantum, non reipſa, diſſidentes. [6] Si ad anchorarum præſidia fugiendum ſit, non illis tam invalidis, quas tu illi cuderas, ſed firmioribus et ſuis utetur. [7] Quaſi nihil aliud ſit academia, quam pædagogium. Vide diſcri-
men

διαγωγεῖν, ἢ πρὸς τὰς παιδείας ἀγαγεῖν ; Ad hæc apud veteres ſcriptores, adultiores, atque ſervi, etſi grandiores, etiam pueri dicebantur: ut apud Comicum. *Puer,* [1] *eme mihi piſciculos oboli in cœnam.* Et Titum Livium: *tum Sotinius miniſter ex regiis pueris.* Et Ciceronem ad Atticum: *veniat obviam puer tuus: is mihi literas à te reddidit.* Et ad Appium pulchrum: *Hæc ſcripſi ſubito, quum Bruti pueri me Laodiceæ conveniſſent, & ſe Romam properare dixiſſent.* Quo ſenſu Bedam Anglosaxonem [2] dixiſſe *pueros,* non ſolum vetus patriæ mos, ſed etiam vetus ejus temporis Saxo Bedæ interpres docent. De more patriæ, certiorem te quidem facient, quæ paulo ante de iis, qui ſcholas Eltuti, Tathei, & Dubritii frequentarunt, diximus: ad quas ex omni parte totius Britanniæ ſcholaſticos veniſſe, non tantum rudes, ſed & ſapientes * & Doctores, ex Benedicto Claudioceſtrenſi, & vitis ſanctorum Wallenſium retulimus. Saxonicus vero interpres Bedæ, *pueros* eo loco interpretatur **cnihtas and geonge menn**: hoc eſt, *diſcipulos & juvenes*: quo modo & ſenſu Chriſtus ſuos Diſcipulos **cnihtas** Saxonice vocat. Apponam ipſa verba Saxonica Bedæ hiſtoriæ, de Sigeberti ſchola inſtituta: quo tibi ipſi credas, & non mihi. ƿæꞅ he (ꞅıebꞃẏhꞇ) ᵹoꝺmann ⁊ æꝼæꞅꞇ. ꞅe æꞃ ın ᵹallıa ꞃıce ꝼulpıhꞇ onꝼenᵹ. ðа pılnoꝺe he ꝥ lıꝼ onhẏꞃıᵹan ðe he pell ᵹeꞅæꞇ ᵹeꞅeah ın ᵹallıa ꞃıce. ⁊ he ꞅceole ᵹeꞅeꞇꞇe. ⁊ on ðæꞃe cnıhꞇaꞅ. ⁊ ᵹeonᵹe menn ᵹeꞅeꞇꞇe ⁊ ᵹeꞇẏꝺe ⁊ læꞃꝺe. ⁊ ꝼelıx ꞅe bẏꞅceop hım ꝼulꞇumoꝺe. ðone he æꞃ on cenꞇ nam. ⁊

Ratio nominis pueri.

* P. 183.

cnıhꞇaꞅ ⁊ ᵹeonᵹe menn.

---

men pag. 521. [1] Quorſum tam multis tamque intempeſtive de pueris & puerili ætate philoſopharis? quaſi diſcipulorum et ſtudentium ætates, non literarum, quas profitentur, varietates potius generalem à grammaticali ſchola non diſtinguant? [2] Vide pag. 522.

he him lareoƿas gesette æfter Cantƿara ðeaƿe. Hoc

*P. 184. *Traducta ad verbum.* eſt. *"Fuit ille Sigebertus bonus vir & religioſus, qui "ante in Galliæ regno Baptiſmum ſuſcepit. Tum voluit ille eam vitam ſequi, quam ille bene conſtitutam "vidit in Galliæ regno. Et ille ſcholam poſuit, & in "ea diſcipulos & juvenes poſuit tum inſtructos tum doctos. Et Felix epiſcopus illum juvit, quem is ante in "Cantia cepit. Et hic illis doctores poſuit, ſecundum "Cantuariorum morem. Quod ſi, adultiores fuiſſe cum pueris mixtos, nullo modo placeat, at ſaltem tales [1] pueri Cantabrigienſes illi per initia Sigebertina ſunto, quales Oxonienſes illi erant, quos Aluredum congregaſſe atque aluiſſe paulo ante ex Aſſero ſcripſimus, quum de Aluredi ſchola in ſingulari diximus, ſi eam ad Oxonienſem ſcholam referremus: quo minus glorieris ac triumphes. Quid, quæſo, de Academiarum, quantumvis illuſtrium ac celebrium, ſentis initiis? ſicne conſtitutas exiſtimas, ut nundinæ ac fora publica?

Academiæ per incrementa grandes. An tales fuiſſe putas in initio, quales hodie ſunt? Nonne arbitraris, etiam his ſuas fuiſſe infantias [2], incrementa, atque jam * tandem ſtatus? Vin' omnia con-

*P. 185. *Oxonienſium numerus in principio.* ſummata primo die? Non credo. Proinde mirarer certe, tam miram fuiſſe Oxonienſium turbam in principio, niſi, ejus rei author, Polydorus [3] addidiſſet, *eſſe*

---

[1] Reſpondeo. Si de grammaticali ſchola tantum ab Aluredo Oxoniæ inſtituta intelligis, concedam tibi, utriuſque ſcholæ pares fuiſſe pueros. Verum enimvero non à grammaticis ſolum tota Aluredi ſchola, ut illa tua, incepit: ſed à theologis, philoſophis, dialecticis, rhetoribus, aſtronomis, et aliarum omnium ſcientiarum cultoribus originem habuiſſe optimorum ſcriptorum conſenſus docet. Plura require pag. 522. [2] Vide pag. 522. [3] Polydori verba inique admodum depravat, ſenſumque aliò retorquet. Vide pag. 523.

cœpit. Nam ubi prius nulli erant, quum plures eſſe cœperunt, in magna paucitate mira multitudo reſpectu videbatur: niſi ſi Cricladenſes eo turma tranſlatos (quod non fateris) uno die dixeris: quos tunc aut nondum fuiſſe, aut eſſe deſiiſſe, mox paucis edocebo. Sic tamen Polydorus iſta ſcribit, ut non abſolutum quid & omnibus ſuis numeris perfectum Gymnaſium, ut Oxonienſis vult, Aluredum poſuiſſe ſentiat, ſed fundamenta tantum jeciſſe dicat. Libro enim Angl. hiſt. V. ſub finem ſic ſcribit. "Ceterum Aluredus[1], poſtquam in "regno ſuo literarum fundamenta jecerat, bonis mo"ribus augendis intentus, tulit ſanctiſſimas leges. At ſi à parvis initiis per incrementa celebres evaſiſſe Academias, ut credere fas eſt, dixeris, ſpero, te mihi facile conceſſurum, etſi per initia ſchola Grammaticalis fuerat Cantabrigienſis Academia *(quod non fatemur) *P. 186. ante tamen [2] Aluredi tempora 265. annorum, ſecundum Polydorum, curriculo, in celebrem eam creviſſe Academiam: poſito jam, argumenti cauſſa, ſed non conceſſo, Cantabrigienſem ſcholam à Sigeberto conſtitutam. Quod ſi uno tantum anno, aut eo minus, ante Aluredi regnum factum ſit, aut in regno modo ante XXIII. regni ſui annum fuerit, (nam eo anno conſtitutum Oxonienſe Gymnaſium Polydorus ſcribit, etſi [1] tu primo aut ſecundo ſummum anno dicis) non negabis, credo, Cantabrigienſem ſcholam etiam ante veſtram fuiſſe Academiam, & ob id antiquiorem: maxime [2], quod ipſe tu diverſum, paradoxon videri recte dicis in commentariis. Quod tamen ne videatur, flectis non rem (nam nequis, ſemper enim fuit à principio Academia) ſed orationem à Gymnaſio ad ſcholam: quam nihilominus ante Aluredi tempora fuiſſe Academiam, ex chronico [3] ſancti Suythuni quoque ſcire licet, in quo de Edwardo ſeniore, Aluredi filio, ſic ſcribitur. “Iſte rex inſignis reparavit univerſitatem *P. 187. “Canta*brigiæ, à Paganis (videlicet Danis) combuſtam. In quo loco *univerſitatem*, non *ſcholam Grammaticalem* legis: & eam *reparatam*, non jam tum *primo inſtitutam*. Et quamvis Cantabrigienſi Academiæ, tanquam ſcholæ Grammaticali, Cantiana tribuas initia, majora certe & celebriora quam pro opinione tua, aut quam velles, qui puerilia conſtituis, largiris. Siquidem, etiam in Cantianis ſcholis floruiſſe Græcas Latinaſque literas, atque etiam Philoſophicas, Metricas, Geometricas, Arithmeticas, atque ſacras, clariſſimoſque doctrina viros, & Beda eccl. hiſt. lib. IIII. & Gul. Malm. & hiſt. magna Jorenall. teſtes ſunt. “Etenim quo [4] tempore “Theodorus, Archiepiſcopus Cantuar. natione Græ“cus, & Adrianus abbas, peragrata Inſula quaquaver“ſum ubi gentes commorabantur, ſcholas ſacrarum &

---

[1] Quomodo ex his Polydori verbis, Alfredum non fundaſſe Oxon̄. academiam, colligis? [2] Cantabrigiæ ſcholam fuiſſe grammaticalem ante Alfredi tempora non négatur. Hanc antiquitatem Polyd. Laylandus et Baleus vel opinione decepti, vel ex affectu magis quam veterum fide, quos tamen imitari velle videntur, Cantabrigienſi academiæ falſo attribuerunt. Nec piaculare fuerit ab iſtis, licet doctiſſ. et ab omnibus inter recentiores receptiſſimis, diſſentire, ubi illi à veterum conſenſu recedunt. Sed cur non æque credis Polydoro, Sigebertum fuiſſe fundatorem, atque academiam veſtram noſtra antiquiorem?

Cantiana ſchola.

---

1 De hac re aliâs. 2 Verba ſunt. *Poteſt hoc paradoxon fortaſſe* 1°. *fronte videri, maxime quum* 3°. *poſt defunctum Sigebertum ſeculo Alfredum vixiſſe conſtet.* 3 De incerto et ignobili admodum hujus Chronici authore lege pag. 523. 4 Stobeus, verba Bedæ imitatus, addit de ſuo, *poſitas variis in locis academias.* pag. 524.

"ſecularium literarum inſtituebant, magna ſcientiæ "ſtudia floruerunt in Anglia, ſcribente Thoma Stubbeo ſeu Stobeo, qui ſub Edwardo tertio claruit. Ex horum diſcipulis (quos Beda Latinam Græcamque linguam æque ut propriam noviſſe tradit) * inſtitutus Beda adoleſcens eſt, authore eodem Stobeo, interque ſexcentos viros, ſcientia & integritate vitæ claros, edoctum fuiſſe, idem quoque author eſt Stubbeus, quod ideo exſtitiſſe Cantabrigiæ intelligo, quod, [1] referente Lydgato ex Beda & Alfrido, ad eorum memoriam prima fuit univerſitas, ut & Bedæ ætate quoque. Nam qui Bedam vocavit [2] Romam Sergius primus, idem ſcripſit ad Academiam Cantabrigienſem, quam *univerſitatem* vocat. Ad hæc, ſunt qui ſcribant (ut alio loco diximus) Bedam fundaſſe Cantabrigiam, quod, revocatis ſcholaſticis & doctis viris, concuſſam prius externis injuriis Academiam ſuo tempore fecerat celebrem. Erat enim ſub Bedæ temporibus [3] *deſolata* quidem, *ſed non inhabitata, hoc eſt, habitatoribus deſtituta* (ut quidam addunt ex ſuo) *civitatula*, quam alii Bedæ interpretes Saxonici *Grantam*, plurimi *Granteceſtre*, vocant in eccle. hiſto. lib. IIII. cap. XIX. Quibus verbis [4] Henr. Huntudonenſis, & Ranulph. de antiquis urbibus, *Cantabrigiam* ſignificari ſcribunt: quo minus credas, Grammaticalem fuiſſe ſcholam ab initio. Imo, quo ſcias, Cantabrigiam jam olim fuiſſe Academiam, etiam longe ante Sigeberti tempora, memineris eorum, quæ [5] ex

*P. 188.

*P. 189.

---

1 Vide ſupra. 2 De his literis eandem noſtram, quam de ejus dyplomate, cenſuram eſſe cognoſcito. 3 Erat igitur & non erat *deſolata*: ſed ita tamen deleta, ut nunquam in eodem, in quo prius ſtetit, loco reſurgere contigerit. Vide pag. 525. 4 His ſupra reſponſum eſt. 5 Non ſine lectoris tædio citra neceſſitatem ullam hæc repetis. Eum

ad

Honorii indulto adduximus, & de præcedente ſcriptorum velut acie, ducibus, regibus atque pontificibus, ne orator cum nigro codice ſolus in acie, ut tu dicis, relinquatur, diximus. Neque id te prætereat, Polydorum Vergilium, Angl. hiſt. libro quarto, “omni populo indubitanter tradere, poſtquam ſcholas Sigebertus poſuit, brevi multos mortales doctiſſimos evaſiſſe: Floruiſſe dein Cantabrigienſe Gymnaſium bonarum omnium diſciplinarum cognitione perpetuo. Ex quo Polydori loco ſcire licet, etſi paulo ante dixerat, ut pueri ab ineunte ætate erudirentur, eo puerorum ſenſu, quo nos dixiſſe Bedam jam ante explicuimus, ſenſiſſe tamen & Gymnaſium fuiſſe, & brevi celebre, & omnium artium profeſſione in eo initio clarum. Quare nolo amplius in argumento frivolo operam ponere non neceſſariam, quod hactenus, ut dixi, perſecutus *P. 190. ſum * ex epimetro, ut rationes tuas oſtendam inanes, non quod neceſſariam operam hîc impendendam cenſeam, quum principio omnia argumentorum tuorum fundamenta ſuſtulerim, quum Bedæ loci ſenſum de Sigeberti ſchola tibi ademerim: ne quid mihi deinceps objicias, ſi quid ſit quod iſtic tibi parum placeat. Nam ſcio, faſtidientis ſtomachi eſſe, quum pauca deguſtet, plura rejicere.

Par numerus Cantabrigienſium & Oxonienſium.

De numero autem [1] ſcholaſticorum, quem mirum & innumerum fuiſſe ſcribis, mirum quid ſane dicis: nec credimus, niſi rem nobis patefacias. Magnum fuiſſe aliquando numerum, ſed Cantabrigienſium non majorem, jam ante dixi ex Majore. Si adhuc majorem putas, quod certe poteſt, ex quo authore dicas optem. Nam de incredibili numero Anglorum Oxonii ſtuden-

---

ad ſupra adhibitas reſponſiones remittimus.

[1] Vide pag. 526.

tium, quum adhuc floreſceret, nuſquam lego alibi. Acceſſionem fuiſſe grandem hoſpitum ſcholaſticorum ex Gallia, regnante & alliciente Henrico III. ex Jo. Tilii Galli chron. lego. Scribit enim, "divum Ludovicum "anno regni ſui ſexto, & anno Domini 1232. reſtituiſſe "* ſcholam Pariſienſem, quæ, propter motus, injurias, *P. 191. "atque cædes ſcholaſticis illatas (cujuſmodi jam nu-"per anno Domini 1565. iidem perpeſſi ſunt) dilabe-"batur, atque à rege Anglo Oxonium pellicebatur. Itaque ſi quis immenſus numerus eſſet, eo tempore fuiſſet & ea ratione, eoque magis, quod Galliæ proximius multo Oxonium eſt, quam Cantabrigia. Alioqui, quum utrique Academiæ ut ſuæ ex æquo rex faveret, non video, cur Oxonium magis quam Cantabrigiam Lutetianos rex alliceret. De Cantabrigienſis autem Academiæ numero, iſtud lego apud Josfridum [1] Croilandenſem veterem hiſtoricum, regnante Henrico primo, doctiſſimo illo Principe, fuiſſe Cantabrigiæ tantam ſtudentium multitudinem, ut non ſcholæ, non vaſta horrea, non templa potuerunt capere literarum ſtudioſos, quum publicas lectiones frequentarent: fuiſſeque coactos literarum profeſſores ob ingentem multitudinem ſe dividere, & variis locis ſeorſum prælegere, ad formam Aurelianenſis ſtudii, ut Josfridi verba referam. Quod ſi per i*nitia plures fuiſſe dicas Oxonii quam *P. 192. Cantabrigiæ, non credam facile: quod per initia Cantabrigienſis Academiæ, haud ſcio, an aliud fuerat in univerſa Britannia Gymnaſium, ut quod [2] antiquiſſimum

---

[1] Quæ apud Joffridum Cœnobiarcham Croylandenſem et hiſtoricum legit de numero ſcholarium Cantabrigienſium pervertit omnino, ex muſca elephantum faciens. id verba ipſa legenti pag. 500. manifeſtum fiet. [2] Si modo vera ſint, quæ prædicas.

Banoch. & Carleonen. Gymnaſii initium. mum ſit. Nam & longe ante Bannochorenſe poſitum eſt, quod Lucii regno inchoatum fuit: & ante Carleonenſe, quod Arthuri temporibus fuit conſtitutum: quæ poſt Cantabrigiam vetuſtiſſima erant, quæ aut fama, aut hiſtoria celebrata ſunt, relatu ſaltem digna. Non enim de Eltuti, Tathei, aut Dubritii Gymnaſiolis jam ſermo eſt. Quamobrem neceſſum fuit eo ex omni regno, ex *Cantabrigiam undique ventum.* omni inſula confluere. Sed regnet per me veſtra utriuſque Academia, atque floreat, tum præſtantia, tum dignitate atque numero, verum ſuis tamen principiis & antiquitatibus, quod velim ſuum cuique tributum. Illud miſerum, fuiſſe olim innumerum: ut & Mileſios fuiſſe olim ſtrenuos. Nam, ut Severinus Boëtius cenſet, in omni adverſitate fortunæ infeliciſſimum genus infortunii eſt, fuiſſe felicem.

**P. 193. Cantabrigia interdictis non ſublata.* *Sed fuiſſe à principio ſcholas Cantabrigienſes Academiam, ſatis. Pergis demonſtrare, ante Sigeberti tempora non fuiſſe inſtitutam. Aſſeris [1] enim, ex eo uno conſtare poſſe, Cantabrigienſem Academiam ante Sigeberti tempora non fuiſſe conditam, quod Gregoriano decreto ſublata fuiſſet, ut erant Stamfordienſis & Legionenſis Academiæ. Sed hoc ut [2] Lelandicum eſt, ſic mihi non fit veriſimile: tum quod Rogerus Boulus, ut & Cantabrigienſes commentarii tradant, Cantabrigienſem Academiam magnam cladem pertuliſſe, quia Pelagianos oppugnaverat: tum quod Joannes Lydgatus, non contemnendæ authoritatis vir, ſcribat, Cantabrigiam ἀρχαίως ἔχουσαν (ut cum Demoſthene loquar) catholicæ religioni ſemper faviſſe (ut & Polyd. Angl. hiſto. lib. V.) nec ullis ſciſmaticis aut hæreticis pravitatibus

---

[1] Pag. 405. [2] Non ſolus hoc affirmat Lelandus, ſed alii complures. pag. 528.

aliquando corruptam eſſe. Ex quibus colligeres, Cantabrigienſe Gymnaſium conſervatum atque ſtabilitum potius Gregorii decreto, quam ſublatum eſſe; quicquid de Stamfordienſi, aut *Legionenſi, aut etiam Oxonienſi (quam tu multis annis ante decretum fuiſſe, ex hiſtoriola veſtra ſcribis) actum ſit: Cujus uvas acerbas[1] (de quibus conſtitutiones provinciales) nolo jam honoris cauſſa gravius premere, ſed conſulto præterire. *P. 194. Imo proviſum longe ante fuerat authoritate Eleutherii & aliorum [2] Romanorum Pontificum, quorum Honorius in diplomate meminit, ne qui Epiſcopi, neve quis vel delegatorum generalium vel ſpecialium Romanæ ſedis, Academiam Cantabrigienſem ſacrificiis interdiceret. Ego Oxonienſem [3] ſcholam, quod tunc temporis non exſtiterit, tutam fuiſſe plane exiſtimem, quum decretum Gregorianum anno Domini *727.* tempore Gregorii ſecundi promulgatum ſit, & Oxonienſis ſchola anno verbi incarnati *895.* ex ſententia Polydori fundata ſit: idque XXIII. regni ſui anno, non primo aut ſummum ſecundo, ut tu (Oxonienſis) exiſtimas. Quod illud eo probabilius eſt, quod primis annis bellis vacabat Aluredus, quod & tu non diffiteris, & ego mox commemorabo. Et quema*dmodum ex hiſtoria *P. 195. magna Jorenallenſi, ex Gervaſio Tilberienſi, Monemutenſiſque libro ſeptimo de Hiſtoria Britonum intellexi, in civitate Carleonenſi, amœniſſima olim urbe, fuiſſe Gymnaſium Philoſophorum, regiis (Arthuri) ſumptibus inſtructum, quod liberalibus artibus eruditum, curſus ſtellarum rimaretur (ut Tilberienſis verbis utar) & Arthuro [1] futuros eventus prænunciaret, ſic aliis de cauſſis, ut belli & vetuſtatis, eam, ut & alias antiquas Academias, non interdictis ſublatam exiſtimem. Etenim in hiſtoria Roffenſi ſub anno ſalutis 727. in hiſtoria majori Matthæi Pariſii, & Floribus Hiſtoriarum Matthæi Weſtmonaſterienſis qui eum imitatus eſt, ſcriptum ſit, Epiſcopos Romanos interdixiſſe [2], non ſuſtuliſſe Academias, ſuſtulerunt vitia non ſcholas. Neque *Hom. Iliad. 1. & Phurnutus.* enim tam crudelis Jupiter erat, ut Vulcanum de vita tolleret, quod opem tulerit Junoni rixanti cum marito, ſed crus illi tantum fregit, & de cœlo deturbavit *P. 196. in Lemnon: atque ita caſtigavit. *Quod ſi quæ interdiceretur, eadem tolleretur, etiam Oxonienſem Academiam Otho ſuſtulit, quum ab ea male habitus & tractatus, & in campanile Oſneienſis monaſterii ſe recipere coactus, ob perpetratum facinus interdixerat: univerſumque regnum Angliæ Ro. Pontifex ſuſtuliſſet, quum regnante Joanne [3] id ſacrificiis interdixerit. Et tum quoque ſublata Oxonia fuiſſet, quum exoſi propter interdictum homicidæ (ut paulo ante retuli) extra urbem ſuſpendio ſunt affecti. Sed hiſtoriæ verba referre præſtat. "Erant" (inquit) "doctrina & ſcholæ "Anglorum à temporibus ſancti Auguſtini per Ro. Pon"tifices interdictæ propter aſſiduas hæreſes, quæ in ad"ventu Anglorum in Britanniam emerſerant, dum Pa"gani, Chriſtianis permixti, ſanctæ converſationis gra"tiam, & Chriſtianam fidem corruperant. Hæc Roff. hiſtoria. Neque conſequitur neceſſario, ſi Legionenſis & Stamfordienſis ſcholæ interdicto tollerentur, ut & Cantabrigienſis quoque tollatur, non magis quam ſacrificiis interdicta ab Othone Oxonienſi ſchola, Cantabrigien*ſe quoque Gymnaſium, aut Bannochorenſe, ſi ſupereſſet, interdiceretur. At ſi conſequitur, dicat [1] Oxonienſis qua Dialectica. Quod ſi non Gregorii ſecundi ſed primi decreto ſanxitum ſcribat, ut videtur, eadem ratio & conſequentia manet. Ad hæc, ſi Joan. Hardingus in epitome chronicωn dicat, ad Auguſtini tempora permanſiſſe Stamfordienſe, ut ille vocat, ſi vitioſus codex non ſit, ſeu Stamfordienſe, ut hodie, Gymnaſium, & poſtea propter hæreſes interdictum[2], ſtudio tamen fuiſſe à Ro. Pontifice ſublatum non dicit. Imo [3] ſuo ſtudentium vitio deſertum potius credendum eſt, quam à quoquam ſuppreſſum. Ut qui quum diſperſi ſemel, aut ea, aut alia occaſione, ſuave culpa eſſent, amiſſis profeſſoribus, nunquam redeundi ſtudium fuit, quum nunquam eſſent revocati: ut hoc genus hominum rei ſuæ quantumvis pretioſæ, neſcio quo fato, minimum ſit intentum: etſi ab Horatio didicerit, nec regna viri ſortiere talis. Uſque adeo ovium nulla utilitas, ſi Paſtor abſit: ſtultum pecus, & ſibi inutile, niſi Paſtoris cura ſuccurrat: cereum in vi*tia flecti, monitoribus aſperum, utilium tardus proviſor, prodigum æris, gaudens avibus, equis, canibus, & aprico gramine campi, ſic ut ſcias, non poſſe jam iſtiuſmodi, vitæ ſuæ habere modum, niſi paſtor adſit. Mel recuſat propter apes, & Moly florem lacteum, propter radicem nigram, hoc eſt, animi veram tranquillitatem,

---

[1] Quid hîc apud te ſubmurmuras, plane non intelligo.
[2] Ab illorum authoritate, quæ everſa plane eſt ac pro nulla habita, patrocinium requiris. [3] Vide pag. 530. hac ratione tuta credo fuit Cantabrigienſis academia.

---

[1] Balei ſententiam veriorem eſſe exiſtimabo, donec certiori teſtimonio tuam confirmaveris. [2] Contrarium aperte docent Florilegus, et Baleus. pag. 528, 529. Vide etiam pag. 531. [3] Interdictionis æquivocatio.

*P. 197.

Scholaſtici ſibi inutiles.

*P. 198.

---

1 Omnes academiæ à Ro. pontificibus erant interdictæ. Cantabrigia tum temporis erat academia. & una cum aliis illa quoque erat interdicta. 2 In perpetuum, i. ſublatum. 3 Somnia ſua quanto opere ſtudet veriſimilia reddere?

virtutis abſolutæ præmium, propter laboris levem moleſtiam, ut Homerus innuit. Multum tamen ſapientiæ ſibi tribuit, & vult ante barbam docere ſenes. Quæ cauſſa eſt etiam quum abſint bella, intermittendi ſtudia multis Academiis, ut multis ex Juſto exemplis videre licet. Itaque [1] non obſtante eo decreto Gregoriano, Cantabrigia permanſit integra. Neque legi aliquando, eam [2] ſacrificiis interdictam à Ro. ſede, nec ob id diſperſam aliquando aut ſublatam. Imo id legi apud Polydorum Angl. hiſt. lib. IIII. jam inde à Sigeberto Cantabrigiæ Gymnaſium bonarum literarum cognitione floruiſſe perpetuo. At ſi ſublatum demus interdicto, longe aliud ſubſequetur quam pro argumento tuo. *P. 199. Nam quod ſublatum *fuit, prius fuit. nihil enim tolli poteſt, quod non ante fuit. Quod ſi prius, quidni & ante Sigeberti tempora, etſi de ſublato Gymnaſio nulla ſit recordatio? Alias [3] antiquas Academias dixi, *Bannochorenſe ſtudium.* propter Bannochorenſem illam (quam hodie Bangorenſem dicimus) quæ ſub Lucio (cujus regni initium fuit anno Domini 156.) inchoata, poſtea à Congello Bangorenſi in Monaſterium Monachorum mutata fuit, quum annos 350. perſtitiſſet, ut Guolphg. Juſt. refert. Hæc *Athenienſis Academia.* ab urbe aberat mille paſſibus (ut audio) ſicuti olim Athenienſis Academia, quæ in agro Athenienſi loco ſylvoſo, ut Horatius ait, poſita, mille paſſibus ab urbe diſtabat, ut & multa alia Gymnaſia, Philoſophorum ſectis extra urbem conſtituta, quorum omnium illuſtriſſimum fuit Academicorum. Gaudebant Muſæ ſylvis atque aquis. Eam ob cauſſam Dubritius iſtic in Britannia Gymnaſium ſuum loco utriſque accommodo poſuit.

---

[1] Unde id colligis? [2] De hac tua interdictione nemo loquitur: ſed de ea, qua prohibita eſt bonarum artium publica profeſſio. Hanc aperte commemorat Matth. Weſtmonaſt. Matth. Pariſ. Annales Roffenſes, & Baleus non uno in loco: ubi tu legiſſe poteras. Vide pag. 528, 529, 530, 531. [3] Supra pag. 195.

A cenſuris [1]eccleſiaſticis vindicata jam Cantabrigia, tranſitus eſt ad quoſdam egregios & doctos viros Cantabrigienſes, *Oxonium per Aluredum tranſlatos, ad ſtatuendas atque exornandas ſcholas Oxonienſes. Quod ut tu veriſimile quidem eſſe dicis, ita vanum exiſtimas: etſi non ſolum hiſtoriola Cantabrigienſis, ſed præfatio quoque docti[2] in primis viri in ſacrum vetuſque teſtamentum, Anglice ante annos trecentos conſcriptum[3], veriſſimum eſſe docent, quo loco iſte potiſſimum in præfatione tradit, [4]Aluredum tranſtuliſſe Pſalmos, & Bedam univerſam fere Bibliam in linguam Britannicam convertiſſe. Et quidni? quum Richardus[5] Diviſienſis, author gravis atque vetus, in epitome rerum Britannicarum ſcribat quoque, Pendam, Merciorum regem, Cantabrigienſes Cricladum tranſtuliſſe: unde tranſlatos Oxonium, hiſtoriola Cantabrigienſis docet, ut & Oxonienſis[6] quoque Lelando teſte. Sed, ne res incredibilis tibi videatur, ipſa Diviſienſis verba aſcribam. "Kinegilphus, filius Celrici, rex Weſtſa-"xonum, Pendam, regem Merciorum, devicit. In

Fons literarum Oxonienſibus Cantabrigia.

*P. 200.

Cricladenſe ſtudium ex Cantabrigienſibus.

---

[1] Facile à cenſuris eccleſiaſticis vindicata eſt Cantabrigia, quibus nunquam erat obnoxia: quod aliquot poſt ſeculis comparuerat. [2] Hunc etſi ignotum laudat more ſuo Londinenſ. [3] Non tam ſpectandum, quid quiſquam ſcribat, ſed quam vera, & veris conſona, probatorum ſcriptorum teſtimoniis. [4] Quæ hîc de Aluredo & Beda commemorat vera ut ſint, & cum approbatis ſcriptoribus conſentiant; nihilo tamen minus in dubio ſunt reliqua: nec aliqua authoritate confirmantur. [5] Vide pag. 532. [6] Manifeſtum iſtuc eſt mendacium. Vide pag. [532.]

" tempore iſtius regis, Penda, rex Merciorum, inſtituit *P.201. " ſtudium generale ex Cantabrigiæ Philo*ſophantibus, " & Doctoribus in civitate Eretenenſi, quæ nunc dicitur **Crekelade**. Hæc Diviſienſis. Ubi forſan legendum pro *Eretenenſi*, *Erudinenſi*. Nam de antiquo nomine variant codices: aliis *Eridunenſi*, aliis *Erudinenſi*, vetuſtioribus *Eridamenſi* & *Eridemenſi* referentibus. Quemadmodum de **Crekelade** quoque nomine, Gualtero Coventrenſi et id genus aliis antiquis ſcriptoribus, *Criclade* & *Kirclade* & *Crikklade*, recentioribus, *Crekelade* & *Criclade* & *Græcolade* nominantibus: quum tamen Lelandus ſcribendum tradit, non *Græcoladum*, quod vanum exiſtimet ex Græcis ortum, ſed *Crekeladum*, quod vocabulum mere ſit Saxonicum. Utcunque ſit, hæc adduco, quo minus tu ut vanum eleves, atque tuo more eludas, quod eſt non ſolum veriſſimum, ſed etiam fatale propemodum Oxonienſi Academiæ. Etenim anno Domini 1524. quo tempore conderetur Cardinalis Wulſæi collegium Oxonii, quod hodie [1] Chriſti & Frediſwidæ collegii nomen habet, ad ejus inſti- *P.202. tutionem atque ornamentum multi præ*clari viri Cantabrigia [2] ampliori præmio ſunt aſciti, & ex [3] omnibus ejus collegiis ſelecti quique eo tranſlati. Inter quos (ut ex multis paucos referam) Reverendus pater Rich. Coxus, epiſcopus hodie Elienſis, erat: Jo. Friar, inſignis noſtri temporis Medicus, Henr. Sumner, & Jo. Clerke, eximii Theologi, Gul. Bettes, Nic. Herman, Rich. Taverner, Flor. Dominicanus, Jo. Drumme, Jo. Akars, Jo. Frythe, & aliquot alii probi viri, liberalibus

Collegium Cardin. Wulſai.

Cantabrigienſes tranſlati Oxonium.

---

[1] Hîc lapſus eſt antiquarius. Non tam illi noſtros, quam noſtri illos ornarunt. [2] Vide pag. 533. [3] Cantabrigienſes accepiſſe quidem beneficia, non lediſſe comprobat.

ſcientiis cum primis eruditi. Rogati quoque erant per Rob. Shirton, Aulæ Penbrochianæ præpoſitum, atque ad hoc internuncium, Reverendiſſ. Matthæus hodie Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Joannes Scippus, Herefordienſis dudum Antiſtes: viri ſuo tempore apud Cantabrigienſes ingenio, doctrina, authoritate, & rerum uſu longe clariſſimi: atque ad hos Tho. Cranmerus, epiſcopus & ipſe nuper Cantuarienſis, niſi aliter illis perſuaſum fuiſſet ab amicis. Mitto Gual. Haddonum J. U. Doctorem, virum & humanitate & eloquentia clarum, qui, ut Magdalenenſi collegio præſit, Cantabrigia *Oxonium avocatus fuit anno ſalutis 1553. Sed primos illos ſi in veſtram Academiam aſcriptos aut non memineritis, aut negaveritis, & hos quoque Oxonium vocatos eſſe, tempus & oblivio negabunt, etſi recens memoria veriſſimum eſſe affirmet, & Drummi fama id uſque perſonet, niſi monumentis conſerventur. Quamobrem non eſt, cur hîc repugnes, ô Oxonienſis. Sed quid dico, literatos viros Cantabrigia ad vos tranſlatos, quum & collegiorum quorundam veſtrorum fundatores Cantabrigienſes habuiſtis? Etenim Richardus Foxus, Penbrochianæ Aulæ Cantabrigiæ Alumnus (cui pretioſa Aulæa, vulpis imagine inſignita, diſcedens dono dedit) Corporis Chriſti collegium Oxonii ædificavit anno Domini 1516. & poſſeſſionibus 401. librarum VIII. ſolidorum & XI. denariorum annui redditus donavit: & Tho. Rotheram Cantabrigienſis Cancellarius, epiſcopuſque Lincolnienſis, ſecundus fundator Lincolnienſis collegii: atque, ut quidam cenſent, etiam Gul. Smithe, epiſc. Lincoln. unus conditorum ænei naſi *collegii apud vos fuit. Demum, quo minus indigneris, Nicaſius [1] Cadneus de adventu Julii Cæſaris

R. Matt. Cantuar. & Joan. Scippus Heref.

**P. 203.*

Cantabrigienſes fundatores collegiorum Oxonii.

Gul. Smythe Aulæ Penbro. in art. inceptor Cantabr. anno Domini 1489.

**P. 204.*

---

[1] Magni facienda eſt horum authoritas ſcilicet. Vide

& Cadwalladrus Rex, cujus antea memini, è Cantabrigia Doctores & Poëtas totius Europæ (in qua eſt Oxonium) progreſſos eſſe tradunt, non tantum Oxonienſis Academiæ. *Rich. Crocus.* Richardus Crocus quoque (quem Eraſmus Rother. in epiſtola ad Linacrum, & Joachimus Camerarius in narratione de Helio Eobano Heſſo tanti faciunt) in ſecunda oratione ſua ad Cantabrigienſes, Oxonium Cantabrigienſium Coloniam eſſe ſcribit. *Aliena ſchola Britannicis literis imbuta.* Quid multis? Aluredus veſter, in epiſtola ad Werferthum, exteros olim à Britannis bonas literas petiiſſe commemorat. Julius Cæſar[1] in comment. belli Gallici lib. VI. Gallos ex Britannia diſciplinas hauſiſſe primum dicit. Et quid incommodi foret[2] (obſecro te) ſi Britanni à Britannis, incolæ ab incolis, recentior academia ab antiquiori literarum ornamenta ſuſciperet? quum ex quovis didiciſſe honeſtiſſimum ſit: quumque Edwardus[3] ſenior in privilegiis, Cantabr. Academiæ *P. 205. * conceſſis, matrem Philoſophiæ, & fontem clerimoniæ *Cantabr. fons Cleri.* eſſe dicat Cantabrigiam. Lutetia Pariſiorum in prima inſtitutione ſua (et poſtea etiam, quum Stephanus Anglicus Gymnaſii Pariſienſis decus floruit, & noſtra ætate quoque quum Rodolphus Baynus Anglus, *Rodolphus Baynus.* Cantabrigienſis gymnaſii alumnus, epiſcopus poſtea Lichfeldenſis & Coventrenſis, vir melior an doctior non facile dixerim, Hebraicas literas regio ſtipendio Lutetiæ

---

pag. 470, 484. [1] Non tamen ſtatim ſequitur, à Cantabrigienſibus accepiſſe. [2] Non; quid abſurdum ſit aut incommodum, quæritur: ſed quid hiſtoricæ veritati conſentaneum. [3] Roſſus, Rodburni (ut ait) in majori Chronica authoritatem ſecutus, Edwardum, Alfredi filium, Cantabrigienſem academiam inſtituiſſe, ut patrem ejus Oxonienſem fundaſſe, ſcribit: Illamque ab hac noſtra magiſtros et doctores accepiſſe. pag. 498.

publice docuit) à Britannis diſcere non erubuit. Id quod Rupertus Gaguinus Gallus in Annalibus non diſſimulavit, & Tho. Morus Britannus diligenter advertit. Tho. Morus. Ita tamen Oxonienſis inſoleſcit, ut ſubſidiarios per initia amicos atque ſocios, imo potius omnis doctrinæ [1] authores, non agnoſcat, faſtidiat. Verba Thomæ Mori excellentis ingenii & doctrinæ viri, ex apologia pro Moria Eraſmi ad Martinum Dorpium de Jacobo Fabro Pariſienſi, quem, velut reſtauratorem veræ dialecticæ & Philoſophiæ Ariſtotelicæ, feliciora ingenia ſectabantur, hæc ſunt. "Per eum * virum Lutetia *P. 206. "gratiam nobis referre quodammodo accepti olim be-"neficii videtur, quum per eum apud nos diſciplinas "inſtauret, quas ipſa à nobis initio acceperat. Quod "uſque adeo in confeſſo eſt, ut id Gaguinus quoque, "nec detractator Gallicæ laudis, nec buccinator no-"ſtræ, in Annales ſuos retulerit. Hæc Morus. Id agnoſcit & Pet. Ramus Gallus, Philoſophus hujus ætatis non ignobilis, in præfatione in Ariſtotelis Phyſica. "Britanniam" (inquit) "ut Pariſienſis Academiæ "parentem exoſculor. Lypſenſis quoque Academia, Græcas literas ex Britannia acceptas per Richardum Crocum, Cantabrigienſem olim oratorem, confitetur: ut Eraſmus Rotherodamus in epiſtola ad Linacrum, & Joachimus Camerarius in narratione de Eobano Heſſo teſtes ſunt. Monaſterium item Fuldenſe bonas literas ex Britannia acceptas fert, quod in eo prælegebat Rabanus Anglus, ut Tritemius in chronica Hirſaugienſis Monaſterii author eſt, ex recepta in Britannia conſuetudine per Bedam inita, & per omnia totius Europæ

---

[1] Qui nihil præter Grammaticam, nec eam fortaſſe tunc temporis, noverunt.

*P.207. *monaſteria ordinis ſancti Benedicti uſitata. Ingenuas artes ex Britannia hauſtas beneficio Marſilii de Ingelne Angli, profeſſoris & rectoris primi, Heidelbergenſis quoque confitetur Academia, ut idem Tritemius libro de ſcriptoribus literis tradidit. Imo nec Patavium, nobile certe Gymnaſium, à Britannis noſtra memoria publicis ſcholis inſtitui erubuit (quod vidi teſtor) nec Ticinum antiquis temporibus, ut alio loco diximus. Hæc ſi celebres viri atque Academiæ confiteantur[1], & cum gratia agnoſcunt, Oxonienſis beneficium acceptum agnoſcere dedignabitur? Amicos ſuos adjutores contemnet? ſocios ingratis modis atque odioſis verbis proſequetur, nulla facti gratia, nulla benemeritorum, nulla humanitatis ratione habita? Sed de iis non licet copioſius dicere. Id te forſan, Oxonienſis, ab omni gratia diſſuadet, quod ex Francia, ſeu, ut alii, ex veteri Saxonia, non Cantabrigia, per Alphredum revocatum Scotum Gulielmus Malmesb. de regibus in vita Aluredi tradit. *P.208. * At unde is, quæſo te, ante erat, quam bellicos tumultus fugiens (ut idem Gul. author eſt) in Galliam ſe receperat? *Gymnaſia Britannica.* Si [2]non ex Oxonienſi Academia, quæ tum non erat, neque ex Carleonenſi, Stamfordienſi, Bannochorenſi, Crekeladenſi, nec Latheladenſi, quæ ante diu eſſe deſierunt, neceſſario ex Cantabrigienſi gymnaſio fuiſſe cenſendum eſt. Nam in Scotia (ubi natus à Boëtho dicitur) non fuiſſe per ea tempora academias certum eſt, quum legam in antiquis monumentis Cantabrigienſis academiæ, [1] Edwardum primum, Angliæ regem, anno ſalutis 1270. inſtituiſſe, ut quinque Angli, tres Scoti, duo Cambri, & tres Hiberni ex gravioribus, ad pacem conſervandam in Academia Cantabrigienſi præficerentur, ut ſingulis gentibus aliqui ex ſuis moderentur. Unde ſcire licet[2], Scotos, literarum gratia, Cantabrigiam veniſſe. Neque enim ſalſuginoſa erat ea Scotis vicinia, ut habet Proverbium, neque, ut Ariſtophanis utar verbis, ἁλμυρὸν γειτόνημα. Etenim Joannes Major, homo Scotus, & hiſtoricus non incelebris, * libro ſuo de geſt. Scotorum primo, ſe [3] quoque Cantabrigiæ in collegio Chriſti eruditum confitetur. At vero non ante annum Domini 1411. ſtudium ſancti Andreæ in Scotia, nec ante annum ſalutis 1480. Aberdonenſem & Glaſguenſem ſeu Glaſcovienſem Academiam in eadem inſtitutas eſſe, hoc eſt, multis ſeculis poſt conditam Cantabrigienſem Academiam, Guolph. Juſtus in Catalogo Academ. author eſt. Ex Gymnaſio fuiſſe oportet, qui honeſtas diſciplinas, ſapientiamque venalem habuit, ut joco[4] inter mercatores Britannos ſolebat dicere, ob quas à Ca-

---

[1] Ingrati eſt beneficium acceptum non agnoſcere: Stulti eſt permulta ſe fateri ei debere, à quo nihil accepit. [2] Londinenſis ſic ratiocinatur: Ex academia fuit Erigena; ſed non ex Oxonienſi quæ non dum erat, neque ex Carleonenſi, ergo ex Cantabrigienſi. Major propoſitio non eſt indubitate vera, etſi Jo. Mailroſi joco confirmata. Sed ut ſit veriſſima, nihil tamen certi ex hac argumentandi forma colligitur, ubi plena non eſt partium enumeratio, quas per negationem ab aliquo removemus. Nulla autem hîc fit mentio academiarum, quas per ea tempora in majoribus cœnobiis celebrabant. Vide plura pag. 537.

Scoti, Cambri, Hiberni, Cantabr. ſtuduerunt.

* P. 209.

Scotica ſtudia.

---

[1] Hunc Longum appellant. [2] Huic, tametſi ſit noſtro ab inſtituto alienum, tamen hoc reſponſum volo: Oxoniam quoque veniſſe Scotos apud Jo. Majorem reperies. [3] Tres hoc loco viros, Joannis prænomine donatos, confundit: Joannem monaſterii in Ethelinga Abbatem, Erigenam, & Mailroſum Carolo Magno notum, cui ſoli multa conveniunt, quæ hoc loco Erigenæ tribuit Londinenſis. Vide pag. 553, 554, 555. [4] Sic jocatus eſt Jo. Mailroſus.

rolo Magno humaniſſime acceptus, honorificentiſſime tractatus, & Papienſi ſcholæ præfectus fuit. Quapropter[1], ſi à Cantabrigienſium ſchola Scotus primo promanarit, poſtquam literarum rudimenta in Weſtphalia & Hibernia, aut, ſi mavis, in Scotia didicerit, ac dein ad docendas literas Oxonium ab Aluredo ſit vocatus, ut tu confidenter dicis, quo pacto negare auſus es, Oxonienſes ſcholas Cantabrigienſium literis atque ornamentis neutiquam floruiſſe? *P.210. * Auſus tamen es negare, atque etiam regerere[2], Cantabrigiam ab Oxonienſibus petiiſſe potius doctos viros, Ridleium & Crayfordum: *Ridleius.* quorum Ridleium jure veſtro Oxonienſem dicis, quod in veſtræ Aulæ ſocietatem cooptatus ſit decimo tertio Aprilis anno Domini 1521. Sed Oxonienſes fuiſſe tam eſt verum, quam ſunt cetera omnia quæ ſcribis: ut pace tua dixerim. Conſtat enim ex Annalibus Cantabrigienſibus, Nicolaum Ridleium ſtuduiſſe in Aula Penbrochiana Cantabrigiæ, creatumque eſſe artium Baccalaureum anno Domini 1522. proximo videlicet anno quam tu electum ſocium apud vos fuiſſe dicis: & artium Magiſtrum 1525. Procuratorem Univerſitatis 1534. Baccalaureum Theologiæ 1537. & Doctorem Theologiæ 1541. *Crayfordus.* Crayfordum etiam, Baccalaureum artium anno 1512. Magiſtrum artium 1515. Procuratorem Academiæ 1522. Procancellarium 1535. eodemque anno Doctorem Theologiæ. Quid ergo? Oxonienſes iſti[3]? Ad iſtum modum, quiſquis Cantabrigienſis apud vos * fuerit vel ſpectandi gratia, Oxonienſis erit. Atque hæc quidem ut oſtendam, Cantabrigienſes ab Oxonienſibus non mutuatos eſſe doctos viros, ſed è contra Oxonienſes à Cantabrigienſibus: Joannemq; Erigenam fuiſſe Cantabrigienſem [1]. Idque eo magis, quod Bedæ diſcipulus fuit, ut ſcriptores referunt, & unus ex fundatoribus Cantabr. Acade. ut Freculfus: ideoque Gymnaſii veſtri ornamentum, quod tu à Cantabrigienſi aliquo doceri petis, ut ſæpe facis quoties ignoras, & tempus protrahis ut cunctando meliorem fortunæ eventum experiaris, & ignoratione adverſarii non virtute tua ſubterfugias, & quaſi victor evadas: quod tamen non es conſecutus. Si Gervaſius Dorobornenſis in hiſtoria ſua et anno Domini 1151. ſcribat, Stephanum regem multa ſtrenue incepiſſe, pauca cum laude finiviſſe, ſic ut labor ejus & ſtudium ſæpe emarcuit & elanguit, flore caruit [2] atque fructu, quid de tuis nec bene inſtitutis, nec finitis bene (quod bona tua venia dixerim) Gervaſius diceret, ſi in vitam is rediret? Sed fuiſſe plures uno illo Joanne Scoto Cantabrigia Oxonium tranſlatos (ſi eo tranſlatus is eſt) & olim, & non multis retro annis, jam [3] ante paucis explicavimus. Oxonienſis tamen bene ſecum actum exiſtimat, ſi argutiis ſuis id poſſit conſequi, nullum Oxonienſes accepiſſe doctum à Cantabrigienſibus, ſi Joannem Erigenam non acceperint. Sed [4] qua Dialectica, viderit ille. Atque hæc quidem fuiſſe non affirmo. nam Joan. Erigenam Oxonii docuiſſe non [5] concedo, ſed ut eſſent,

---

[1] Aſſumit tanquam verum, quod maxime eget probatione. [2] Nuſquam hæc habet Oxonienſis in Aſſertione ſua. Videto pag.416. et 420. [3] Fuerint, necne pag. 539ª. te docebit. Sed quando, volentibus nolentibus nobis, ita eos pro tuis haberi poſtulas, ut noſtros eſſe non ſinas, age tui poſthac per me ſunto. Nihilo tamen antiquior Cantabrigia fuerit.

* P. 211.

* P. 212.

per

---

1 Iſtuc temere magis quam vere abs te et tuis ſcriptoribus aſſertum eſſe videas pag. 541. 2 Obgannis. 3 Ne dixeris priuſquam ſciveris, oro. 4 Tua certe, aut nulla. Verba quæ hîc pervertit vide in Aſſert. pag. 414. 5 Baleus affirmat. pag. 541.

per rationes ejus ſtare poſſe dico. Quod autem de Joan. Scoto dixi, de Rabano, Claudio Clemente, & Alcuino dictum puta, quum neque iſtos in Britannia ſuis temporibus alibi quam Cantabrigiæ abſolute edoctos, eadem ratione exiſtimem. Quin & Polydorus quoque lib. V. Angl. hiſt. videtur indicare, Cantabrigienſes Oxonienſis Gymnaſii hortos ſua doctrina irrigaſſe, quum dicat: "Equidem[1] ab eo tempore, quo Sigebertus, Orientalium Anglorum rex, ſcholas in regno ſuo extruxerat, deinceps fuere viri ſemper in Inſula eruditiſſimi, qui, tanquam doctrinarum rivuli, ab illo fonte perpetuo *decurrentes, non modo Angliam, ſed Galliam quoque, mellifluo diſciplinarum nectare irrigarunt. Etenim [2] in Anglia eſt Oxonium. Quod ideo ex Sigeberti [3] fontibus ſapientiæ aquas hauſiſſe oportet, quod id poſterius Cantabrigia fuerit. Confirmationis loco id erit ex Josfridi [4] Croilanden. hiſt. in qua ſcribitur, "totam Angliam factam frugiferam per plurimos magiſtros doctoreſque de Cantabrigia exeuntes, ad ſimilitudinem ſanctiſſimi Paradiſi. Proinde non male ſcribunt, qui, Univerſitatem Oxonienſem ſcholam ſecundam eccleſiæ, putant, nempe [5] Anglicanæ, & fundamentum ejuſdem, literis eccleſiaſticis ſcilicet, poſt Cantabrigiam. Nam aliud fundamentum eccleſiæ nec Cantabrigia eſt nec Oxonium. Fundamen-

*P. 213.

---

[1] *Hic deceptum Polydorum, quum à veteribus plurimum diſſideat, cum hac tua interpretatione non admitto. Nam nec tu ei credis, ſcholas has Sigebertum conditorem habuiſſe. [2] Male infertur, *ergo Oxonium* c. nam quæ præceſſere locutiones ſunt hyperbolicæ, in quibus per omnia urgendum non eſt. [3] Hoc eſt, tuo judicio, nullis. [4] Joſfridi loco itidem reſponſum volo. [5] Morologica interpretatio: non Theologica.

tum enim aliud nemo poteſt ponere præter Jeſum Chriſtum. Ex eiſdem fontibus Oxonium bibiſſe, & illud Polydori[1] docet hiſt. ſuæ lib. IIII. "Poſtquam ſcho-"las Sigebertus Cantabrigiæ poſuit, brevi multi morta-"les doctiſſimi evaſerunt, floruitque deinde Cantabri-"giæ Gymnaſium bonarum omnium diſciplinarum "cognitione perpetuo. Quamobrem Anglia, quod poſt- *P. 214. ea claros ſemper doctrina viros tulerit, haud dubie Sigeberto cum primis acceptum referre debet. Ad hæc, quum is ipſe Polydorus lib. hiſt. ſuæ V. ſcribat, Aluredum propoſuiſſe mercedem omnibus, qui publice bonas artes profiterentur, & ea occaſione multos confluxiſſe Oxonium, docendi gratia, enarret, unde confluebant Oxonienſis dicat? Ex monaſteriis? hoc non eſſe veriſimile mox docebo. Ex aliis Academiis? ex quibus? quum nullæ aliæ eſſent præterquam [2]Cantabrigienſis per ea tempora, ut jam ante demonſtravi. Neque in toto occidentali regno, neque in auſtrinis regionibus ad Thameſim[3] uſque ne unus quidem fuit, qui Latine intelligeret, ſic ut epiſtolam de Latino in Anglicum verteret, vel ipſo Aluredo teſte in epiſtola ad Werferthum. Ex quibus Polydori teſtimoniis quid poteſt eſſe clarius, quam Oxonienſem ſcholam à Cantabrigienſi Gymnaſio literas atque literatos accepiſſe? Quamobrem non eſſe video, cur nolit Oxonienſis amicis Cantabrigienſibus gratus[4] eſſe, & ob acceptas li-

Imperitia Aluredi temporis.

---

[1] Paulo ante reſponſum *eſt Polydoro. [2] Immo neque Cantabrigienſis. [3] Ut demus tibi, Aluredum ita ſcribere, claudicabit tamen hæc tua ratio. Fuerunt namque per ea tempora in reliqua Anglia et Wallia docti aliquot viri, qui academiam noſtram citra veſtram operam inſtituere poſſent. Quinam fuerint vide pag. 543. [4] Præpoſtere quidem facis, qui prius gratias exigis, quam beneficia

*P.215.

Legionenſe ſtudium Oxonienſi antiquius.

*teras & literatos cumulate gratias agere. Nec [1] eſt certe, quamobrem indignetur, quum & Legionenſe ſtudium, quod Oxonienſi multo eſt antiquius (prætereo Cricladenſe, ut à Cantabrigienſibus ortum, quod de eo jam ante diximus) à Cantabrigienſibus cepit augmentum: quum [2] multi præclari [3] viri Cantabrigienſes, Lupo Trecaſſenenſi, & Germano Alticiodorenſi epiſcopis (quos Britanni è Gallia contra Pelagianos in ſubſidium fidei Chriſtianæ advocaverant) juncti, poſt cladem à Pelagianis Cantabrigienſi Gymnaſio illatam, ibi [4] ſe firmarunt, & ſacras literas, juxtaque liberales artes docuerunt. Ob quam cauſſam, haud ſcio an hæc illa Cantabrigia ſit & dicatur, quam ad Sabrinam poſitam Roffenſis hiſtoria refert. Anno enim Domini 896. ſic in ea ſcribitur. "Pagani noctu recedentes "per provinciam Merciorum, non ceſſabant donec ad "villam ſuper Sabrinam, quæ **Cantabrigge** dicitur, per"venerunt. Per *Sabrinam*, *Vſcam* intelligens (credo[5]) quod notior fluvius illa eſt, in quam ſe Uſca recipit.

Cantabrigia ad Sabrinam.

*P.216.

Non ex Monaſteriis profeſſores Oxonienſes.

*Sed in [6] Monaſteriorum ſcholis, non in Academiis, literatos viros per ea tempora edoctos dicis, & ex [7] eis

---

expoſueris.

[1] Sic colligit ineptam rationem ſuam Londinenſis: Legionenſe & Crickladenſe ſtudia, Oxonienſi antiquiora, beneficia Cantabrigienſium agnoſcunt, ergo et Oxonienſes pro acceptis beneficiis eis plurimum debent.

[2] Quinam obſecro?

[3] Hiſtoriam commentis tuis male confundis. Vide pag.544.

[4] Urbem Legionum intelligit: ſed male.

[5] Hæc conjectura tua, qua putas villam Cantabrigge ſuper Sabrinam eandem eſſe cum urbe Legionum, & Sabrinam pro Uſca ſumi, ideo mihi non ſatis placet, quod, Cantabrigiam villam ad Sabrinam non longe à Gloceſtria diſtantem etiamnum hodie exſtare, ſciam.

[6] Verba ejus in Aſſertione videre licet pag. 415.

[7] Ex academiis ad nos venire quî potuerunt, quum nullas tum tempo-

monaſteriis [1] veniſſe tuos, idque fulcis argumento non inani, ut tu quidem cenſes, quod docti fere id atteſtati ſunt. Atque ita in lubrico ante ſolo vacillans, denuo iter ſuſcipis, & non minori tamen erroris periculo verſaris. Sed quid dicam periculo, quum errores tui, nec valde periculoſi, neque graves ſunt? Etenim per ſumma & leviter tantum fundati ſunt. Periculoſius errant (ut ſcribit Jo. Sarisb. in Polycratico de Curialium nugis & veſtigiis Philoſophorum lib. II.) qui in ſoliditate naturæ, & vigore rationis, ſuum fundare videntur errorem, quod tu facis minime. Sapis tamen, qui in ſecunda tua editione, prioris ſenſum retractaveris, *fere*que in ea caute addideris, veritus alioqui, ne in prima veritatem non dixeris: atque ita ubi leonina pellis deficit, vulpinam inſuis. At qui ſunt iſti [2] docti viri (Oxonienſis) qui, temporum ratione habita, hæc affirmant? Quaſi vero ſub initio regni Aluredi (quo tu Oxonienſe * Gymnaſium conſtitutum aſſeris) omnia *P.217. eſſent monaſteriis plena, omnia monaſteria doctis occupata: Quum tamen [3] conſtet ex Aſſero, Gul. Mal. & aliis antiquis hiſtoricis, Danos evertiſſe omnia, monaſteria [4], eccleſias, bibliothecas [5], oppida denique, &

---

poris in Anglia fuiſſe, interdictis ac ſuppreſſis omnibus, certo conſtet? 1 Non ſine ratione veriſimilius eſſe putavit, doctos à monaſteriis, quàm à Cantabrigienſi pædagogio, ad nos veniſſe: nam ſimpliciter è monaſteriis eſſe profectos neutiquam affirmavit. 2 Complures ſane, ut videre eſt pag. 405, 528, 529. et ſequent. 3 Florilegus. Danicus hic furor in Weſtſaxonia non ante annum D^{i}.878. cœnobia invaſit: hoc eſt, 5. fere annis poſt Alphredi principatum. 4 De Danica hac rabie in monaſteria ſæviente plura te docebit pag. 544. 5 Parum firma eſt hæc conſecutio. Nam ut demus, omnia fuiſſe deleta: ſequiturne propterea doctos omnes, qui in ipſis erant, una interiiſſe?

quid non? ita ut vix quicquam ſupereſſet[1] integrum & inconcuſſum: ut & labor ingens Alphredo & inſequentibus principibus fuerit, nova reponere, & vetera reficere. Ex eiſdem ſcriptoribus[2] & illud quoque conſtat, doctos viros in fugam ſe per ea tempora conjeciſſe, " quod formidabant magis capitis periculum, quam " ſequerentur librorum exercitium: ut Gul. de regibus ex lib. II. verba referam: adeo ut vix unus ſupereſſet per omne occidentale regnum, & auſtrales Inſulæ partes ad Thameſim uſque, qui ſic Latine ſciret, ut epiſtolam Latinam in noſtrum ſermonem recte tranſferret, ut [3] ex ipſo Aluredo jam ante nos retulimus. Unde ſcire licet, tam eſſe veriſimile, Joannem Erigenam accitum[4] eſſe ad ſtudium Oxonienſe è cœnobio Menevenſi, quam eſt illud, eum à ſuis diſcipulis inter *P.218. legen*dum graphiis[5] fuiſſe occiſum: de qua re paulo poſt dicemus. Etſi ſunt, qui ore rotundo, & magna hiſtoriæ conſtantia & gravitate iſta tradant. Quod ſi in Monaſteriis eſſent literis educati, aut in celebrioribus, aut in minoribus obſcurioribuſque id fuiſſet. Si

Monaſteria celebriora.

---

[1] Vide pa. 545. [2] Apud hos de doctorum fuga ne verbum quidem. Tantùm dicit Malmesb. Jo. Scotum, concrepitantibus undique bellorum fragoribus, in Franciam ad Carolum Calvum tranſiiſſe. [3] Huic reſponſum eſt pag. 214. & 543. [4] *Ad ſe vocavit*, inquit Oxonienſis in Aſſertione ex Ranulpho Ceſtrenſi, non *ad ſtudium Oxon.* Vide pag. 415. Quamvis & cum Baleo, ibi profeſſum eſſe in ipſis academiæ noſtræ primordiis, cenſeat. [5] Jo. Erigenam à pueris, quos docebat, graphiis, ſeu, ut alii referunt, pugionibus eſſe confoſſum, Baleus, Platina, Martinus Polonus, in ſupputationibus, Hector Boëthus, Ja. Phil. Bergomenſis, Vincentius lib.24.hiſt.Ranulph.Ceſtrienſis, Florilegus, Malmeſburienſis, et alii non pauci affirmant. tu negas?

in celebrioribus, aut in Monaſterio S. Petri & Pauli Wermuthi[1] Beda claro, aut Bannochorenſi, aut Horniggeſſeyenſi[2], tribus paſſuum millibus Cantabrigia diſtante, eſſent. Quod ultimum, regalis dignitatis monaſterium fuiſſe, & non parvam Clericorum congregationem habuiſſe, hiſtoria Elienſis teſtis eſt: quæ ſic incipit. *Anno ab incarnatione Dominica 616. qui eſt annus* XXI. *ex quo Auguſtinus cum ſociis ad prædicandum genti Anglorum miſſus eſt* &c. quod idcirco adjungimus, quod author nomen non appoſuit. Nam de celebrioribus ea ætate, qua iſta floruerunt, non lego. At ubi [3]iſta erant regnum inchoante Aluredo? A Danis[4], qui annis XXV. ferro atque flamma Britannos fatigaſſent, prorſus attrita & dejecta. In Bannoch*orenſi[5] autem quum ſteterat, non niſi magna, ſi Divis placet, potuit eſſe eruditio, quum monachi, qui per ea tempora erant 2100. in ſeptem claſſes per centurias tres diviſi, quibus ſingulis ſinguli præficiebantur rectores, [6] ut Beda eccl.hiſt. gentis Angl. lib.II. & ca. II. docet, operi faciundo magis quam evolvendis libris erant intenti, ut idem Beda, & Ranulphus lib.hiſt.V. manifeſte docent: etſi unum [7] ſolum Gildam feliciori tempore & ingenio aliquando erudivit: ſed longe ante Aluredi tem-

*P.219.

Bannochorenſes Monachi.

---

[1] Debuiſſes *et Gerovici* addere. [2] Horniggeſſ.cœnobium inter incenſa et deſolata monaſteria Florilegus non recenſet. [3] Vide præcedentem pag. [4] Demus, hæc fuiſſe incenſa et deleta: ſequiturne propterea, omnia ſimili vi fuiſſe vaſtata? Vide pag.545,546. [5] Oblitus eſt Antiquarius, monaſterium Banacch. diu ante hæc tempora everſum eſſe. Vide pag.546. [6] De labore manuum ſuarum vixiſſe illos, uterque horum, quemadmodum et Galf. Monumetenſis, ſcribit: ſed *magis operi* c. tuum eſt gloſſema. [7] Potuiſſes et Abbatem eorum Dinoothum, et alios excepiſſe non paucos. Vide pag.546.

po-

Monaſteria minora. pora. Verum ſi, [1] in minoribus monaſteriis majorem doctorum copiam fuiſſe, dixeris,

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo?

Et cujuſmodi erant ea monaſteria? An talia fuiſſe putas, qualia erant noſtra memoria illud Sanctæ Trinitatis Norwici in Norfolcia, aut Sancti Albani propter [2] antiquiſſimos urbis Verulamii muros in Hertfordiæ provincia, aut magnificum illud S. Auguſtini Cantuariæ in Cantia, aut S. Suithuni Wintoniæ in Wiltonia, aut *P. 220. in Suffolcia illud S. Edmundi *Buriæ, aut illud Redyngæ, aut beatæ Mariæ Glaſtoniæ, multaque alia in Britannia, quæ propemodum civitates æquabant, opere ſane mirabili ſtructa? Cum quibus nulla monaſteria noſtri orbis potuiſſent conferri, aut eſſe æqualia. Certe credo, te negaturum. Nam iſtiuſmodi nulla erant ea ætate. Creverunt enim [3] ſucceſſione temporum. An qualia [4] ergo illa Edgari, grandia ſcilicet, quorum XLVII. dicit ſe exſtruxiſſe, pollicitus quinquaginta, ut alio ante loco diximus? An cujuſmodi illud Aluredi Ethelingia Monaſterium. [5] potius Ethelingiæ poſitum (cujus generis omnia fuere in principio, nam majora ætas fecit per incrementa, ut dixi) quod ſic deſcribit Gul. Malm. lib. de Pontif. V. "Quatuor [6] poſtes, ſolo infixi, totam ſuſpendunt ma-

---

1 Nullo negotio expugnatur arx, quam nemo propugnat. Nec iſtuc defenſum volo: quanquam nec iſta doctis omnino caruiſſe veriſimile eſt. Vide pag. 547. 2 Horum nonnulla longo ante Alfredum tempore conſtructa ſunt. 3 Facilè tibi aſſentior, ſi initio, et ante Danicam direptionem, magna quoque fuiſſe fateare. Vide pag. 547. 4 Hæc ante Alfredi ætatem evanuere. Quanquam ex iis etiam quædam magna initio fuiſſe ex Hovedeno & Ranulpho liquet. 5 Quale fuerit, vide pag. 548. 6 Huic loco reſpondetur pag. 548, 549.

"chinam, quatuor cancellis opere ſphærico in circuitu "ductis. Sunt ibi monachi pauci numero & paupe"res[1], ſed qui egeſtatem ſuam quietis & ſolitudinis "amore vel magni pendant, vel conſolentur. Hæc Gul. Malmesb. In quibus ſi doctos fuiſſe dicas, ut in iſto [2] Joannes Erigena, illud meminiſſe oportet, non hinc edoctum * avocatum Oxonium, ſed [3] aliunde [4] inſtructum, huc ab Aluredo aſcitum. *P. 221. Quæ res certe minimum facit ad tuum inſtitutum, imo adverſatur plurimum. Quod ſi iſtic erudirentur, unde inſtrumenta vitæ & literarum[5] in tanta egeſtate? At ſi concedam,[6] in monaſteriis claros fuiſſe viros, non per ea tamen Aluredi tempora: non quales in Academiis eſſe ſolent, nec [7] quales hi erant, quos ex Cantabr. Academia ortos dixi. Siquidem non ea univerſalis ſcientiarum profeſſio[8] in cœnobiis quæ in Academiis fuit, etiam ne tum quidem quum floruerunt maxime. Etenim in illis trivialis tantum ſcholæ fundamenta et literarum ſeminaria jacta ſunt potius, quam variæ ſolidæque ſcientiæ[9]: atque ſacrarum literarum, quam humaniorum & liberalium ſcientiarum ſcholæ poſitæ, & [10] eæ privatæ

---

1 Voluntaria ſcilicet profeſſione: quoniam privati nihil habuerunt aut cupiverunt. 2 In Ethelingenſi cœnobio monachum aut abbatem fuiſſe Jo. Erigenam non ſine errore affirmat. 3 Non in Gallia, ubi illum non didiciſſe, ſed docuiſſe, frequenter legimus. 4 Meneviæ ſ. Nam ea natalis urbs, ut ſcribit Baleus, illi fuerat. 5 Sup̄. ſatis. 6 Quomodo igitur Aſſerum et Erigenam ex Monaſterio Meneviensi ad ſe accivit? 7 Quales nemo unquam novit, ſi non Utopiæ per ea tempora viderit. Vide pag. 550. 8 Quantus olim viguerit diſciplinarum cultus in Theodori & Adriani ſchola Doroberni, pag. 524. in Maydulphi cœnobio, pag. 529. in cœnobio Pharenſi, pag. 549. et Wyrmuthenſi, pag. 550. videto. 9 Frivola tapinoſis. 10 In hoc aſſentior

magis quam publicæ: & commodiori tempore quam Aluredi. Itaque παρὰ μέλος iſta tua, ut dici ſolet. Tu tamen quaſi in re certa, doctis id fere atteſtantibus, ut ais, argute pergis, exempliſque agis, atque Joannem Erigenam (quem Scotum vocas) ex Menevienſi mona*ſterio per Alphredum [1] in Academiam veſtram evocatum dicis, qui in ea primus docuit, ut Baleus in Erigena ſenſiſſe videtur, à quo videris iſta mutuatus. In cujus rei confirmationem [2] profers Ranulphi Ceſtrenſis ex libro ſexto teſtimonium, in prima editione tua ſolo Baleo contentus, atque illum, quantumvis invitum & repugnantem, cogis in teſtimonium, cujus hæc verba profers. “Joannem Monachum” (Erigenam te intelligere ſcribis) “de ultimis Walliæ finibus, è monaſterio*S. David Meneviæ ad ſe vocavit. Sed hæc tua ratio aliud nihil eſt, quam umbra volitans, quam λῆρος ϗ φλυαρεία. Nam primo, non fuiſſe ex eo monaſterio factum ſapientem, & inde propter doctrinam Oxonium avocatum, jam ante demonſtratum eſt. Quod autem ad teſtimonium attinet, non videris ſane id citaſſe bona fide atque integrum, ſed dolo malo atque mutilum, uno atque altero vocabulo, quod ſermonem expleat, nempe, *ut literis* [3] *inſtrueretur*, prætermiſſis: ſpe-

Joan. Erigena non docuit Oxonii.

*P. 222.

---

tior tibi: ita tamen, ut non monachi ſoli, ſed et vicini literis inſtruerentur. Mutas reſtringendo errorem, non tollis. 1 Nullibi, Oxonium ab Alfredo vocatum, dicit. Vide Aſſertionem pag. 415. 2 Ad Balei confirmationem non profert Ceſtrienſis teſtimonium, ſed potius ut probet, ejus ætatis doctos non alibi quam in monaſteriis fuiſſe: Alfredumque, ſi non ſtatim poſt illius ad ſe vocationem, aliquanto poſt tamen Erigenam Oxonium miſiſſe, ut ipſe variarum literarum profeſſione ſuam initio academiam adornaret. 3 Ille *ad literarum profeſſionem vocatum* dixit, quod idem fere ſonat.

ciem quidem probationis præferens, probans autem minime, florens quidem ſed non *fructificans: dolo at- *P.223. que aſtu, pene dixi, uſus (οὐ γὰρ ἐπιγλωττήσομαι) ſolita tua rhetorica in mala cauſſa, quæ ſterilior eſt quam ut ullam veritatis faciem præ ſe ferat, ni fucis artibuſque commendetur. Quibus rebus opus eſt vel maxime, quod putre ſalſamentum amat origanum. Si enim ad eum modum referres Ceſtrenſis locum, quo ab eo ſcriptus eſt, cauſſam funditus everteres. Quod ut omnes intelligant, integrum aſcribam. Nam tu ſurculum tantum defringis & abis. Ejus verba hæc ſunt. "Aluredus elemoſinæ dator, miſſarum auditor, rerum "ignotarum inveſtigator, Sanctum Grimbaldum monachum, literatura & cantu peritum, de partibus Galliæ, & Joannem monachum de ultimis Walliæ finibus, ſcilicet de monaſterio ſancti David Meneviæ, "ad ſe vocavit, ut literis inſtrueretur. Hæc Ranulphus. Ex quo loco luce clarius eſt, Aluredum regem, Grimbaldum & Joannem monachum ſibi præceptores *Præceptores Aluredi.* ad docendas literas habuiſſe, non ſcholæ Oxonienſi profeſſores literarum advocaſſe, *etſi id Baleus dixerit. *P.224. Neque[1] ſi ad ſe vocarit, neceſſario ſequeretur, ut eum docendi gratia Oxonium amandarit Aluredus. Itaque dic amabo te, qua rhetorica, aut quibus artibus, verba illa Ranulphi, de Jo. Scoto Oxonium vocato, ut tu ais, tuo conveniant inſtituto? Quum certe cauſſæ tuæ tantum abeſt ut proſint, ut etiam vehementer obſint, imo vero contradicant. Hîc ergo, mi Oxonienſis, opus fuit diligentiori rhetorica (rhetorem enim te vocat Lelandus[1], & elegantem Poëtam) hîc aſtu & vaſritie majori, quod bona tua venia dicam. In qua re ſi jucundum tibi cenſes perſiſtere, ſi ϑύειον λῆμα, ſi ingens affectus tibi ſit pugnare pro Academia tua malis artibus, ſi hoc tibi glorioſum fore exiſtimas, cur non id agis quoque ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ, ut apud Thebanos Heros fias? Et licet rhetorica dicat, nude & jejune proferenda adverſarii verba, non tamen dicit, decerpenda duo aut tria vocabula teſtimonii ut cauſſam adjuves: nec ita implicanda ſcriptorum teſtimonia ut imponas, quod abs te *P. 225. factum eo in loco * eſt, quo de celebritate originis veſtræ Academiæ grandi faſtu magna crepas. Productis enim Polydori & hiſtoriæ regiæ teſtimoniis[2], Higdeni ſic involvis, ut primus, quod in eo continetur, & inſtituto tuo adverſatur, non explices, ſed complicatum verbis teſtimonii univerſalibus ſic præteris, ut credulo lectori, nec examinanti, præterquam quod tenebras offundis, etiam dolis imponis. Involvis autem ad iſtum modum. *Eadem etiam pene ad verbum deſcribit Ranulphus Ceſtrenſis*: quæ tua argumentandi citandique ratio eſt perpetua. Etenim alio in loco, uno atque altero teſte producto, ut Monem. & hiſt. regia, ubi [3] probare conaris, non alium fuiſſe Cantabrum quam Partholomum,

---

[1] Hanc ego argumentandi formam nec agnoſcere ut meam, nec probare poſſum: ut nec hanc tuam æque ineptam, *Erigenam et Grimbaldum ad ſe vocavit Aluredus, ut ſibi ac liberis præceptores eſſent: ergo poſtea Oxoniæ docere non potuerunt.*

---

[1] Amice fecit, ſi quid hîc peccavit Laylandus: quod & Baleus pro te fecit, nec tu ei ſuccenſes. [2] Si quid particulatim objeciſſes, reſponſum tuliſſes. [3] Minime, ſed Partholimum hunc hominem fuiſſe Cantabrum, i. ex Cantabria oriundum, ex Polydoro docuit: eoque authores, quos commemoravit, Oratori adverſari, quod hunc una cum claſſe (nam alterius Cantabri non meminere) in Hiberniam profectum eſſe, ac inibi conſediſſe, ſcribant: alto ſilentio ejus in Britanniam appulſum pertranſeuntes.

mum, ceteros acervo accumulas, & numero adjicis, diciſque, omnes, quotquot illam hiſtoriam attigerunt, eadem ferme dinarrare, & Oratori ſuffragari nullum, adverſari omnes. At qui ad iſtum modum ſcribunt, Gul. Tyrenſis, in prologo hiſtor. de rebus geſtis in terra ſancta, ne numerandos quidem inter ſcriptores [1] cenſet. Itaque ſi ad hanc rationem *examinarem ſingulas *P. 226. tuas argutias, quas plures eſſe credo, quam aut Chryſippi aut Didymi voluminibus [2] comprehendi poſſunt, certe tollerem tibi univerſas (ex fimbria de texto judicabis) atque ita in magna civitate, magna, ut aiunt, ſolitudo: cogeremque ad Cantabrigienſes denuo te [3] confugere, qui (ut Orator dixerit) prima bonarum literarum fundamenta apud vos jecerunt, non obſtantibus iis, quæ tu adverſum ſcribis. Sed iſta mitto. Illud eſſe verum [4], Alphredi docendi cauſſa Joannem adſcitum, Ingulphus in chronicis Croilandenſibus docet, & Aluredus ipſe quoque in præfatione Saxonica in Paſtoralem Gregorii ad Werferthum Wigorn. ſeu (ut Gul. Malm.) Wictiorum epiſcopum, teſtis eſt, ne quid de popinis mutuati videremur, quam ſic traduximus. “Poſtquam animo revolviſſem, Latinam linguam jam “olim intermortuam in Britannia, Anglicæ autem ſtu“dium & lectionem apud multos permanſiſſe, occepi, “inter varia atque multiplicia regni mei negotia, in

---

[1] Qualem igitur te ſcriptorem cenſeret, qui perpetuo varios indiſcriminatim authores, atque id fere præter inſtitutum, nullo judicio aut delectu habito, accumulas? [2] Adeone pauca aut compendioſa fuerunt horum volumina, ut te à mendacio liberare queas? [3] Noli, quæſo, præ humanitate tua hominem tam male tractare. [4] Miſere præter omnem neceſſitatem in re confeſſa te torques. Satis probaſti, quod nemo negat.

“Anglicum ſermonem Paſtoralem Gregorii nunc ad
*P. 227. “*verbum, nunc ad ſenſum convertere, prout à Ple-
“gmundo Archiepiſcopo meo, Aſſero Epiſcopo meo,
“& à Grimbaldo & Joanne Sacerdotibus meis didici.
Hactenus Alphredus. Id referunt & Flores hiſt. anno
ſalutis 872. & tu quoque in principio libri tui confi-
teris, quo [1] loco Alcuinum Levitam, alîus ætatis homi-
nem, inter præceptores etiam Aluredi infulcis, πάνθ᾽
ὑπὸ μίαν μύκωνον, nullam faciens diſcrepantiam, etſi hoc
præſenti loco immemor tui aliud dicis. Sed memo-
Unde Scotus. rem eſſe oportet. non enim inceſſam ego lingua. Ex
Flor. hiſt. anno eodem intelligo item, Aluredum [2] ex
Gallia utrumque avocaſſe, & Jo. Scotum anno 883.
non ex monaſterio Menevenſi veniſſe, hominem per-
ſpicacis ingenii & facundiæ ſingularis. Qui ſi Oxonii
bonas literas tradidiſſet, unde eſt, quod, referente [3] Gul.
Malm. de geſtis Britonum, Florib. hiſt. anno 883. &
Ranulpho lib. quinto, Malmesburiæ à pueris, quos do-
cebat, graphiis interemptus eſt? Hoc arguit, eum Mel-
duni docuiſſe, ut Hector Boëthus quoque author eſt,
*P. 228. non Oxonii (non enim ab equis ad aſinos, *hoc eſt,
Oxonia Meldunum, migraſſe puto) cujus nullam facit
prorſus mentionem, quum tamen ea res fuiſſet admo-
dum glorioſa Scotis. Regiis liberis adhibitum eum
præceptorem, cum Aſſero, Ingulpho, & aliis vetuſtis
ſcriptoribus diligenter tradit Boëthus: cujus verba ex

---

[1] Caſtigatur in margine libri pag. 387. quo te iniquiorem judico. Nam ille tuos errores caſtigatos non notat.

[2] Ex eodem loco conſtat, è Gallia vocatum eſſe Grimbaldum: Scotum non item; ſed, quod tu negas, è monaſterio Menevenſi. Vide pag. 550.

[3] Betas et fungos eſſe oportet, qui hujuſmodi rationes admittunt, quas male-ſuada rhetorica tua contra dialecticorum formas conficit.

decimo lib. Scoticæ hiſtoriæ huc aſcripſimus. "Joannes Scotus noſtras miſſus fuit ad Alarudum. unde, "Anglica nobilitate hortante, ex legato factus eſt hoſpes, regiiſque liberis adhibitus præceptor. Ad profitentem hunc Joannem Scotum Malmesburienſi cœnobio frequens auditor ex omni Anglorum ordine "confluxit, unde brevi res literaria in Anglia haud mediocre cepit incrementum. Ipſe Joannes cum corruptiſſimos mores adoleſcentum, quos docebat, acrius "argueret, ab eiſdem inter legendum pugionibus confoſſus interiit, & ibidem ſepultus. Hactenus Hector Boëthus. In quo ſcribendum *Aluredum* non *Alarudum*, etſi hiſtoria *Brutus* hoc nomen *Alarudum* ſubinde habeat, & hiſtoria S. Suithuni utrumque reſpuat, quæ non aliud admittit *quam *Alphredum*, quod [1] in teſtamento ſuo Rex (ut ait) non alio ſe nomine vocet quam *Alfreode*. Equidem, quid in teſtamento dicat, quod nondum vidi, neſcio: at in libris ejus Saxonicis, quos ego vidi, omnibus, ſe *Ælfred*, non *Alfreode*, nominare ſolet. Sed hæc de nominibus. De Erigena ſic ſentio. Si extra [2] Aulam regiam docuit, probabilius eſt, eum in monaſterio aliquo docuiſſe, quam in Oxonienſi Academia, propter metum Nicolai primi Pontificis Ro. apud quem fama hæreticum eum criminabatur. Docuiſſe [3] autem aliquando Oxonii, apud aliquem vetuſtum ſcriptorem non lego, ut [4] nec apud Aſſerum, nec hiſtorias Saxonicas, anno ætatis Alphredi XXIII. ſcriptas. Receptum eſt, eum Athenis per Italiam ad Lodovicum Galliæ regem deveniſſe, & illi Dionyſium

*P. 229.

Alfredi nomina.

Alꝼꞃeoꝺe.

Ælꝼꞃeꝺ.

In Aula regia & monaſteriis docuit Scotus.

---

[1] Curioſus eſt in re nihili. [2] Ex ſomnio tuo conjecturam facis. [3] Hoc probat, Bernardum non vidiſſe omnia: Nam Baleum legiſſe puto. [4] Nec mirum, quum nuſquam hujus Jo. meminerit (quod tu falſo aſſeris) ſed alterius.

tranſtuliſſe, alioſque ſcripſiſſe libros, qui, quod aliqua ex parte diſſonabant à fide Catholica, hæreticus eſt à Nicolao habitus, qui ad Carolum Calvum ſcripſit ea de re. Hinc Gul. Malmesb. credit, metu hujus infa- *P. 230. miæ Joannem Scotum ad Alfredum *declinaſſe. Unde veriſimilius eſt, poſtquam aliquando [1] apud Aluredum docuerat, eum ſe clam ſubduxiſſe in monaſterium Maildunenſe, ubi docuit, & graphiis interemptus à multis creditur. Apponam ejus verba ex lib. de Pont. V. raro admodum noſtra ætate. “ Jo. compoſuit librum περὶ “ φυσικῶν διαιρέσεων, in quo plurima, niſi diligenter diſcu- “ tiantur, à fide catholicorum abhorrentia videantur. “ Hujus opinionis particeps fuiſſe cognoſcitur Nico- “ laus Papa, qui in epiſtola ad Carolum dicit, Joannem “ olim non ſane ſapere, in frequenti rumore dicitur. “ Propter hanc ergo infamiam (credo) tæduit eum “ Franciæ, venitque ad regem Alphredum, cujus mu- “ nificentia & magiſterio uſus, ut ex ſcriptis regis in- “ tellexi, ſublimis Melduni reſedit, ubi poſt aliquot an- “ nos à pueris, quos docebat, graphiis perforatus, ani- “ mam exuit. Hæc Gulielmus. Quæ ideo adduxi, ut oſtendam, in Aula regia & Monaſteriis docuiſſe Joannem, non in Gymnaſio Oxonienſi: maxime quum hæreſeos nota laboraſſet. De ceteris, hoc eſt, an natio- *P. 231. *ne Scotus idem Joannes erat, ut Hector Boëthus vult? *Erigena non fuit natione Scotus.* an Britannus Meneviæ oriundus, & in reditu Athenis & ex Gallia eo loci monachus factus aut exceptus, et inde Oxonium ad profeſſionem literarum per Aluredum vocatus, ut Joannes Baleus ſcribit? & an à pueris graphiis peremptus, ut Gulielmus Malmesburienſis docet? nihil diſputo. Penes authores fides eſto. Illud dicam [1], Aſſerum, vetuſtum authorem, cujus fidem hîc maximi facio, quod cum Joanne in Aula regia conſuetudinem habuit, iſta non tradere, ſed fuiſſe eum genere Ealdeſaxonem, (quod [2] et Ingulphus & Gul. Mal. in vita Aluredi confitentur) [3] hoc eſt, *veterem Saxonem*, & abbatem monaſterii quod Ethelingiæ exſtruxerat Aluredus, & à Gallicorum monachorum auditorum ſuorum famulis noctu in eccleſia inter orandum vehementer ſauciatum, atque ut mortuum, projectum ante ædes publicæ meretriculæ, quaſi ab ea aut procis ejus interfectum, in libro de geſtis Alphredi, atque etiam in Annalibus ſcribere: * etiamſi Hector Boëthus in Scotorum hiſtoria, & Martinus Polonus in Supputationibus, aliud dicant. Ex quibus Boëthus illud Aſſeri *inter orandum*, vertit in, *inter legendum*. Veterem Saxoniam voco, Weſtphaliam. Etenim Wernerus Roleuinck [4] Weſtphalus, Chartuſianus Colonienſis, & Sebaſtianus Munſterus Coſmographus Baſilienſis, ſic interpretantur. Ille enim in faſciculo temporum circa annum Chriſti 714. ubi de Conſtantino filio ſcribit, ſic habet. "Lebuinus, presbyter ſanctus, Anglicis prædicat in Velva, & poſt in Saxonia antiqua, id eſt, "Weſtphalia. Iſte, Coſmographiæ ſuæ lib. III. ad iſtum modum: "Vera & vetus Saxonia, eſt Wephalia. Et rurſus eodem libro: "Weſtphalia, quæ eſt occidua Sa"xonia. Etſi hodie *Oſtfalai* pro *Weſtphali*, & *Angrarii* pro *Angli*, & *Angria* pro *Anglia* Saxoniæ corrupte ſcribunt duces eorum locorum in titulis, ut in Baſilio Joan-

---

[1] Cur non, poſtquam Oxoniæ profeſſus fuerit hoc accidiſſe, exiſtimem?

Cujas Scotus, & qualis illi mors.

*P. 232.

Vetus Saxonia.

---

[1] Bella collectio, ducta ab authoritate negative. Vide pag. 552.
[2] Hii omnes de alio Joanne, non de Scoto, loquuntur.
[3] Vid. pag. 553.
[4] Quam nihil ad propoſitum ſunt hæc omnia?

ne Heraldo inter leges Saxonum titulo ſeptimo libri de originibus ac Germanicis antiquitatibus atque legibus: & *Alberto Krantzio in ſua Saxonia lib. I. cap. XXI. & lib. II. cap. II. ſcire licet. Erat ergo Erigena Saxo, appellatus tamen *Scotus*: non à natione Scotica[1], uti Boëthus exiſtimat, ſed quod verſabatur in Hibernia, quam olim bonis literis floruiſſe, author eſt Sulgenus, ut eo loco diximus, quo tacita authorum nomina explicuimus. Etenim ætate Alphredi regis, Hiberni vulgo dicebantur Scoti. Eam ob cauſſam ubicunque apud Oroſium occurrebat *Hibernus*, Aluredus vertit **Scotte**. Ratio eſt, ut reor, quod Scoti prius Hiberniam quam Albaniam incoluerunt: quibus adhuc deſtituta Hibernia non eſt, **Kedſchankes** hodie (ut audio) appellatis. Hinc natum puto, ut hi, [2] quos lib. hiſt. ſuæ V. Polydorus ſequutus eſt, authores, è fama referant, Jo. Scotum[3] ex Hibernia aut Scotia in Galliam delatum. Certe id mihi perſuadeo, ſi in ſchola veſtra prælegiſſet Joannes Scotus, aut Boëthus aut Joannes Major annotaſſet. Etenim, quum de Alexandro Halenſe, Richardo Middeltono, Joanne Dunſo, Gul. Occham, Roberto Holcot,* Hentisbero, & aliquot aliis recentioribus Oxonii educatis, diligenter ſcribat libro hiſt. ſuæ primo Major, non committeret, credo, ut Joannem Scotum, inſignem certe virum, & Oxonii do-

*P. 233.

Cur Erigena dictus Scotus.

*P. 234.

---

[1] O raras antiquitatis delicias. [2] Nihil quicquam tuæ cauſſæ patrocinantur. Vide pag. 554. [3] Joannem Erigenam Scotum natione fuiſſe, apud nullum probatum ſcriptorem, præterquam Hectorem Boëthum, reperitur: ſed Anglum aut Wallum fuiſſe, certiſſima conjectura paulo ante declaravimus. Non eſt igitur mirum, ſi hac de re altum ſit apud Scoticos hiſtoricos ſilentium. Cur *Scoti* cognomento ſit inſignitus vide pag. 555.

centem, ut tu ais, unum inter alios intermitteret. Eſt Scoti. enim hoc [1] hominum genus in gloriam ſuam gentiſque ſuæ nimium effuſum, & reliquorum mortalium contemptor quidam, ut à multis proditur. In tantum enim nobilitatem ſuam oſtentare ſolet, ut in ſumma rerum inopia degens, ad regiam tamen ſtirpem genus ſuum referre non dubitet. Itaque ut magnifica quædam de Joannis Scoti legatione, de interceſſione Principum Britanniæ, de ſcholaſticorum multitudine Hector Boëthus in hiſtoriam ſuam interſeruit, ita publice in univerſitate docuiſſe, atque ea in Britannia, quod ad Scotiæ laudem atque gloriam vel maxime pertineret, quomodo ſilentio præterire potuiſſet? Tam eſt igitur probabile, Jo. Erigenam primum fuiſſe apud vos literarum profeſſorem [2], quam eſt id, quod Polydorus lib. Ang. hiſt. V. ſcribit, Aluredum, rerum potitum, primo quoque tempore* voti cauſſa Romam profectum * P. 235. eſſe, ubi regiæ [3] coronæ honore ab Adriano II. Ro. Pont. rurſus honeſtatur, quod fuit anno ſalutis 872. Quum tamen Aſſerus & Henr. Huntud. dicant, "eo anno bellis eum fuiſſe implicitum, verſus Londoniam duxiſſe exercitum, & octo prœlia ut iſti, novem ut Simeon Dunelm. & Florilegus conteſtantur [4], cum Danis commiſiſſe, neque operibus pietatis incubuiſſe ante pacis & quietis tempora. Polydorus quoque ipſe eodem loco ſcribit [5], ab initio [6] principatus omnia dif-

---

[1] Hæc ex Sabellico ſunt ſatis inconſiderate deſumpta. [2] Captat digrediendi occaſionem. [3] Nec me quidem hac in re ſuffragatorem habet. [4] Non tamen, ad finem ſui principatus eum iſta relegaſſe aut diſtuliſſe, volunt. [5] De primi anni difficultatibus loquitur: nam qui ſecuti ſunt labores, ipſæ res ſecundæ probe temperarunt. Vide pag. 556. [6] Primo viz. anno.

ficillima fuiſſe,& deinceps omnia [1] plena laboris. Quæ quemadmodum cohæreant, non video, ut cui omnes difficultates & labores eſſent in principio, ei tantum eſſet otii, ut primo quoque tempore peregrinationis cauſſa Romam iret, & coronatione rurſus honeſtetur. Demum, quum ab Adriano rurſus honeſtatum dicit, non dignatur tamen concedere, honeſtatum eum prius à Leone quarto, ut Gualterus Coventren. & Gul.Mal. aliique vetuſti authores conteſtantur. Niſi enim à Leone prius, ab Adriano rurſus honeſtari nequibat. Nam
*P.236. illud *rurſus, ſimile quid factum prius commonſtrat. Atque ita per incogitantiam id verum eſſe confitetur, quod verum eſſe poſtea negat. Quamobrem ſi iſti monachi profeſſores veſtri non eſſent (non [2] fuiſſe autem jam eſt comprobatum) magnam certe injuriam facis tuæ Academiæ, quum ejus literarum fundamenta craſſis monachis (quibus nihil indoctius [3] proverbio celebratur) non Academicis omnis doctrinæ fontibus, tribuis. Quam inique comparatum abs te eſt, ut, propter odium aut invidiam Cantabrigienſium, malis ſcholam tuam ab ingloriis [4] & ſtupidis monachis, qui ne tria quidem Steſichori norunt, ut dici ſolet, quam ab illuſtribus & glorioſis [5] Academiis, literarum nutricibus, virtutum domiciliis, omnium Muſarum ſedibus, atque omnis pietatis & officii alumnis originem ducere? & propter celebritatem loci, [6] ejus literas contemnere, ut ſolet ſtultum vulgus, cui vix triens ſapientis viri eſt, imo

---

1 Sed feliciora. 2 Somnians dicit quæ vigilans voluit. 3 Stultorum ac malevolorum diverbium. μωρὸς γὰρ μωρὰ λέγει, ut ait Euripides. Vide pag. 558. Reſponſum quære pag. eadem. 4 Sic tu appellas doctiſſ. viros Jo. Erigenam ac Grimbaldum? 5 Utopienſibus. 6 Contemnit igitur, qui antiquiorem, quam revera eſt, non eſſe concedit.

vix ſemuncia rationis ſi compares ad aſſem, quod non alia ratione contemnit Muſicam, ex ſeptem ſcientiis li*beralibus unam, omnibus ſeculis cultam & laudatam, quam quod ejus uſus in eccleſiis ſit: quum tamen authoritate Nicephori Calliſti eccl. hiſt. lib. IIII. etiam ab exordio primativæ eccleſiæ canendi uſus in templis erat, & ad ſua uſque tempora retentus? Sed ad ſtultum vulgus ſua ſtulta relegamus, tu, [1] qui literatus es, Academias literarum matres agnoſce. Etenim à monachis [2] nihil Latinum, nihil elegans atque terſum, nihil politum per ea tempora afferri ſolebat. Unde natum putem [3], ut quæ parum Latina, quæque corrupta ſunt, *Bangorenſia* noſtris hominibus Latinis vulgari proverbio [4] dicerentur, & adhuc dicuntur. Credo, quod Bangorenſes monachi, Bannochorenſis [5] ſtudii reliquiæ, fæces tantum literarum retinuerint. Noto imperitiem, non noto ordinem. Imo ſunt qui ſcribant, monachos olim fere fuiſſe laicos, ex quorum genere Benedictinos & Franciſcanos numerant. Sunt & alii qui putent, illis irreligioſum fuiſſe ſcire literas. Sed hoc quam ſit verum, neſcio. Illud verum eſſe ex monachis Bannochorenſibus *intelligo, de quibus, opera victum quæritantibus, paulo ante ex Beda & Ranulpho diximus. Sed dices, bona verba, quæſo te, Londinenſis.

Muſica exculta.

*P. 237.

Bangorenſia.

*P. 238.

---

[1] Equum in planitiem provocas. Vide pag.558. [2] Non id monachorum, ſed temporis vitium erat. Nec Cantabrigienſes tui, ſi eo tempore exſtitiſſent, ab hac corruptela immunes fuiſſent. Vide pag.559. [3] Egregia divinatio. [4] Turpiter tu quidem *Bangorizas* et à vero exorbitas. Non monachi Banochorienſes, ut tu exiſtimas, ſed rureſtres parochi diverbio locum fecere. Eum namque *Bangorizare* dicebant olim, quem non rite horarias preces abſolvere ſciebant, plura vide pag,560. [5] De his nullibi veteres.

An non bona pars ſcriptorum tuorum monachi ſunt? non Bramis, quem Baleus non recte *Bromum* vocat? non Higdenus, non Matth. Weſtm. non Gocelinus denique, & aliquot alii ſcriptores tui monachi erant? Quid ergo, indocti monachi? Docti quidem hi erant, mi Oxonienſis, ut ſua ferebant tempora, et multo quam docti ſane diligentiores, quæ res hac noſtra ætate, florente doctrina, deſideratur. Sed una hirundo non facit ver. Si pauci docti & ſtudiis dediti ſunt, ergo omnes? ergo Aluredi tempeſtate? Verum hac de re paulo ante copioſius: hoc jam dicam [1], hanc ſcribendi rationem hiſtoricam monachis datam potius exiſtimo authoritate bonorum principum, quibus reipublicæ ſuæ cura fuit, quàm ſtudio monachorum natam. Quum enim res geſtas ſuorum temporum memoriæ mandari boni Reges ſtuduerunt, hanc provinciam monachis dederunt. Sic *Edwardus primus anno Domini 1291. & regni ſui XIX. imperavit cœnobio Roffenſi, ut in commentarios referrent res geſtas ſui temporis ut acciderint, idque cœnobium cum multis aliis monaſt. & præcipue S. Albani, in hoc delegit, tanquam in theſaurum & cuſtodiam rerum memorabilium, uti Matth. Weſtm. & is qui Roffenſem hiſtoriam edidit, ſcribunt. Sic Henricus tertius præcepit Matth. Pariſio, anno ſalutis 1247. & regni ſui XXXI. ut ſcriptis commendaret, ne ulla unquam oblivione deleatur, ſe peditem geſtaſſe in ſolenni proceſſione, ſpectante populo, ſanctum Chriſti ſanguinem (quem Magiſtri templi à terra ſancta miſerunt ad regem) ab æde ſacra Divi Pauli ad eccleſiam Weſtmonaſterienſem. Erat autem Matthæus Pariſius Chronographus regis. Poſt cujus mortem, ſuffectus eſt in ejus

Quibus commiſſum ſcribendi hiſt. negotium.

*P. 239.

Hiſtoriarum officina.

Hiſtorici Regii.

---

[1] Alieniſſima ſunt à propoſito, quæ hîc inſarciuntur.

officium ſtipendio regis Gulielmus Riſehanger, Sancti Albani monachus: & à morte ejus alii multi ejuſdem eccleſiæ monachi ad multos annos. Etenim Regibus occidentis mundi partis conſuetum fuit olim, apud ſe *habere eos, qui res eorum, ut erant geſtæ, annis ſingulis bona fide ſcriberent. Sic tamen, ut neque regis ætate, nec filiorum ejus, facerent publicas, ſed ita concinnatas hiſtorias, in archiva referrent regia, ubi ad poſteros reſervarentur: uti Virumnius Ponticus in hiſtoria Britannorum refert. Neque iſti principes authores ſolum erant novas hiſtorias conſcribendi, ſed conſervandi veteres etiam. Lucubrationes enim Rogeri Hovedeni diligenter perquiri juſſit Edwardus primus, quum pro jure principatus regni Scotiæ ingens eſſet controverſia, authore Ranulpho lib. ſeptimo. Qua definita quæſtione, magno ſtudio curavit per literas ſuas, ſigillo Scacarii ſui obſignatas, ut Prior & conventus Cœnobii Meritonenſis in Surria, in perpetuam rei geſtæ memoriam, commentariis traderent, quæ acta decretaque ſunt de primatu regni Scotiæ ad Angliæ regem pertinente, quum Joannes de Baliol in regem Scotiæ eſt ſuffectus: teſte Matt. Pariſio & M. Weſt. Quæ res, tum diligentia ſua, tum præcedentium principum, illi poſtea magno certe *fuit uſui. Nam in ea, quam nuper dixi, controverſia de primo & capitali Domino regni Scotiæ, productis edicto ſuo ex omnibus eccleſiis cathedralibus, ex omnibus monachorum monaſteriis & canonicorum cœnobiis, hiſtoriis & annalibus, per cujuſque loci duos deſignatos utriuſque juris peritos, Norhami ſuper Tuedam in confinio utriuſque regni, in concilio generali (quod Parlamentum dicunt) anno Domini 1291. & regni ſui XIX. habito, & diligenter evolutis & collatis, & quid quodque Chroni-

con

*P. 240.

*P. 241.

Quantum profuerunt Principibus hiſtoriæ.

Ex hiſtoria Abindonenſi.

con de ea re contineret aut non contineret, collecto & explicato, per eos & alios doctos viros in hoc ſelectos, *Rex Angliæ, Dominus regni Scotiæ.* repertum & decretum eſt, Angliæ regem, principem & capitalem Dominum eſſe totius Scotiæ. Hæ hiſtoriæ ut erant multæ (quo minus ſit Mirimutho, cur de hiſtoriarum inopia conqueratur) ita adhuc ſuperſunt, ſi non univerſæ, at ſaltem ſingulæ: quarum Catalogus uſque manet integer, & ipſe liber de controverſia conſcriptus, cedro certe dignus, (quem aliquando *P. 242. per otium forſan dabimus) *& epiſtola una bene longa Edwardi regis nomine per Gul. Riſehanger conſcripta, aliaque per magnates Angliæ ad Bonefacium octavum ſuper ea re miſſæ, docentes ex his, & aliis hiſtoriis ex archivis regni Scotiæ apud Stone, ad regem Angliæ pertinere jus regni Scotiæ. De quo argumento etiam Gul. Hothome, Prior provincialis fratrum prædicatorum Angliæ, *Ex Chronic. Wal. Hemingford Gisburnenſis.* orationem habuit Gallice ad Regem & magnates utriuſque regni, ex chronicis, privilegiis, & aliis literis regalibus, & papalibus, Scotorum reges Anglorum regibus homagium feciſſe, & eos dominos ſuos vocaſſe, ut hiſt. verbis utar. Atque hæc quidem de principatu Scotiæ. Ad Hiberniæ regnum cognoſcendum & antiquos gentis mores multum facere poſſunt eædem hiſtoriæ. Nam ex eis ſcire licet, *Rex Angliæ, rex etiam Hiberniæ à multis annis.* quemadmodum Henrico ſecundo & heredibus ſuis confirmatum ſit in Concilio Caſſellenſi anno 1171. Hiberniæ regnum: & eum non Dominum tantum, ſed regem cum heredibus ſuis in perpetuum conſtitutum. In quo Concilio ſtatutum & illud quoque fuit, ut pue- *P. 243. *Baptiſmus.* ri baptiſentur in Eccleſiis à Sacerdotibus: (Nam *ante in multis Hiberniæ regionibus ſtatim ut puer naſceretur, à patre, aut quovis alio, ter mergebatur, in aqua ſi ex paupere, in lacte ſi ex divite, natus eſſet:) & de-

decimas ſolverent quas non ſolebant: & quas vellent uxores jure eccleſiaſtico ducerent, nec ut ante quot vellent, nec cognatas aut germanas, nec obvias aut promiſcuas haberent. Eædem hiſt. & hoc docent, "Henricum ſecundum Oxoniæ anno 1177. coram epiſcopis & principibus regni conſtituiſſe Joan. filium ſuum natu minimum Hiberniæ regem, & familiaribus ſuis diſtribuiſſe terras Hiberniæ, & feciſſe eos devenire homines ſuos & Joannis filii ſui, & jurare ſibi & Jo. filio ſuo fidelitatem & legiantiam ſeu ligantiam", (utor verbis hiſt.) "contra omnes gentes de terra Hiberniæ: & Hibernos etiam ipſos cum regibus ſuis (præter Connatiæ regem) cum IIII. archiepiſc. & ſuffrag. ſuis homagium & fidelitatem feciſſe, hoc eſt, in verba & fidem juraſſe eidem Jo. regemque quadringentis navibus armatorum hominum in Hiberniam trajeciſſe, an. 1171. quæ omnia Gualt. Coventrenſis fuſius explicat, ſi cui ſtudium ejus rei ſit. *Sed hæc obiter, oblata occaſione ex monachis, qui Aluredi tempore indoctiores erant, quam ut Oxonii bonas literas profiterentur, paucis exceptis, qui ibidem nunquam docuerunt. Etſi monachi, qui inſecuti ſunt, paulo doctiores erant, & authores variarum hiſtoriarum, quæ magno commodo regno fuerunt & eſſe poterunt, ſi qua ratione habita conſerventur: quod optandum quidem eſt, & precibus poſtulandum quoque, quum hodie nullus fere antiquitatis eſt reſpectus, nec memoriæ rerum geſtarum ulla cogitatio. Noſtrarum rerum major cura exteris eſt quam noſtris. Quæ res occaſionem dedit Polydoro Vergilio conſcribendi hiſtoriam Anglicam: Paulo Jovio, Carioni, & aliquot aliis noſtri temporis mandandi ſcriptis quæ hac noſtra ætate acciderunt, cum pudore noſtrorum. At quid mirum, quum

Conjugium.

Ex Gual. Coventrenſi.

*P. 244.

Proſpiciendum hiſtoriis temporum.

quum Literatorum nulla hodie habeatur ratio, quum literæ laudentur & algeant? Sed de monachis, Oxoniæ non docentibus, abunde dictum eſt.

*P. 245. *Anaxagoras potuit eſſe* [1] *Cantabrigiæ.*

Redeo ad argumenta tua, unde ſum digreſſus: & primo ad Anaxagoram *Philoſophum, quem intempeſtive in hiſt. Cantab. ingeſtum & repugnante tempore aſſeris. Verum concordante tempore[2] id factum judicabis, ſi ab aliis quidem ſcriptoribus Gurguntium regnare cœpiſſe annis ante Chriſtum 487. à Paulo vero Conſtantino Phrigione (diligentiſſimo noſtri temporis Chronographo) 479. & Anaxagoram annis ante Chriſtum 450. vixiſſe, memoriæ traditum intelligas. Ceteros[3] mitto, Euſebium dico, Achillem Gaſſarum, Chriſtianum Maſſeum, Joannem Functium, Henricum Panthaleonem, Valerium Anſelmum, Ryd, Cornelium Cornipolitanum, & Bibliandrum, inter quos, papæ! quanta temporum diſcordia eſt, dum ex his alii Bibliorum, alii ſeptuaginta interpretum, alii aliam ſupputationem ſequantur, ut ante exemplis declaravimus? Richardus Diviſienſis[4], homo noſtras, in Epitome rerum Britannicarum contemporaneos facit Gurguntium regem, & Anaximandrum Anaxagoramque Philoſophos. Nam poſtquam oſtendiſſet, quo anno, quo regnante Principe, & quo authore *condita fuit Cantabrigia eis verbis, quæ jam ante retulimus, quum antiquitatem Cantabrigienſis Academiæ ſcriptorum multitudine comprobavimus, eodem anno mox ſubjungit: "Thaletis diſcipulus fuit Anaximander, cujus Anaximenes, cujus "Anaxagoras. Marianus quoque Scotus (quem hiſtoria Roffenſis veraciſſimum hiſtoricum vocat) lib. chron. I. anno mundi 3616. ætate quinta, "Anaximandrum "Mileſium Phyſicum agnoſci ſcribit. Quod tempus ut erat ante Chriſtum annis 347. juxta Lanquetum, ita non abhorret à Gurguntii ætate, qui regnaſſe legitur annis ante Chriſtum 375. ut ex Lanqueto quoque tuo & Stoveo diximus. Cum Mariano conſentit & Freculſus lib. IIII. chronic. "Tunc" (inquit) "& Anaximander Mileſius Phyſicus agnoſcitur, cujus Præceptor Thales Mileſius fuit. Et paucis interpoſitis: "Huic ſucceſſit ejus auditor Anaximenes, &c. Itaque, ſive Conſtantini, ſive Mariani ſupputationem ſequaris, differentia tantum XXVIII. aut ſummum XXIX. annorum *erit: qui ab ætate, qua floruit, ad obitum uſque facile potuiſſent conſumi. Sic ut nihil repugnet poſt conditam Academiam Cantabr. & Anaximandrum & Anaxagoram Cantabrigiæ eſſe potuiſſe. Imo ſi [1]Jo-

---

[1] Ex ſupputatione nigri codicis, et tua.

[2] Vide pag. 560.

[3] Non ob id, opinor, quod in temporum ſupputatione inter ſe, ut cauſſaris, diſſentiant: ſed quod tibi penitus adverſentur.

[4] Ludis operam, dum multus es in aſtruenda academiæ tuæ à Gurguntii regno antiquitate, quum de ea nihil nobis certi ex recentiorum ſcriptis referre poteris. Quippe ii de rebus ab eo, in quo vixerunt, ſeculo remotiſſimis, ideoque maxime incertis, plus ſcire non poterant, quam ab ipſa didicerunt antiquitate: qua tacente, ipſorum fides vacillet eſt neceſſum. Quocirca eatenus fidem eis adhibendam cenſeo, quatenus quæ ſcribunt veterum authoritate confirmant. Ego, quid de noſtra Britonum temporibus academia non omnino malæ fidei ſcriptores ſentirent, quanto potuerim ſermonis compendio retuliſſe contentus ſum:

* P. 246.

* P. 247.

ſum: quod te meo exemplo facere ſatius foret, quando ad rem controverſam non pertinent quæ tu de priſcis illis, quæ cum hodiernis ne nomine quidem conveniunt, nimis anxie diſquiris. Stultum eſt, mea ſententia, harum Britannica principia ſine Britannicorum ſcriptorum authoritate, quorum ſcio nemo tibi ſuffragatur, tanto ſtudio perquirere. Præſtaret itaque ſilere, quam nihil dicere.

[1] Diog. Laërt.

Herriſono, authori gravi atque docto, credendum ſit, Anaxagoras Cantabrigiæ ſepultus eſt: quod ut non affirmo, ita nec oppugno. Hoc dico tamen, tam eſſe probabile, Anaxagoram obiiſſe Cantabrigiæ in ædibus, quæ Anaxagoræ nomine appellantur, quam ab Aluredo [1] ortam veſtram Academiam, aut à Græcis [2] natam, ut hiſtoriola veſtra gloriatur, quæ nec ſtylo nec argumento convenit cum antiquis ſcriptoribus, quos mihi ſaltem vidiſſe contigit, vidi autem non paucos. Quod ſi quis bonæ fidei ſcriptor ſit præter te & hiſtoriolæ id qui ſcribat, ne graveris locum deſignaſſe & authorem in rei fidem.

Cantabr. Academia antiquior collegiis.

Ad extremum[3], Cantabrigienſe Gymnaſium antiquum non putas, quod ejus collegia[4] nova exiſtimas, nec ante Gulielmi, Neuſtriorum Ducis, tempora poſita[5], hoc eſt, non ante annum ſalutis 1067. *P.248. * Age, ſi lubet, Muſis bene fortunantibus: commodum iſtud inductum eſt & auſpicato. Dabo iſtum modum temporum:

---

lib.2. Lampſaci ſepultum ſcribit. hunc ego centum Herriſonis antepono. [1] Orator concedit pag. 17a. [2] De hac re non laboro. Nam de hodiernis academiis quæſtio inſtituta eſt, non de priſcis illis. [3] Pag.408. [4] In quibus aliæ artes, quam Grammatica, tradebantur. [5] Poſt Danicam cladem acceſſit Edwardus ſenior, Alfredi filius, qui collapſam Cantabrigienſem ſcholam, à Sigeberto poſitam, in veterem, hoc eſt, pædagogicam formam, reparavit, aut novam (ut ait Roſſus) academiam inſtituit. Sed magnificentiam ſuam non eſt adepta, priuſquam principum, (ut dixi) pontificum, et magnatum benignitate, ſtudioſorum ædes et collegia conſtructa ſint: id quod in noſtræ ſane academiæ initio, una cum ipſarum artium profeſſione, factum eſſe Roſſi authoritate oſtendimus; et in veſtræ itidem primordiis uſu veniſſe non ſine ratione conjicimus. Vide fundat. Croyl. pag. 500.

rum: & hoc quoque addam in gratiam tuam, nullum fuiſſe, quod ſcio, collegium Cantabrigiæ ante regnum Henrici tertii, nec ante annum Domini 1259. Scholas[1] quoque publicas novas eſſe confitebor, ſi vetuſtatem reſpicias. Convincam tamen facile, citraque pulverem, ut dici ſolet, antiquiſſimam eſſe Academiam. Non enim in collegiis[2] à principio, ſed in urbanorum ædibus, poſita fuit. In eis docuit Academia, in eis ſcholaſticos aluit. Id ex vetuſtis Academiæ monumentis didici, id ex Josfrido Croilandenſi hiſtorico, qui monachos[3] ſuos Giſlebertum, Odonem, Terricum, & Gulielmum (de quibus ante) in horreo conducto Cantabrigiæ prælegiſſe ſcribit, intellexi. Ex his ædibus, ad decennium conductis, ſcholas fecerunt & habitacula, quas eis tollere ne poſſeſſoribus quidem licuit, niſi propriæ habitationis cauſſa. Sic enim[4] authoritate regia cautum fuit. Has *ſcholas* (quum nullæ aliæ eſſent) has *hoſpitia* (quas Oxonienſes *Aulas* vocant) atque *literarum diverſoria* antiquitas vocabat. Et ne cives locandis ædibus ſint iniquiores, conſtitutum olim & illud eſt, ut ex urbanis quidam, quidam ex ſcholaſticis,

Habitatio ſcholaſticorum ante collegia.

* P. 249.

Hoſpitia.
Taxatores.

---

[1] His ne obſcuriſſimæ academiæ deſtitui ſolent. [2] Non hoc antiquitatis, ſed ruditatis et imperfectionis, argumentum eſt. [3] Hinc, ab Edwardo ſeniore ſcholam fuiſſe reparatam, intelligas; à monachis autem cœpiſſe academiam. Vide pag. 500. & 561. [4] Utinam oſtendiſſes, cujus regis diplomate ſic vobis proſpectum fuerit. Nam ſi non ab aliquo eorum, qui ante Neuſtriorum in Angliam adventum regnarunt (quod ego credo) conceſſum fuerit hoc privilegium, nihil pro te facit. Idem namque privilegium et nos habemus, ſed longo poſt Guilielmum conquæſtorem tempore nobis indultum: quo tamen uti non licet, niſi quum adeo creverit ſcholaſticorum multitudo, ut propriæ ædes illis recipiendis non ſufficiant.

deſignarentur, qui locationis modum urbanis præſcriberent & taxarent: ut neque urbani locationis pretio graves ſint ſcholaſticis, & ſit tamen urbanis condignum locationis pretium. A quo taxandi officio, principio *Taxatores* dicebantur, atque adhuc dicuntur, etſi, exſtructis jam collegiis, & relictis urbanorum ædibus, retento tamen Taxatorum nomine, id officii aliò ſit converſum. Neque hoc tibi novum videri debet, vetus exemplum revocamus. Siquidem Patavium [1], Bononia, Ferraria, Sena, atque Piſæ (quæ olim *Alpheæ* dicebantur) antiqua Italiæ Gymnaſia, eum morem & olim ſervarunt, & uſque ſervant, in quibus ne unum

Collegia Italiæ. quidem eſt collegium, quod ſciam, præterquam Patavii unum, Senæ unum, Bononiæ duo, & Romæ unum, Caperanicum nimirum, & ea nuper, nec niſi admodum

*P. 250. egenis poſita: * cujus generis pauciſſimi ſunt in Italia. Aut ſi ſint, non videntur tamen, dum, ſimulata animorum generoſitate, omnem inopiam & mendicitatis notam ſuſpicionemque vitant (ut Theagenes ille Mercator, vulgo dictus Καπνὸς) etſi eis premantur graviſſime. Quod certe laudis eſt. Etenim abjecti plane animi eſt, & parum excelſi, velle inopiæ cedere, & mendicando aperta facie non erubeſcere, in ſordibus per omnem vitam volutare, atque ex limo, ut ſolet cephalus, eſitare. Quum in Italiam primo veneram, publica pro-

Scholæ Patavinæ. feſſio liberalium ſcientiarum Patavii in ædibus cujuſdam civis Patavini apud ſanctum Blaſium fuit, & eis humilibus ſatis & obſcuris. Ante tamen diſceſſum noſtrum, exſtructæ aliæ ſcholæ magnificentiores ſunt ſumptu publico Senatus Veneti, ad quem ea civitas pertinet, in foro Boario Patavii, juxta ſcholas Juriſperitorum, quas ſolas publicas habet Academia. Etenim habitationes ſcholaſticorum, privatæ adhuc ſunt urbanorum ædes, alio alia vivendi ratione in aliena æde uſo aut Doſenæ, aut *Cameræ, aut, ut vocant, Caſæ. *P. 251. Quod ſi non ante collegia condita Academia fuit Cantabrigia, ſed ſchola Grammaticalis, ut tu dicis, Oxonium autem inſigne tum temporis Gymnaſium, cur Gulielmus Normannus, prudens certe princeps, chariſſimum ſuum filium Henricum Belloclericum[1], quem ad ſummam omnium ſcientiarum cognitionem atque ad epiſcopatum deſtinaſſet, ad univerſitatem Cantabrigiæ (ſic enim Rudbornus, hujus rei author, vocat) ſtudendi gratia amandarit? Unde ſcire licet, ante collegia condita fuiſſe univerſitatem, & eam celebrem, atque ante Gulielmum Neuſtrium etiam. Non eſt ergo æſtimanda Oratoris Academia ex tua, Oxonienſis, quam dicis ab univerſitatis collegio initium ſumpſiſſe, neque antiquitatis argumentum ex collegiis eſt ſumendum. Sed neque tu quidem ex Aulæ aut collegiorum tuorum principiis Academiæ tuæ antiquitatem æſtimares, ſi illi bene atque ut par eſt conſuleres. Nam ſi[2] à collegiis & magna Aula univerſitatis incepiſſe dices, aut *non [3]ante Balliolenſe aut Mertonenſe, antiquiſſima *P. 252.

---

[1] Apud nos tamen ita comparatum eſt, ut, ſublatis collegiis, ipſæ protinus academiæ concidant.

Henricus Belloclericus.

---

[1] Guilielmus rex filium ſuum Henricum forſan ad Cantabrigienſem ſcholam, ut Grammatices præceptis inſtrueretur, amandavit, quam Rodburnus *univerſitatem* nominat, communem ætatis illius (qua Edwardus quartus regnavit) ſecutus appellandi conſuetudinem. Nam quî celebris eo loci regnante Gul. Neuſtriorum duce, potuit eſſe academia, ubi ante monachorum Croylandienſium profeſſionem, Henrici Bellocleri tempore, literarum ſtudia prorſus jacuerunt? [2] Vide pag. 561. [3] Subtilis diſputator, qui ideo fortaſſis ſic argumentatur, quod ante id temporis unum tantum et non plura collegia fuerant.

veſtra collegia, fuit Academia: aut ſi fuit, ſemel in univerſitatis Aula poſita, uſque ad Balliolenſe atque Mertonenſe collegium nunquam eſt egreſſa. At illud ſi fatearis, recens eſt Gymnaſium, nec ante annum ſalutis 1288. aut ſummum 1285. inſtitutum. Sin hoc, exile admodum & jejunum fuit, & ſchola plane trivialis, nec tantæ magnificentiæ quantam tu prædicas, quod una tantilla Aula, tanto (ut tu quidem cenſes) tempore concluderetur. Nam per intervallum id, alium ſcholæ aut commorandi locum non adducis, aliam rationem non explicas.

Atque hæc[1] quidem ſunt (ſi bene memini) omnia, quæ adverſus Cantabrigienſis Academiæ antiquitatem in commentariis affers, relatu ſaltem digna. Neque enim ad vivum omnia reſeco, imo vero neque ad cutim uſque rado, & quædam, ut levia, contemno, atque ut in judicium veniant indigna exiſtimo vel tua cauſſa. Etenim plura tibi diverſoria, ſed pauci amici, ut dici *P.253. ſolet. Itaque, age, mi Oxonien*ſis, & jam,[2] citra cujuſquam offenſionem, quod petis, dicito, quam multa ab Hiſtoriolæ Cantab. authore narrata, parum tibi probabilia videantur, quam nonnulla mera ſomnia, ac prorſus incredibilia? inter quæ illa ſunto, ſi placeat, Cæſarem, devicto Caſſivellauno, Cantabrigienſes quoſdam Romam ſecum abduxiſſe: ut loqui docerent Romanos, ſi placeat: aut uti Oſtrea eo transferrent, ſi illud non placeat, aliud ſi non ſit quod Romæ agerent. Nam Romæ Oſtrea non ſunt. Et illa, Pendam, Merciorum regem, Cricladenſes ſcholas inſtituiſſe: Cantabrigiam à Cantabro exſtructam fuiſſe, ex eoq; nomen ſumpſiſſe.

---

[1] Operis multo longioris, quam utilioris, peroratio.
[2] Vide Affert: pag. 400. ubi hæc tibi expoſuit.

Cetera, quæ tu ſomnia [1] dicis atque vana, nec ulla tamen ratione ſomnia aut vana eſſe doces, ſed tantum dicis, apud homines non omnino obeſæ naris, ut omnem authori fidem non adiment (ut tu exiſtimas) ita quia nullum eſt neceſſum demolire quæ tu non ſtabiliviſti, prudens omitto, hiſtoriolæ Cantabrigienſis fidem atque authoritatem [2] tuæ oppono, atque ad Oxonienſis * Gymnaſii antiquitatem tranſeo. In qua [3] nec à Græcis Philoſophis ortum [4], ut ex hiſtoriola veſtra ariolaris: neque ab Aluredo conſtitutum Gymnaſium, quod [5] vis & non vis, edocebo [6]. *P. 254.

---

[1] Suſpectæ vanitatis eſt, quicquid à vano et mendace ſcriptore (qualis tuo etiam teſtimonio Nigellus iſte eſt) traditur: præſertim quum nulla veterum authoritate confirmari queat. [2] Ego meam authoritatem, quam nullam eſſe agnoſco, illius nec antepoſuerim nec æquarim quidem: fidem tamen majorem eſſe non diffiteor. [3] Gigantea, mehercle, audacia. [4] Quid dignum præſtas tanto promiſſor hiatu? [5] Locum innuit pag. 406. ubi tanquam verum, diſceptandi gratia, ponit, quod ſimpliciter verum eſſe non credit: quum longe ante fuerit academia. [6] Validis credo rationum machinis.

* * *

DE

*P. 255.

*DE ANTIQUITATE CANTABRIGIENSIS ACADEMIÆ,

LIBER SECUNDUS.

Oxonienſis hiſtoriolæ examinatio.

OXONIUM ceteris omnibus totius orbis Gymnaſiis Latinis & prius & præſtantius eſſe hiſtoriola veſtra gloriatur. Hoc [1] inſinuare dicit ſuæ fundationis hiſtorias Britannicas perantiquas: quod confirmationis loco addidit. Sed eadem, quum explicandæ eſſent hiſtoriæ perantiquæ, & producendi authores in confirmationis rationem, "Fertur" (inquit) "inter bellicoſos quondam

---

THOMÆ CAII STRICTURÆ.

[1] Ego, ut hiſtoriolæ noſtræ in omnibus fidem adhibeas, non poſtulo: hanc tamen priuſquam everteris, tu ne damnaveris.

"Trojanos &c. inſinuationem commenta ex vulgo fabula roborans, quo nihil eſt vanius aut incertius: apta tamen ratione inſtituto, quum ante dixerat, hiſtorias inſinuaſſe antiquitatem Gymnaſii & præſtantiam, id eſt, obſcure ſubindicaſſe, non aperte explicateque profeſſas eſſe. Nec ſi profiterentur, eſſet probabile. Quid [1] enim Muſis cum Marte? quid paci cum bello? quid libri cum lanceis? *Nam, pugnatum [2] ante acriter eſſe quam Trojani Britanniam quiete poſſederant, ſcriptis commendatum eſt. Niſi ſi putes[3], omnia loca Philoſophis patuiſſe libera, non item militibus: aut habitatoribus deſtituta, occupanti omnia cederent: quod ſane hiſtoriarum teſtimonio verum non eſt. Atque hæc quidem commemoratio eſt veteris memoriæ Britannicorum[4] authorum, antiquitatis veſtræ teſtium, de qua in commentariis agis. Jam vero expendamus iſta diligentius, & componamus. Nam ſcopæ videntur plane diſſolutæ. "Fertur" (inquit) "inter bellicoſos quondam Trojanos, quoſdam Philoſophos Græcos adventantes, apto quodam loco, cui nomen Grekelade, in ſui ſignum, addiderunt, Oxonio non multum diſtante, ſedes ſuas poſuiſſe. Quorſum hæc? ut Oxonienſis Gymnaſii originem oſtendant? Nequaquam. ſed Cricladenſis ſtudii, ſi id oſtendant fabulæ. Quibus[5], vel ipſis Attellanis ineptioribus, ſi antiquitatem

*P.256.

---

[1] O! inexpugnabilem rationem! [2] Cum gygantibus igitur, ejus loci incolis. Nam alia eorum bella pauci ſcriptores commemorant. [3] Non ſtatim poſt Trojanorum appulſum Crekeladæ conſediſſe dicit hiſtoria: ſed poſtquam ab armis ceſſatum eſt. [4] Quando ultra Edwardi ſenioris ætatem noſtræ academiæ antiquitatem protulerimus, quorſum attinet à Britonum temporibus altiora principia petere? [5] Cur non re ipſa fabulas eſſe comprobas?

Gymnaſii ſui non committeret Oxonienſis, ad antiquitatem *P.257. Cantabrigienſem propius * non accederet, tantum abeſt ut anteverteret. Quapropter[1], longiora initia quam veriora petere neceſſum fuit: facillimum ratus, antiquitate rei fidem fallere, & memoriam obſcurare. Verum id perquam eſt difficile. Etenim ex hi- *Criclade.* ſtoriis notum eſt, primum nomen non fuiſſe Grekelade, à Græcis[2] inditum, aut à Græcorum literis aut nomine prognatum (nam mere Saxonicum Lelandus affirmat) ſed *Erudinum*. Neque ſtudium à Græcis (niſi Cantabrigienſes Græci erant, aut Græcæ linguæ profeſſores) ſed à Penda, Merciorum rege, poſitum, ut paulo ante ex Diviſienſi[3] hiſtorico manifeſte explicuimus. Taceo quæ de ea re tradunt Cantabrigienſes commentarii. Nam hoc ulcus non licet tangere. Non fuiſſe autem Cricladi Græcorum[4] Philoſophorum ſcholas, contra quam hiſtoriola veſtra tradit, author eſt Jo. Lelandus, peritiſſimus dubio procul, ut tu ais, Antiquarius, in commentariis[5] in Cygneam cantionem. In decurſu enim Iſidis fluvii, ſic ſcribit. "Tum pleno *P.258. "petit alveo Crecoladam, non inſignem olim, ut * vulgus indoctum ſomniat, Græcanicis ſcholis. In eiſ- *De Rouſſo Lelandi judicium.* dem commentariis & Joannem Rouſſum ſeu Roſſum Warvicenſem, non ita magnæ authoritatis virum, de quo libro primo, quod vanam eam opinionem ſecutus ſit, ut hominem longe majoris diligentiæ quam judicii reprehendit: atque ob id non *Græcoladam*, ſed *Crecoladam* appellandum cenſet, vocabulo, ut inquit, mere Saxonico, non ex Græcis nato. Lelando iſtic veraciſſimo & hiſtoriola veſtra ſuffragatur, è cujus principio ſcriptum adducis *Crekeladam*, etſi tu verius *Grecoladam* ſcribendum [1] tuo judicio cenſes. Ex quo & illud quoque fit, te hiſtoriolam pro voto tuo corrupiſſe [2], & multis in locis commentariorum tuorum corrupte citaſſe. Etenim quum ex ea *Crekeladam* nativum hiſtoriolæ verbum referas, in eam tamen *Grekelandam*, factitium vocabulum tuum, inſulcis [3]: & quum in priori editione hiſtoriolæ erat, *& privilegiorum multiplicitate generalior & præſtantior invenietur*, in poſtrema eſt, *ac* [4] *privilegiorum multiplicitate ac præſtantior invenitur*: *&* in *ac* mutato, *generalior* *omiſſo, *ac* ex abundanti relicto, *P. 259. & futuro in præſens tranſmutato. Sed pergit hiſtoriola. “Grekelado” (inquit) “non longe poſitum eſt “Oxonium, quod olim, ob amœnitatem loci, *Belloſitum* Belloſitum. “dicebatur. Id loci poſtea Saxonicus populus “*Oxonium* appellavit, & ad locum ſtudii cooptavit. Hic verus ſenſus eſt hiſtoriolæ. In quo ad Oxonienſis inſtitutum id ſolum continetur, Oxonium fuiſſe ad locum ſtudii electum. Sed [5] an Saxones ſtudium eo in loco jam electo poſuerunt, aut quodnam ſtudium illud fuit, Philoſophorumne an aliorum, ex hiſtoriola nondum eſt compertum. Cricladi fuiſſe poſitas Græcorum Philoſophorum ſcholas, hiſtoriola hæc veſtra, nobis ſaltem propoſita, docet. Oxonii autem per Saxonas fuiſſe aut novas fundatas, aut Criclado Oxonium priores illas tranſlatas, non docet[1]. In qua re diſſentire ex diametro Oxonienſis videtur à ſuis inſigniter doctis viris, inter quos non poſtremus eſt Joan. Lelandus, illo de tranſlatione in univerſa hiſtoriola mentionem fieri negante, iſto affirmante. *P. 260. *Oxonienſis tamen veluti commento Megarenſi ſic videtur in iſta commentari, ut primas illas Cricladenſes ſcholas Oxonii fuiſſe poſitas dicat, temporumque antiquitate, bellis atque tempeſtatibus, ſic collapſas eſſe, ut Aluredo reſtauratore indigerent. Ad cujus rei confirmationem, hiſtoriolæ ſuæ authoritatem adducit, atque, ut nobis fucum faciat, Cricladenſis[2] loci nomen ſubtrahit: ut, quod hiſtoriola de Cricladenſi ſchola dixerit, id hic ad Oxonienſes ſcholas per fraudem detorqueat. "Nam "eo tunc loci (id eſt, Oxonii) fuiſſe", inquit, "non "incelebrem Philoſophorum ſcholam, à Græcis olim "Philoſophis ortam, qui cum Trojanis Duce Bruto in "hanc Inſulam appulerant, cum ex aliis pleriſque, tum "ex noſtra colligitur hiſtoriola. Quod ut falſum eſt, quandoquidem hæc, ut dixi, de Cricladenſi, non Oxonienſi, ſchola ſcripta ſunt in hiſtoriola, ſic hanc hiſtoriolæ partem cum altera ejuſdem pari dolo roborat, dicens[1]: "Cricladenſes ſibi locum Oxoniæ commodiorem elegiſſe, quum id Saxonicum populum feciſſe hiſtoriola referat. Atque id *aliquando[2], poſt diu perquiſitum habitationis locum: aliquando, non longo poſt illorum Cricladam adventum tempore factum Oxonienſis dicit, mira ſane orationis inconſtantia. Similis inconſtantiæ eſt & illud[3], *non expreſſe continere*, & *aperte inſinuare* hiſtoriolam ſcribere, quum[4] *inſinuare* ſit diſſimulatione & circuitione quadam latenter & obſcure, non[5] aperte, ſubire legentis animum. ut non addam, *aperte* & *non expreſſe* inter ſe[6] contradicere. Atque[7] ita *P. 261.

---

[1] Tu te his verbis depingis.
[2] Sed à poſterioribus in rei geſtæ memoriam.
[3] Quid Diviſienſis et Nigellus hîc crocitent, non magni refert. Rem adeo antiquam antiquiori decet teſtimonio confirmatum iri. Vide pag. 564.
[4] Laylandus ſuam, ubi vult, mutet ſententiam: ego non muto meam.
[5] Nullam hîc mutatæ ſententiæ cauſſam oſtendit. Itaque Laylandum Laylando oppono. pag. 565.

---

[1] Si tu ſic ſcribendum non cenſes, quodnam (obſecro te) ſui veſtigium philoſophi illi in oppidi nomine reliquerunt? [2] Imo corruptum nomen in nativum, et congruens hiſtorici verbis, demutans, priſtinæ integritati reſtitui. [3] Nuſquam, quod ſciam, feci. [4] Erratum hoc, ut et præcedens, amanuenſis tranſcribendo commiſit. [5] Quæ Britonum temporibus incepit, eam dein reparaſſe Saxones academiam, et ad locum ſtudii elegiſſe, hæc quoque hiſtoria ſignificat. Quod ſi, cujuſmodi fuerat Saxonum temporibus ſtudium, ignoras, authores hoc tui, quos plurimos evolviſti, te docebunt.

---

[1] Tecte id facit: aliâs, quorſum hîc philoſophorum mentio, niſi credas non curaſſe, quid quo loco infulciret? Quocirca Laylando non adverſor, qui tantùm de explicita tranſlatione locutus eſt, quam ipſe quoque nullam hîc eſſe fateor. [2] Impudens mendacium.

Ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ,
O quam ſæpe petit vina piperque coquus?

Sed

Infanti melimela dato, fatuáſque mariſcas,
Nam mihi, quæ novit pungere, Chia ſapit.

---

[1] Quam hîc contrarietatem deprehendis? Nam ego utrumque verum eſſe credo, Græcos philoſophos primùm huc migraſſe, et ut locum ſibi commodiorem occupaſſe, et Saxones poſterioribus ſeculis, rerum in Anglia potitos, collapſam Græcorum ſcholam reparaſſe, et ad locum ſtudii elegiſſe. Alioqui, ſi id non ſenſerit hiſtoriolæ author, Britonum viz. temporibus Oxonienſe gymnaſium incepiſſe, quomodo academiam fundatione antiquiſſimam dixerit, quum conſtet, ſi à Saxonum temporibus tantùm ejus initium petendum ſit, Pariſienſe et Papienſe gymnaſia (ut cetera taceam) noſtro hoc, quod hodie floret, multo eſſe antiquiora? [2] Quas tu mihi hîc pugnantes objicis ſententias? [3] Verba ſunt pag. 389. *Quamvis hæc non expreſſe* etc. [4] Poſuit Oxonienſis pro quocunque modo indicare. [5] Adjectum eſt, ne, ſubeſſe aliquod involucrum, lector putaret. [6] Ne ſpecie quidem eo loci. [7] Non rationibus, ſed convitiis: non authoritate, ſed dicacitate pugnat.

His

*P.262.

Gualterus Burleus Merton. Colleg. alumnus.

His commentis pluſquam Theſſalicis, quibus quaſi ſepimento aliquo circumvallat omnia, lectori credulo imponit, oſque ſublinit, neque habens rationem ejus[1], ad quam ſcripſerit, neque plerorumque illorum ſcriptorum, quos memorat, authoritatem apponens, ſed tumida (inani tamen & ſterili) verborum jactatione præteriens omnia, tanquam [2]ſi librum illum ſuum nemo auſus eſſet attingere, nemo de eo ſciret judicare, *aut leoninis terroribus conſternatus, dubitaret aliquis vel de longe pavidus aſpicere, quaſi umbram metueret Orator, aut muſcam prætervolantem formidaret. Ita dum centones farcit, & huc atque illuc incertus fluctuat, ut hiſtoriolam ſuam incertam ſtatuat, ſcholamque Oxonienſem quam ſit antiquiorem faciat, præterquam quod operam ludit, & quod cupit non conſequitur, etiam fraudem ſuam detegit: & ne illam quidem, quam putat, gratiam apud ſuos obtinet, quos non poteſt magis credo demereri, quam quum verum, quum non fucatum, de Gymnaſio ſuo prædicaverit. Sed video nunquam recte cancros incedere. Ex iſtis tamen, non quam verba dant, ſed quam ipſe commentus eſt, ſummam colligit, nimirum Oxonienſe Gymnaſium à Græcis ipſis Philoſophis ortum, idque non longo poſt illorum Grekeladam adventum tempore originem ſumpſiſſe. Quam ſummam Burlei ſumma quum comprobatam velit, ex duobus alterum in medium adducit, ut vel hiſtoriola, vel Burleus[3] ipſe aperte erret: altera per Philoſophos Græcos Cricladenſes ſcholas

---

[1] Reginæ ſcil. ad quam Oxonienſis non ſcripſit.
[2] Meum forte ex tuis moribus æſtimas ingenium.
[3] Burlei locus pag. 390. optime ad inſtitutum facit. Nam ſi urbis condendæ authores fuerunt, quomodo huc, quæſo, niſi migratione à Græcoladienſi pago venerunt?

conſtitutas referente, altero *Oxonienſes per eoſdem ordinatas conſcribente, neutro tranſmigrationem interponente. Ita vir iſte diligenter ſupputat dotis modum, nec tamen ad rationem vocat ſponſæ ſcabiem. Erret dixi, quod à mendacii vocabulo abſtinere volui. Nam etſi tu, pro libidine tua, voces alios cum reprehenſione *Alpha*, nolumus tamen reſpondere *Betam*: etſi id juris de ſe permiſerit Marcialis. Scimus enim civilitatis eſſe nemini ſuum refricare vulnus, nec quæ dolent ea moleſtius contingere. Quod ſi in proximo fuerant Cricladenſes ſcholæ, contra quam Lelandus in commentariis ſenſerit, ut propter vicinitatem non ſit opus tranſlatione, cur non id fateris libere, ſed artibus uteris homo ἀγκυλομήτης, & magnus verſator in re puſilla, quæ indicium faciunt, te, neceſſitate & inopia cauſſæ coactum, aſtu agere, nec cauſſæ tuæ hiſtoriolam conſcientia teſte favere? Certe Jorenallenſis hiſtoriæ author *Lathelade* quidem (quæ ſua ætate dicebatur *Lechelade*) juxta Oxonium fuiſſe ſcribit: *Grekelade* vero in proximo fuiſſe, non item ſcribit. *Etſi in proximo[1] ſit non omnino abſimilis nominis fundulus (ut audio) de cujus jure ſuperioribus annis inter poſſeſſorem & Oxonienſes cives orta controverſia eſt, cujus nominis ſimilitudine decepti, in proximo fuiſſe Cricladenſem ſcholam ſomniant: non alia perſuaſione, quam qua Ariſtotelem Oxonii ſtuduiſſe[2] exiſtimant, quod fons quidam ejus nomine uſque appelletur: quum tamen inde natum videatur[3], quod ſcholaſtici quidam, propter fontem recubantes, & per herbam fuſi æſtivo tempore

*P. 263.

*P. 264.

Fons Ariſtotelis.

---

[1] Hic locus, tantum abeſt ut commoda philoſophis ſedes eſſe potuerit, ut æſtivis plerumque temporibus Tameſinis undis operiatur. [2] Quinam obſecro? [3] Materiæ melioris inopia ad hæc delyria confugiſti.

vaporis & refrigerii cauſſa[1], dum Ariſtotelis ſtudio liberalius incubuerant, ex ſtudii ratione nomen dederunt. Quamobrem non poſſum non cum illis inſigniter doctis viris, quos Oxonienſis ille memorat, conſentire, qui, ex hac hiſtoriola nihil, ad Oxonienſis inſtitutum probandum, colligi poſſe, affirmabant. Id rurſum tamen ſentio, ope Cantabrigienſis commentarii, cujus facit mentionem, effectum iri facile, ut ille ſcriberet, Cricladenſem ſcholam per Alphredum Oxonium eſſe tranſlatam. Quod, etſi in rem ſuam, ita vanum tamen judicat, *ut, eluſa, quæ ad inſtitutum ſuum faceret, tranſmigratione, Pendam[2], Merciorum[3] regem, inſolitis modis, miraque prope dixi rabie, perſequatur: quaſi ſemel malus ſemper malus[4]. Gul. Malmesb. in vita Gul. Rufi vehementer reprehendit juventutem Herberti, Norvicenſis epiſcopi, cognomento Luſingi, ſeu, ut in exemplari, Loſingi, propter adulationem, cujus tamen ſenectutem propter pietatem, & duo monaſteria condita, alterum Norwici, alterum Thetfordi in Norfolcia, magnis laudibus extulit. Et

*P. 265.

Penda.

---

[1] Non tam creduli ſunt Oxonienſes, ut ſomnianti credant, ubi optimorum authorum non accedit conſenſus. Atque ideo veſtra de Anaximandro, Anaxagora, Julio Cæſare, Beda, Penda, et aliis, commenta, a nigri codicis authore profecta, tanquam fabulamenta meritò derident. [2] Ex Nigelli fide (quæ nulla eſt) aſſerere eſt auſus, ſcholas illas, quæ Penda, ut dicis, authore Græcoladam Cantabrigia ſunt tranſlatæ, Aluredum Oxoniam in prima ejus inſtitutione tranſtuliſſe. [3] Vide pag. 565. [4] Ejus crudelem ac flagitioſam vitam, quæ tu hîc infarcis, minime excuſant. Nam, ut ſcribit Ranulphus, non ante 50um ætatis ſuæ annum rerum gubernaculis admotus eſt. Quo minus dubium eſt, quin qua improbitate priorem vitam tranſegit, eadem et reliquam finierit.

Henrici quinti poſterior ætas laudata, cujus prior reprehenſa fuit. Ut & Henrici Belloclerici, qui primis regni ſui annis omnibus inviſus, poſtremis omnibus chariſſimus exſtitit. Quid veſtrum fundatorem Aluredum commemorem, cujus omne tempus inſequens omnes laudarunt, juventutem tantum Neotus Abbas reprehendit? Malus homo eſt, qui nihil in vita boni fecit. Sæpiſſime mali bonum faciunt, non in bonitatis & virtutis rationem, ſed in reip. ſuæ ornamentum atque commodum. Quare quod fortuna Oxonienſi *P. 266. obtulit, quum non admiſerit, nec conſilium meo judicio ſumminiſtrabit. Imo vero ne requirat ille roſam, quæ præterierit, ut dici ſolet. ϗ γὰρ καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος, ut ait Heſiodus. Etenim in omnibus rebus opportunitas temporis optima eſt. Ita dixi, quid operoſa illa (ſi Diis placet) de Cricladenſibus ſcholis narratio longo ſermone loquitur, quidque ejus author ſenſerit: longe diverſum ſcilicet ab eo, quod commentus Oxonienſis eſt. Quod commentum tamen ſi verus hiſtoriolæ ſenſus non ſit, quorſum hiſtoriola tendat ſe neſcire, ingenue Oxonienſis confitetur. Nam ſenſiſſe forſan non male Oxonienſis hiſtoriolæ authorem Oxonienſis putat, ſed eloqui non potuiſſe propter infantiam idem exiſtimat: intentionem probat, ſed verba ſunt faſtidio, ut de Elwardo Gul. Mal. dixit in procemio. Atque ita poſtquam diu in dubiis varius ſe torquendo volutaverit, & longa ſine capite fabula ſpiritum exhauſerit, infulceritque quæcunque dormiens ſomniaverit (quod ſine offenſione dictum ſit) in dubio dubius hucuſque permanet: & *Scytharum more vagus, *P. 267. certas ſedes adhuc requirit: ſic ut remis ſit uſus an aura felicius, non eſt facile judicare. Itaque quum nihil eorum aſſerit, quæ in Aſſertione ſua ſe aſſerturum dicit, in eum id referre licet, quod Dion Caſſius lib.Hiſt. ſuæ 57. in Tyberium dictum refert, ab Auguſti morte nihil adhuc ejus nomine perſolventem. Narrat enim, quum funus quoddam per forum efferretur, acceſſiſſe quendam, & mortuo in aurem quid inſuſurraſſe: interrogatumque ab his, qui viderant, quidnam dixiſſet, reſpondiſſe, ſe juſſiſſe eum Auguſto indicare, nihil dum ejus nomine quenquam accepiſſe. Sunt tamen (dicet Oxonienſis) multa, quæ ſi non hactenus, at ſaltem deinceps relata, illuſtrare Oxonienſ. Academiam poſſunt: ex quibus hoc unum eſt, cujus ipſe in commentariis Aſſertionis antiquitatis Oxonienſis Academiæ meminit, quo aut antiquitatem Academiæ ſuæ, aut certe gloriam vendicet, ut ariolatur, nempe commemoratio nominis Oxonienſis Gymnaſii in Jure Canonico, libro Clementinarum quinto,* capite primo de Magiſtris: quo loco de Cantabrigienſi Gymnaſio mentio nulla eſt. At id ſi ſciret qui hoc ariolatur, de Oxonienſi Gymnaſio [1] fieri eo in loco mentionem, non in virtutis perfectioniſque laudem et memoriam, ſed in defectus imperfectioniſque notam & remedium, à mentione juris temperaſſet, nec tam magna de communi [2] totius orbis conſenſu (qui nullus eſt in eam rem, quam ille fingit) crepaſſet: legat [3] qui volet locum. Eadem ratione poterit etiam gloriari, de Oxonienſi Academia mentionem fieri in conſtitutionibus [4] provin-

Mentio Oxonienſis academiæ in Clementinis.

* P. 268.

---

[1] Hîc virus omne ſuum in noſtram academiam evomit.
[2] In generali concilio, nempe Viennenſi.
[3] Locum tranſcriptum lege pag. 566.
[4] Hæc conſtitutio fuit Tho. Arundelli, Cantuarienſis olim regnante Henrico 4°. archiepiſcopi, adverſus Wiclevi ſectatores, *Lolardos* famoſo nomine vocatos. Vixit Oxoniæ Wiclevus Edwardi tertii et Richardi 2i temporibus. Ejus oſſa 41°, poſtquam mortuus eſt, an-

cialib. tit. de Hær. etſi veritatis catholicæ profeſſione ceteras omnes academias veſtram anteire hiſtoriola veſtra contendat: & de Jo. Wickliffo ejus alumno anno ſalutis 1376. de quo plura leges in continuatione hiſtoriæ Ranulphi, à monacho quodam S. Albani anno 1378. conſcripta, quam alio nomine hiſtoriam ſancti Albani libro primo nomino: deque civibus Oxonienſibus, qui vos ſuo oppido & veſtra Academia[1] ſeditione pepulerunt anno Domini 1354: de diſ*cordia etiam *P. 269. anno à Chriſto nato 1264. regnante Henr. III. exorta (non dicam contra regem) ob quam Northamptonæ exſulaſtis[2], ut Ranulph. lib. VII. cap. XXXVII. & chron. Abindonenſe, quod Gualterus Hemingfordus Giſburn. ſcripſit, teſtes ſunt: de indigentiis[3] denique veſtris ſublevandis, & promotionibus conquirendis, quum eſſetis paupertate oppreſſi regnante Edwardo tertio, ut ex epiſtolis veſtris ad eundem regem intellexi, per quas Robertus de Stratforde, Academiæ veſtræ tum temporis Cancellarius (poſtea Angliæ Cancellarius) & cœtus Magiſtrorum orarunt regem, “ut dignaretur ad Benedi-“ctum XII. Ro. Pon. ſcribere, ut in creatione ſua pro “conſuetudine vellet providere Oxonienſi Academiæ

---

anno, Rom. Pontificis juſſu, effoſſa comburebantur.

[1] Hujuſce rei non nos, ſed eos pudeat, qui per inſidias (quod tu omittis) complures noſtrûm interfecere. Neque enim id noſtro vitio, ſed ipſorum perfidia, factum eſt. Vide pag. 527, et 566.

[2] De hoc exſilio nuſquam niſi apud te legi. Vide pag. 567.

[3] Πενία τὴν σοφίαν ἔλαχε· fereque ignava fit opulentia. Et, Ariſtophane teſte, multarum artium repertrix paupertas: quas nonnunquam rerum abundantia exſtinguit potius quam fovet. Ut vere de *penia* noſtra gloriari valeamus; tantum abeſt, ut ullo modo probroſa eſſe poſſit, quando ab omni luxu tutiſſime conſervet.

“de quibuſdam ſacerdotiis, quod eccleſiaſticis beneficiis carerent, & alios redditus in quotidianum victum non haberent: Utque moleſtias ingraveſcentes atque motus ex grandi & antiqua controverſia, nata inter dominum Gailardum de Mota, diaconum Cardinalem, Oxoniæque Archidiaconum, & Academiam Oxo*nienſem, ſedaret: Demum, ut per omnem modum, nocivum & peſtiferum, atque adeo novum concurſum ſcholarium ad oppidum Stamfordiæ, prætextu ſcholaſticæ diſciplinæ, tam in diſpendium ſtudii veſtri, quam in totius regni diſcordiarum ſeminarium generale, inhiberet. Quem concurſum quidam ex univerſitate veſtra, quos ea de pulvere produxit in viros, & honoribus pluribus decoravit, de corpore matris ſuæ perperam diviſi, non eo contenti, ad loca vetita, quæ ſibi eligerant, paſſim alliciebant & induxerunt. utor verbis epiſtolarum veſtrarum, quas Robertus de Paterna, vir Lincol. diœceſis, & publicus ſerviens Academiæ veſtræ (ut epiſtolæ veſtræ referunt) authoritate quorumdam Cardinalium tunc in Anglia, Epiſcopi Ceſtrenſis, & Archidiaconi Cantuarienſis papalis nuncii, vobis petentibus notarius publicus ſcripſit, qui in unum librum congeſſit non ſolum epiſtolas veſtræ Academiæ, ſed & publica inſtrumenta, & conciones Latinas examinatorias ſui temporis. Examinabantur enim per illa tempora ante à do*ctoribus theologicis, “quam de ſuggeſto pronunciabantur, propter Wickliffi doctrinam. De his inquam recordatio eſt & in hiſtoriis, & veſtris etiam, ut vocant, regiſtris. Quantum autem operæ impendit Jo. Pecham, archiep. Cantuar. ut vos ab uvis acerbis ad dulces revocaret, & Thomas de Bradwardin Cancellarius Lond. primo, poſtea archiepiſc. Cantuar. ut eodem vos reduceret et legendo,

*P. 270. *Hinc fortaſſe jusjurandum, ne quis Oxonienſis legat Stamfordiæ.*

Robertus de Paterna.

Conciones examinatæ olim.

*P. 271.

do, & opere, & libris inſcriptis *de cauſa Dei contra Pelagium*, & *de virtute cauſſarum* vobis relictis, & Robertus de Kelewarby, & Gul. Courtney ejuſdem eccleſiæ quoque archiepiſcopi, nolo hîc commemorare, ut nec multa alia, quæ ſciens honoris cauſſa prætereo. Tranſiliiſſem & iſta, niſi hiſtoriola veſtra huc urſiſſet, niſi res adegiſſet oſtendere, non [1] ſemper quæ de Academiis ſcribuntur, aut antiquitatem aut honorem commonſtrare: niſi Oxonienſis, non contentus ſuam produxiſſe antiquitatem, etiam Cantabrigienſem Academiam & ejus authorem elevaſſet atque contempſiſſet, alioſque, non merentes, laceraſſet, idque verbis perquam odioſis: ad * cujus rutam volui tamen mei ſermonis uti pulegio, atque ita hanc rem agere, ut ulcera non refricem, nævos tantum & verruculas attingam, atque hoc parcius & ſuſpenſa manu, ne quem dolorem inferam. Quod ſi ejus nominis ſola commemoratio tantam gloriam pareret, quantam tu exiſtimas, ad eum modum etiam ſtrigibus, maleficiſque mulieribus gloriandum fuit, quod de eis quoque coërcendis atque caſtigandis mentio eſt in legibus. At vero antiquitatem arguere [2] nullo modo poteſt, quia non ante Clementis quinti tempora, annis abhinc 264. recordatio ea cœpit. Sed de commemoratione nominis Oxonii in Clementinis, ſatis. De Oxonii nomine in Oxonienſi hiſtoriola, jam pauca dicam. In ea, quiſquis ejus author fuit, de authoribus Oxonii [3] nominis non recte

*P. 272.

Oxonii urbis nomen.

---

[1] Hoc ego non diffiteor. Sed quæ tu modo commemoraſti, adeo in Oxonienſ. non cedunt ignominiam, ut noſtram potius illuſtriorem reddant academiam. [2] At generalem eſſe univerſitatem oſtendit. pag. 566. [3] Oxonienſis hiſtoriolæ author per Latinum nomen *Oxoniam* Angloſaxonicum vocabulum Oxenford intelligi vult. Nec adeo

ſtu-

ſentit, quum Saxonas *Oxonium* appellaſſe dicat, quod prius[1] *Belloſitum* dicebatur. Etenim uſu & antiquorum gentis noſtræ ſcriptorum authoritate conſtat, Saxonas, urbes, à ſe nominatas, [2] **Ceaſtres** appellaſſe, aut
*P.273. à fluviis & vadis nomen * dediſſe: ut & Britannos ſuas (quibus muri erant) **Caeres** nominaſſe. Itaque [3]ſi à Britannis conſtituta aut nominata urbs eſſet, **Caeroxon** diceretur: ſin à Saxonibus, **Oxencheſter**, aut **Oxenforde**, ab *Oxonio* (priori, non antiquo tamen, nomine) & **Forde** vocaretur, non *Oxonium*. Sed video tamen, qua[4] ad antiquitatem tendat Oxonienſis, nempe per Britannicum nomen **Caerpenuhelgoit**, quod *Oxonium* appellatum fuiſſe Galfr. Monemutenſis libro primo de origine Britannorum author eſt. Quanquam in aliquot manuſcriptis codicibus **Kaerpenhuelgoid** ſcriptum obſervo. Sed id me parum movet, cum propter diſtantiam loci, tum quod in eadem hiſtoria, ab Eulogii

---

ſtupidus erat, ut, *Oxoniam* (quæ vox Latino more formata eſt) Saxonicum vocabulum eſſe, putaret: ſed eam potius, quam patria lingua *Oxonia* ſignificaret. 1 *Belliſitum*, quum ſit vocabulum Latinum, à Britonibus patria lingua uſurpatum eſſe non credo, ſed aliud potius, quod ejus vocis ſignificationem exprimeret. 2 Non recte colligis, Saxonicum ideo non eſſe nomen, quia in **ceaſtre** non deſinit. Nam et aliæ complures urbes, eædemque non incelebres, ſunt, quas Saxones **ceaſtres** non appellarunt: ut **Wallingforde, Stamforde, Salesbury, Lychfeld, Northampton, Yorke, Nottingham, Canterbury, Lincolne, Warwyk, Derby,** et aliæ, quæ tamen ante Saxonum huc adventum floruere. 3 Non recte concludis. Nam **Oxon**, vox mere Saxonica eſt, ideo priſcis Britannis incognita fuit. **Caerichen** potius diceretur, quæ vox plane Britannica eſt. 4 Nihil minus. Nam quæ tu (dum digrediendi occaſionem libenter captas) parerga adducis, quaſi cum propria umbra certamen ſuſcepiſſes, ego antea æque ac tu noveram.

hiſtoriarum ſcriptore de geſtis Britonum relata, *Exceſtriam* lego. Sic, ut apud Monemutenſem non *Oxoniam*, ſed *Exoniam*, ſit legendum, facili errore: etſi liber ille Monemutenſis, qui hodie impreſſus circumfertur, aliis in locis fœdis erroribus, atque alienis diſſonantibuſque ſit corruptiſſimus. Eulogii enim libro quinto (quem *monachus Cantuarienſis, non Maildunenſis, ut Lelandus ait, ſcripſit) ubi de Arvirago ſermo eſt, ſic ſcribitur. “Veſpaſianus, mare ſulcans, ut “portum Dovoriæ applicuerat, ab Arvirago prohibi“tus, iterum mare repetit, & ad portum Totoneſiæ “applicavit. Villam vero Exceſtriæ per dies ſeptem “obſedit, quæ tunc vocabatur **Caerpenhuelgoit.** Hæc Eulogium. Eodem pertinet, quod in quinque diverſis exemplaribus manuſcriptis Galfridi *Exoniam* lego eo in loco. Haud diſpari errore facile ſeduci poteris apud Mathæum Pariſium in hiſtoria majori, anno nongenteſimo ſexageſimo octavo, ubi, Scribæ errore, leges, Edgarum Oxoniæ congregatis monachis Sidemannum præfeciſſe, quum in exemplaribus verioribus Florilegi *Exoniæ* legitur: Et in ſtatutis quoque Edwardi tertii impreſſis, in quibus attribuuntur parlamento anni quinquageſimi, quæ conſtituta ſunt anno quinquageſimo primo, ut ex archivis Regiis in arce Londinenſi, & Jo. Fabiano parte ſeptima ſcire licet. Demum in publicis regni ſtatutis, vulgari *noſtra lingua excuſis, & anno Richardi ſecundi XII. Cantabrigiæ in plebiſſcito conditis, mendum ſubeſt. Etenim capite XIII. in ipſo titulo legitur *Cantuariæ* pro *Cantabrigiæ*: magna certe Cantabrigienſis Academiæ injuria, & veritatis diſpendio. Hoc intelligo ex Charta optimi Principis Henrici ſexti ad Academiam Cantabrigienſem, data anno regni ſui triceſimo ſeptimo, in qua facit mentionem ejus Par-

*P. 274.

Errata codicum.

*P. 275.

Parlamenti, atque ad verbum recitat quæ continentur in eodem capite decimo tertio. Error natus videtur ex brevitate ſcribendi *Cant.* quod oſcitanti, atque parum diligenter expendenti, lectori, tum ad Cantabrigiam, tum ad Cantuariam referri poteſt. Tanti eſt, omnia expendiſſe accuratius. Sed de corruptione nominum ſatis. *Ob diſtantiam loci* dixi, quod Oxonia quidem longiſſime abeſt à Totoneſiaco littore, Exonia vero prope, ſedecim tantum paſſuum millibus. Hæc tamen ſic dico, ut non ſentiam, urbem multis retro annis non fuiſſe: aut *Oxoniam* non appellatam eſſe, ſed à
*P. 276. Saxonibus id * nomen poſitum non fuiſſe: nec Gymnaſium ab antiquis temporibus & cum primordiis urbis inceptum eſſe: quod tu tamen antiquitatis urbis commemoratione ſequeris. Qua in re quoque cares arte, ô Oxonienſis. Quamobrem dum fugis culpam, incidis in vitium, ut Q. Horatius Flaccus ait.

In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.

Præterea, neque *Belloſitum* proprio nomine, ſed communi, credo, propter loci amœnitatem, inditum: ut
Caleva. nec *Calevam* ab Antonino vocatum exiſtimem, quod Lelandus tuus, non contemnendus, ut ais, antiquarius, reclamet, & id plane neget; etſi Baleus centuria decima, titulo tertio, de Oleno Calevo, ex ſuſpicione Geſneri, aiat. Sed ita tamen, ut, *ferunt,* dicat, affirmet nihil. Nam, Lelando authore, *Wallingfordiam,* non *Oxonium, Caleva* ſignificat. Quo magis novum videtur, quoſdam Oxonienſes jam dudum in lexicis tradidiſſe, quo puerorum animis id altius inſideat, & in ipſa viſcera & medullas juventutis imbibatur, *Calenam Oxonium* eſſe: in qua primam & præcipuam totius Chri-
*P. 277. * ſtiani orbis Academiam exſiſtere dicunt: quum tamen

men jam multis argumentis comprobavimus, Cantabrigiam fuiſſe primam & præcipuam in Britannia, & ſub fine hujus libri multas Oxonienſi antiquiores eſſe edocebimus. Quod certe propter hiſtoriæ veritatem magis, quam propter authoritatem Oxonienſ. minuendam, dico[1], quod in omnibus refugio. Etenim ex animo univerſitates amo atque colo, ut certe debemus omnes. Antiquiſſimum[2] Oxonii nomen, **Ridocen** exiſtimo, idque ex Monemutenſis libro ſeptimo, & Eulogio hiſtoriarum[3] de feſto Arthuri libro quinto. Quibus locis[4] de Boſo, Ridocenſi conſule (quo vocabulo Fabius Quæſtor de geſtis Anglorum *Comitem*[5] ſignificari ſcribit, & Gulielmus Malmesburienſis in titulo & præfationis exordio in hiſtoriam novellam ad Robertum Glouceſtriæ comitem exemplo confirmat) faciunt mentionem. In quibus locis uterque ſcriptor **Ridocen**, *Oxenofordiam* interpretatur. De eo Boſo, de vado Boum, mentio quoque fit apud Galfrid. Monem. libro ſeptimo, quo *magis intelligas, quum de vado Boum hoc in loco dicat, de Oxenofordia quoque in illis dictum eſſe. Sed utut eſt, ubicunque de Oxonio, ſive eo, ſive antiquiori nomine, mentio eſt ante Aluredi tem-

*P. 278.

---

[1] Quæ virulenta lingua inflixit vulnera, non temere perſanantur blanditiis. [2] Britonum temporibus **Caer Memprise** et **Caerboſo** fuiſſe nominatum, et **Ridochen** novitium eſſe vocabulum, pag. 568. docet. [3] Mauricius. [4] Cur hîc de Cantabrigia ejuſque conſule, ſi quem habuerat, ſilentium eſt? [5] Tametſi hæc vera ſint, non conſequitur tamen, propterea Arturianis temporibus in uſu fuiſſe vocabulum, ni probare poſſis, eos hiſtoriarum ſcriptores Arthuri etiam temporibus vixiſſe. Poſſumus enim de antiquiſſimis ſcribentes noſtri ſeculi verbis uti. Et ideo ex hac authoritate non potes firma aliqua conſequutione nominis antiquitatem ultra ſcriptoris ſeculum extendere.

pora, de Gymnaſio, quod [1] ſciam, verbum nullum: omnibus propemodum poſt Ranulphum, qui circa annum Domini 1363. vixit, quos ego hactenus vidi (vidi autem plurimos) Aluredum authorem agnoſcentibus, etiam Graio ipſo conſentiente, qui Gallice fideliter, ſed rudiori Idiomate, ſcripſit, uti & Joannes de Monteville eques, qui anno ſalutis 1367. itinerarium Hieroſolymitanum ſcripſit Gallice, & multi alii noſtri, pro more & inſtituto Gul. Neuſtrii, Gallizantes, ut alio loco diximus. Is, inquam, Graius in Scala Chronica, in vita Aluredi, ſic habet. **Ceſti [2] Roi Alured fiſt eſtablir le univerſite de Oxenforde.** id eſt, *iſte rex Aluredus ſtabiliri fecit Academiam Oxonienſem.* In qua ſententia etiam Lelandus tuus eſt, qui, in verbo *Iſiacus*, in comment. in Cyg. cantionem, ſcribit, alios, præter hiſto-
* P. 279. riolæ Oxonienſis authorem, * approbatæ fidei ſcriptores, inſtitutionem ſcholarum Iſiacarum manifeſte Alphredo aſcribere. Nec [3] certe unquam legi, tantæ eſſe antiquitatis Oxonium, quantæ eſt Cricladum, quod bona fide refero, niſi apud te Oxonienſis. Propemodum dixi, quod non omnes, qui poſt eum fuerunt, cum illo

---

[1] Iſtud ni addidiſſes, in manifeſto certe mendacio te deprehendiſſem. Vide pag. 568. ubi apertum habes ex Gyraldo teſtimonium, quale nullum apud probatos authores exſtare putabas, Oxonienſe gymnaſium Britonum temporibus, multis ante Alfredi ætatem ſeculis, floruiſſe. [2] Hoc ego in aſſertione mea pag. 387. & 391. non diſſimulo. [3] Si de veteri illa Græcolada loqueris, Græcorum aliquando ſcholis inſigni, nunquam tale quicquam à me aſſertum eſt: ſin de commentitia illa Crikeladenſi ſchola, quam fingunt tui à Penda, Merciorum regulo, inſtitutam, quaſique coloniam à Cantabrigienſi gymnaſio ductam, talem omnino non agnoſco. tantum abeſt, ut putem cum noſtra poſſe de antiquitate contendere.

cenſuerunt. Quod[1] ſi qui antiquiores ſcriptores, aut alii quam nos vidimus, qui multi ſunt, olim celebres, jam ſuppreſſi, aut ignorantia vulgi in excidio Monaſteriorum noſtri temporis conſumpti, ſuperioribus ſeculis ſuperfuiſſent, qui alium Oxonienſis Gymnaſii conditorem in ſcriptis reliquiſſent, id indubie aut Polydorus, aut ante eum Ranulphus, eo tempore viventes, quo boni libri ſupereſſent, aut hiſtoria magna Jorenallenſis, qui alia initia, quam Aluredi tempora, non intellexerant, aut alius quiſquam patefeciſſet: maxime noſtri temporis Baleus[2], Lelandus, & ante hos Polydorus, qui ſcio non diſſimulaſſent, ſi alia principia legiſſent, præcipue vero Polydorus Vergilius, ſi vel in incerto authore id deprehendiſſet, *ut Anglicæ hiſtoriæ lib. V. de Cantabrigienſi antiquitate fecerat: profeſſus lib. I. hiſtoriæ ſuæ, nova & vetera, certa & incerta, particulatim proferenda, ut quo plus ipſe laboris hauriat, hoc plus legentes voluptatis capiant, quum legendo alia fide, alia gratia, alia joco digna annotarint.

* P. 280.

Aluredus non reſtituit ſcholas Oxonienſes.

Verum tu, quum nec philoſophos authores retinere poſſis propter hiſtoriæ vanitatem, nec Aluredum conditorem retinere vis propter recentem ætatem, quem tamen relinquere non ſit futurum commodum, quod

---

[1] Paucis hîc mutatis, rationem hanc ſic retorquere potero. *Quod ſi qui* c. *ſuperfuiſſent, qui Cantabrum academiæ Cantabrigienſis inſtitutorem ſcriptis declaraſſent, id indubie aut Polydorus* c. *aut alius quiſpiam approbatæ fidei ſcriptor, patefeciſſet: maxime* c. *qui ſcio non diſſimulaſſent, ſi apud vetuſtum aliquem et certæ fidei ſcriptorem* (*nam ex incerto quid certi colligas?*) *reperiſſent.*

[2] At noſtrum gymnaſium, præter eos, quos in aſſertione teſtes adduxi, etiam ipſum Merlini apud Alexandrum Neckam de eo vaticinium, cujus Sylveſter Gyraldus meminit, Britonum temporibus fuiſſe perſpicue declarat.

alium fundatorem neſcias, non inſtitutorem eum, ſed ſcholæ veſtræ reſtauratorem tantum facis. Sed unde id, quæſo te? Certe ne univerſus quidem ille libellus tuus omnibus artibus ϗ χειμερινῷ ὀνειρῷ (ut Luciani verba referam) id vel una ſolida ratione comprobat, nec Oxonienſis hiſtoriola narratione ſua quantumvis operoſa (ut tuo verbo utar) ullo perantiquarum, quas vocat, hiſtoriarum teſtimonio explicat, aut uno tantum argumento confirmat. Imo, ne per umbram quidem
*P.281. in ea univerſa de Aluredo fieri *[1] mentionem, Lelandus in commentariis tradit[2]. Id quod & tu confirmas quoque, quum dicas: “Sed interim nullam de Al-“phredo mentionem facit (hiſtoriola) quem utique ſi-“lentio non præteriiſſet, ſi primus ille Academiæ no-“ſtræ conditor fuiſſet. Quod ſi reparatio [3] tantum eſſet (ut tu ſolus arbitraris, & ex te docti alii) & non inſtitutio, fuiſſet id commodis verbis ab hiſtoricis aliquibus expreſſum atque explicatum, ut eſt in hiſt. mag. Jorenallenſi, in vita Aluredi, reparatio urbis Londini hiſce verbis. “Idem rex” (Aluredus) “poſt incendium “urbium” (per Danos) “poſt ſtrages populorum, Lon-

---

1 Expreſſam. 2 Ipſe hæc omnia vera eſſe fateor, ſi de expreſſa mentione loquare: alioqui, quis dubitat, de renovatione illa per Alfredum intelligere hiſtoriolæ authorem, quum Belliſitum ad locum ſtudii elegiſſe Saxones ſcribit? 3 Quid hanc reparationem expreſſius probare poteſt, quam quod Oxoniam, quæ hodie florentem habet academiam, etiam regnantibus antiquis Britannis, literarum ſtudiis floruiſſe comprobaverimus? Quanquam Laylandus quoque, ut de Roſſo taceam, Aluredianæ hujus reparationis expreſſam facit mentionem, ut in aſſertione videre eſt, quum pium Alphredum literas ſuis ſedibus Oxoniæ reſtituiſſe ſcribit. Quare non ſolus (ut tu affirmas) Alfredi inſtitutionem, quæcunque illa fuerat, reparationem voco.

"don reparavit, & habitabilem eam fecit. Non autem fuiſſe Oxonienſium ſcholarum reſtaurationem, ſed inſtitutionem primam, authores ſunt eadem hiſtoria Jorenallenſis in vita Aluredi, & Ranulphus Ceſtrenſis lib. VI. & ejus ſequaces, qui multi[1] ſunt, iſtis verbis. "Scholas publicas variarum artium apud Oxoniam pri-"mus inſtituit. Et in epitome hiſtorica rerum geſtarum principum, verſu conſcripta, memoriali,

Oxoniis flores Alured fert iſte priores. *P. 282.

Qui verſus hodie aſcribitur Huntudonenſibus illis ex li. V. quo major fides ſit in hac re, quorum primus eſt:

Nobilitas innata tibi probitatis honorem,

& qui ſequuntur: ut ſemper aliquid addit & pervertit poſteritas. Mitto Hiſtoriam Burienſem, quam *regiam* vocas, Ranulphi ſimiam, & ceteros hujus ſententiæ omnes. Quæ verba, *primus inſtituit*, & *priores*, manifeſte docent, fuiſſe *fundationem*, non *reparationem*, primumque conditorem fuiſſe Aluredum. Nam ſi primus fuit, non præceſſit alius: & quod jam primo inſtitutum eſt, nemo eodem tempore reſtauratum dicet præter te. Cujus rei non aliam confirmationem petam, quam ex libro tuo. Scribis enim ex Rouſſo, Aluredum primo, aut ſummum ſecundo, regni ſui anno *univerſitatis Aulam* fundaſſe, & eodem tempore in univerſitatis veſtræ fundationem, ut [2]bona pars ſcriptorum aſtruit; reſtaurationem, ut tu ſolus exiſtimas, incubuiſſe. Addis, Joannem Scotum, Aluredi Sacellanum, *P.283. primum fuiſſe, qui bonas *literas & ingenuas artes [1] apud vos profeſſus eſt, ſic ut ea præſtiterit vobis, quæ Alcuinus Lutetianis. Ad hæc, ais, Aluredum nullis pepercisse ſumptibus, quo bonas literas in Academia ſua veluti ſubnaſcentes proveheret: & artium ſtudia in ipſis Academiæ veſtræ initiis (quæ non uno ſolo loco, ſed univerſo libello tuo, Aluredo tribuis) ferbuiſſe. Siquidem commentitiæ illi veſtræ fundationis hiſtoriolæ minimam videris fidem adhibere, qui concedis, Cantabrigienſem ſcholam, ut Grammaticalem, veſtra univerſitate eſſe antiquiorem: quique ab antiquis illis & infantibus initiis deficis, quorum ſenſum vix dum bene concipis, & ad altera illa Aluredi, tanquam ad ſacram anchoram, per omnem librum, perque omnes ſermones atque ſcriptiones, confugis. Dicis præterea,

---

[1] Multo plures ſunt, qui particulam (primus) omittunt, ut Baleus, Laylandus, Lilius, Polydorus, author ſcalæ mundi Tho. Graius. c. Illi autem, quos tu hîc producis, ob diuturnam ſcholarum deſolationem Britannicum principium pro nullo habebant. Vide pag. 391. Ideoque collapſæ ſcholæ renovatio non abſurde inſtitutio dicta eſt: quum tamen à reparatione nihil omnino differat. [2] Unde id contigerit

---

rit in aſſert.pag.391. ſatis ſuperque oſtenſum eſt. [1] Cum iſtis pugnare illud putas, quod ego dico, fuiſſe viz. ante Alfredi ætatem, Britonum temporibus, Oxonienſem academiam: quæ tamen conſiſtere ſimul poſſunt. Nam totus hic ſermo noſter de Aluirediana fundatione perinde eſt inſtitutus, ac ſi non alia fuiſſet antiquior; Britannica nihilominus illa academiæ noſtræ initia retineo ac defendo, ſed ita tamen, ut intra quæſtionis limites me, quoad per te licet, contineam, quæ non de Britannico, ſed Saxonico, principio propoſita eſt: atque hoc mihi in hac concertatione retinendum decrevi, non quod illud alterum vanum ac commentitium putaverim, ſed quod hoc ad victoriam obtinendam ſatis eſſe noverim. Quorſum enim in Britannicis initiis exquirendis longius immorari neceſſum erat, quum tu academiæ tuæ initium ultra Edwardi ſenioris ætatem proferre non poteras? Hæc ita ſe habere aperte declarant mea in aſſertione verba pag.411. *Sed miſſa Cantabrigienſis academiæ origine*, c.

Polydorum, libro V. Anglicæ hiſtoriæ, ſcribere, Oxoniam ſtatim à principio multo celeberrimam fuiſſe. Cui & tu eodem in loco ſuccinis quoque, & ab ipſa ſtatim inſtitutione longe celeberrimam fuiſſe ſcribis. Ita celebritati totus intentus, initia *imprudens confiteris, *P. 284. & dum caſtellum defendis, urbem prodis, quum nec tu (ut confeſſio tua docet, etiam ſi verbis rem diſſimules ſub initio commentarii tui, & poſtea tui oblitus, alio per imprudentiam dilaberis) nec alii, quos citas, alium Academiæ veſtræ conditorem quam Aluredum cognoſcatis. Sed promovebo cauſſam tuam quo modo poſſum, ut deſiderio tuo pluſculum etiam, quam concedit res, elargiar, reſpondeboque ex hiſt. mag. Jorenal. ad [1] iſtum modum. "Licet, tempore Aluredi "regis, in toto occidentali regno Grammatica à nullo "docebatur, tamen ante tempus ejus in aliis regni par"tibus, in civitate videlicet legionum in Sowthwallia, "modo *Carleonum* dicta, fuerunt aſtrologi & philoſo"phi in omni arte eruditi, ut Galfridus Monemutenſis "ſupra in libro ſuo de proceſſu regis Arthuri ſatis com"memorat evidenter". Et paucis de Beda interpoſitis, hæc ſubjungit. "Sed, ſecundum quoſdam, adhuc an"te iſta" ([2] Bedæ) "tempora fuerunt duo ſtudia, **Cirk**"**lade** & **Lathelade**, quæ modo vocatur **Lechelade**, juxta "*Oxoniam. *P. 285. Hactenus Jorenall. hiſt. In qua illud primo diligenter occurrit advertendum, hiſtoriam teſtari, [3] non fuiſſe olim ante Aluredi ætatem Oxonienſe

---

[1] Re ipſa, qua lædere ſtudes, cauſſam noſtram promoves. [2] Vafre hîc Bedæ nomen interpoſitum eſſe videbis pag. 569. [3] Hoc, opinor, inde colligis, quod dicat, tempore Aluredi regis in toto occidentali regno grammaticam neminem docuiſſe: quaſi Oxonium Occidentalium Saxonum, et non Merciorum, urbs fuerit.

ſtu-

Cricladenſia ſtudia deleta.

*P. 286.

ſtudium, (quod fundatum dicit ab Aluredo) ſed fuiſſe ante Aluredi tempora in aliis regni partibus Carleoni ſtudium, fuiſſe ante Bedæ tempora Cirkladenſe & Latheladenſe ſtudium. Neque hæc tamen abſolute, ſed *ſecundum quoſdam*, quod perinde eſt atque illud, *fertur*, Oxonienſis hiſtoriolæ. Et quum *fuiſſe* [1] dixit, *non eſſe* intellexit, eo plane ſenſu quo Ovid. quinto de Triſtibus, *Nos quoque floruimus*: & Vergilius Maro Æneid. ſecundo, *Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens gloria Teucrorum.* Iſtis enim verbis periiſſe notat, nec jam tum fuiſſe: herbamque eſſe ubi iſta erant, nec veſtigia quidem ſupereſſe. Ex quo & illud quoque ſequitur neceſſario: Si deletæ [2] eſſent Cirkladenſes ſcholæ ante Aluredi tempora, neque Oxonienſes ſcholas ex eis oriri, neque per tranſlationem naſci aut augeri, aut ab Aluredo reſtaurari, quum non eſſent * prius à philoſophis ortæ, neque ob vicinitatem (ſi id jam monitus poſthac [3] cauſſaveris: nam poſt malam ſegetem ſerendum tibi ſæpius puto) coaleſcere potuiſſe. Huic & illud quoque ſecundo loco accedit expendendum ex hiſtoria, tempore [4] Aluredi nullam fuiſſe ſcholam Grammaticalem ne per totum quidem occidentale regnum. Quod certe multo magis diceres, ſi ipſam Aluredi epiſtolam (in qua ſui temporis inſcitiam dolet) ſapientiæ ejus verum teſtimonium, ad Werferthum Wigornenſem (ſeu Wictiorum) epiſcopum, à Boſelo (qui primus fuit) duodecimum, & circa annum Domini octingenteſimum nonageſimum quartum ſedentem, legeres. Præfixa eſt epiſtola Paſtorali Gregorii, quod ex Latino in Saxonicum Aluredus ipſe vertit, & ad Werferthum, ut ad aliorum regni ſui Weſtſaxonici[1] primorum Epiſcoporum ſedes, unum, in Cathedrali ſua cujuſque eccleſiæ conſervandum, miſit, *addita mancuſsa argenti una* (ut eſt in quibuſdam codicibus) *addito pugillari aureo, in quo eſſet manca auri*, ut apud Guliel. *Malm. in vita Aluredi: *addito* [2]**an aeſtel**, *id eſt, pugillari*, ut idem Gul. transfert, *in quo ſunt mancuſſæ quinquaginta*, ut in ipſa Aluredi præfatione Saxonica legitur: quod regium magis eſſe videtur. ⁊ ꞇo ælcum biꞅceop ꞅꞇole (inquit) on minum ƿice: ƿille an on ꞅenꝺan. ⁊ on ælcƿe bið an æꞅꞇel ꞅe bið on ꝼiꝼꞇiᵹūme monceꞅꞅa. Quæ ſic interpretor: *Et unicuique ſedi epiſcopali regni mei volo unum* (librum) *mittere, & unicuique* (libro) *pugillarem unum addere, in quo ſunt mancuſsæ quinquaginta*. Mancuſſa autem valebat monetæ Anglicæ ſolidos duos, denarios ſex,

---

[1] Tuus igitur Nigellus plane mentitur, qui, commentitium illud Crekeladienſe ſtudium ad Aluredi uſque tempora ſuperfuiſſe, ſcribit, et ab eodem Oxoniam tranſlatum eſſe. Sed mendacem memorem eſſe oportet.

[2] Concedo hæc omnia. Nec uſquam dixi, Aluredianas ſcholas à Græcoladienſi ſtudio incepiſſe; aut Aluredi ætate aliquam ab eo tranſlationem factam: aut ſcholas per illum Græcoladienſes reparatas. De Græcis tamen philoſophis, longe ante hanc Aluredi inſtitutionem, non ſolùm ex hiſtoriolæ noſtræ, quam adeo contemnis, ſed aliorum etiam, non contemnendorum, fide, quod ſatis eſt, diximus. Tu jam novam ordire ſationem, aut infrugiferam tondes meſſem.

[3] Congruè diceres, *cauſſatus fueris*.

[4] Quid tu inde ſperas bo-

Mancuſſa.

*P. 287.

æꞅꞇel.

---

boni, quum Oxonia non ad Weſtſaxonum, ſed Merciorum, regnum pertinuerit, in quo non tantum Grammatici, ſed et alii quoque omnifariam docti Alfredi temporibus habebantur. Atque inde Werfridum, ſive, ut tu appellas, Werferthum, è Mercia, viz. eundem Alfredum, ad ſe vocaſſe conſtet. [1] Cur hæc adducas non video, niſi forſan, tibi contrarius, non ſolùm Oxoniam, ſed et totam Merciorum provinciam, ad Weſtſaxonum regnum pertinuiſſe ſimiliter affirmes. [2] Nugatur à propoſito.

ut Tho. Sprottæus (ſeu, ut Lelandus in comment. in *Doroverno*, Spottæus,) vult in chronicis anno ſeptingenteſimo ſexageſimo quarto. Continet etenim triginta denarios. Etenim, authore Ælfrico Abbate (qui Sprottæo multo eſt antiquior) in extremo fine Grammaticæ ſuæ Saxonicæ, Libra On leꝺen, ẏꞅ punꝺ on enᵹlıꞅc. *P.288. ꝼıꝼ *peneᵹaꞅ ᵹemacıᵹað ænne ꞅcıllınᵹe. ⁊ xxx. peneᵹa ænne mancꞅ. hoc eſt, "libra *Latine*, **Punꝺ** *eſt Anglice: quinque denarii faciunt unum ſolidum: & triginta denarii unam mancuſſam*; quæ ex eo nomen habere videtur, quod manu cuſa ſit: de qua qui plura velit, leges Saxonicas Anglorum & Danorum legat: quibus ut Norfolciæ, Cantabrigiæ, & Deiræ populus uſus eſt, quod Dani & Norwegii ea loca habitarunt, ita Gul. Normannus ſub initio principatus ſui vel maxime approbarit, uſque dum Angliæ proceres ab eo impetrarunt, ut avitis & ſancti Edwardi legibus uterentur, authore Thoma Rudborno. Illud interim ſcire licet, *Solidus.* aliam fuiſſe rationem ſolidorum ætate Ælfrici quam noſtra. Nam per ea tempora triginta denarii faciebant ſex ſolidos, noſtra vero & Sprottæi, duos tantum & ſemiſſem. Sed de mancuſſa ſatis, redeo ad librum. Quem ipſum ab Aluredo miſſum adhuc ſuperſtitem vidimus anno ſalutis 1566. una cum præfatione, ſeu epi*P.289.ſtola, & propter antiquitatem venerati ſumus. Ex ea epiſtola, ſeu præfatione, Gul. Malmesb. multa in vitam Aluredi tranſcripſit, deque paſtorali multa monumentis ſuis tradidit. At ſi toto occidentali regno ſcholæ erant nullæ, ubi Oxonienſes erant[1]? Si tempore Alu-

Oxonienſis ſchola author non fuit Aluredus.

---

[1] Ubi nunc ſunt. Nam, ut ſæpe dixi, et tu poſtea fateris, tui forſan oblitus, ea urbs non Weſtſaxonum ſed Merciorum erat. Vide Florilegi locum pag. 569. Qnanquam hæc tua alioqui parum efficax eſt ratio. Nam, ut tibi conce-

ceredi nullæ, quomodo potuit Aluredus ſcholæ veſtræ author eſſe? quomodo adjutor? Quod ſi ejus author non fuerat, ubi Higdeni tui, ubi hiſt. regiæ Higdeni mimi, & aliorum ejus ſequacium, de Oxonienſis ſcholæ authore Aluredo, de artium varietate, de privilegiorum multitudine, commentum[1]? Scribunt enim iſti, Aluredum Oxonienſem Academiam condidiſſe, & multis privilegiis[2] urbem inſigniviſſe: quæ certe alia non ſunt, quam mera figmenta, ſtudio in gloriam Oxonienſis Academiæ aut Neoti, ut paulo poſt dicemus, confiƈta. Nam Aſſerus Aluredi Sacellanus[3], Capgravius, & Osbernus in vita S. Neoti, Hen. Huntud. & Gul. Malmesb. de geſtis Alphredi, ſcholæ Anglorum Romæ (quam Ine rex conſtruxit, & Ethelwolphus, Aluredi * pater, reparavit) privilegiis pontificiis, intercedente Alphredo[4], donatæ meminerunt, non Oxonienſis ſcholæ ab Aluredo exſtruƈtæ, aut privilegiis conceſſis munitæ. Ut non addam, veri non eſſe ſimile,

Schola Romana.

* P. 290.

---

cedam, nullum in regno Weſtſaxonum fuiſſe, qui tum temporis grammaticam doceret, quando ita Alfredus de grammaticorum inopia conquerebatur, potuit tamen, mox poſt illam querelam, in hujus indigentiæ remedium, noſtram academiam exſtruere, dato, quod illius regni urbs fuerat, aut ei condendæ ibidem academiæ poteſtatem rex Merciorum fecerat.

[1] Quem hîc triumphum inſtituit ante partam viƈtoriam?

[2] Sinito, quæſo, ſalva nobis Alfredi privilegia, donec tu ejus inſtitutionem fiƈtitiam eſſe comprobaveris.

[3] Solidioribus utere argumentis: nam hæc jaƈta ab eo fundamenta ne labefaƈtant quidem, tantum abeſt ut evertant.

[4] Hoc tantùm probat, illis ſcriptoribus ſtudio potius fuiſſe res geſtas Alfredi, paucis cognitas, quam publicas et omnibus notas, in ſcripta referre. Succeſſerunt tamen, qui, quod ab iſtis omiſſum eſt, in omnem uſque poſteritatem tranſmiſere.

ut primo, aut ſummum ſecundo, anno regni Aluredi Oxonienſe Gymnaſium ab Aluredo conſtruatur: tum quod per ea tempora Burrhedus, Merciorum[1] rex, qui ad annos viginti duos Merciis imperaſſet, jam tum imperavit, nec ante tertium Aluredi annum à Danis regno eſt expulſus, ut Henr. Huntud. lib. de geſt. Angl. V. memorat: tum quod probabile[2] non eſt, Aluredum voluiſſe Gymnaſium conſtituere regno non ſuo. Nam Oxonium in regno Merciorum fuit. Et ſi maxime voluit, non tamen potuit[3], quod de latibulis potius illis diebus cogitandum illi fuit, quam de Academiis: & quid haberet quod ederet, quam quid conſtrueret, curandum. Quod autem ſuaſu Neoti Oxonienſe ſtudium ab Aluredo conſtitutum à ſcriptoribus quibuſdam traditur, vanum commentum judicatur, quum jam tum *P.291. mortuus Neotus eſt, *quum Polydorus[4] ſuaſiſſe ſcribit XXIII. videlicet anno regni Aluredi, & per ſpeciem tantum ſeu viſum, ut Aſſerus ſcribit, aliquando apparuit Aluredo: etſi per primos annos juventutem Aluredi vivus reprehenderat. Proinde per errorem ſcri-

Quo errore factum, ut Aluredus ſcholæ Oxon. author habeatur.

---

[1] Quod paulo ſuperius negaras, modo affirmas: nempe Oxoniam ad Merciorum regnum, non Weſtſaxonum, pertinuiſſe. [2] Tu contra ſentis pag. 118. Quam igitur probabile eſt, Cantabrum, patria exſulem, academiam veſtram in regno non ſuo condidiſſe? Vide pag. 570. [3] Secundo regni ſui anno à bellicis tumultibus liberatum ſtudiis vacaſſe ex Florilego oſtendimus. Nec ſummis difficultatibus in Ethelingia deliteſcens ante ſeptimum regni ejus annum premebatur, ut ex Aſſero, Florilego, Hovedeno, et aliis liquet. Vide pag. 556. [4] Si Polydorus erraverit, quid ad me, quem in hac parte peccaſſe non oſtendes (qui primo aut 2° (ſummum) regni ejus anno conditam academiam dico) priuſquam probaveris (quod nunquam poteris ſcio) eundem Neotum ante initum Aluredi regnum è vivis exceſſiſſe?

ptorum natum puto,ut *ſcholam Oxonienſem* dicant,quum *Romanam* dicerent. Alioqui Aſſerus, ex familiaribus Aluredi & domeſticis, cui nihil ejus vitæ & rerum geſtarum incognitum fuit, id vel maxime, ut rem memoria digniſſimam, retuliſſet. Quod quum verum fuiſſe & probabile Oxonienſis[1] præcenſuerat, aſtute factum ab eo eſt, ut antiquiora initia, etſi parum probabilia (nam recentiora poſuiſſe puduit) iſtis parum confiſus introduxerit. Quanquam[2] & recentius initium nihil cogitando confitetur, quum, præter alia, quibus hoc oſtenderit, ut ante retuli, etiam Joannem Beverlacenſem primum fuiſſe Artium magiſtrum in commentariis tradidit, de quo prius diximus. Sed ne videar multa dicere, & pauca comprobare, * quæ contractius dixi, *P. 292. fuſius explanabo. Non poſco[3] enim fidem, quam non fecero: idque argumentis non ex vitreis feneſtris, aut depictis parietibus, aut periſtromatum imaginibus, petitis, ſed ex ipſis[4] antiquitatis penetralibus, & vetu-

---

[1] Cribro divinare didicit: nam confidenter admodum de alieno cogitatu pronunciat. [2] Adhuc non intelligis, quomodo poſſint Britannica principia cum Alfredianis initiis conſiſtere: alioqui, opinor, illud de Jo. Beverlacenſi non objeciſſes. Dicam igitur apertius. Deletam funditus, quæ Britonum fuit temporibus, academiam, et ad Saxonum uſque regnum deſertam, ac miſere ſine ulla academiæ ſpecie jacentem, pius Aluredus primus ad academicam reduxit formam, bonaſque literas (ut ſcribit Laylandus) priſtinis ſedibus reſtituit: adeo ut ſecundus noſtræ fundator ſcholæ recte appelletur. In ſumma igitur ita recentius agnoſco principium, ut vetus interim non rejiciam. [3] Bene habet. [4] Sed multo infirmioribus. Tu non horum verbis, ſed argutiis pugnare inſtituis, quibus veterum ſcriptorum nuda nomina ad fallaciam detorta inſeruntur. Demum, multa locutus, nihil quicquam probas.

ſtiſſ.

Argumentum inſequentium. ſtiſſ. hiſtoricis, erutis. In quo de reſtauratione ſcholæ Oxonienſis non eſt magnopere nobis laborandum, quum & ante juſtis argumentis id convellerim, &, præter te, authorem id habeat neminem. Ut neque de origine duplici (quibus tu, tanquam duabus anchoris, niteris, incertus tamen cui potiſſimum adhæreas) eſt cur ſimus nimium ſolliciti, quum primam illam, vanam eſſe jam ante oſtendi. In ſecundam vero, quum magnum in ea ſit firmamentum tuum, jam eſt paucis incumbendum, & oſtendendum, nec primo, nec ſecundo, regni Aluredi anno, aut univerſitatis Aulam ab Aluredo poſitam, aut Academiam fundatam: multo vero minus hortante Neoto id eſſe factum, aut privilegiis ab Aluredo munitam, ut vult Ranulphus, aut eorum multiplicitate præſtantem, ut docet hi*ſtoriola. *P.293. Quod dum oſtendero, ne moleſtum tibi ſit audire. Volo enim ego Londinenſis non ſolum docere, Cantabrigienſem Academiam Oxonienſi multo antiquiorem (quod ab oratore, vel ab aliquo alio ex eo literario cœtu, certioribus teſtimoniis probatum tibi cupis) ſed etiam Academiæ veſtræ originem examinare exquiſitius, quid verum ſit inquirere accuratius, & rationum momenta ponderare diligentius. Sic enim eluceſcet facile, utra ſit antiquior. Expediam quam poſſum pauciſſimis. Non enim longum iter eſt ad omnia. Incipiam à Neoto: à quo ad Aluredum tranſibo: & tandem de primis annis diſputabo. Omnia ab origine repetam, & ab his repoſcam, quorum ſenſus fecit fidem. Nam recentiores[1] iſti ſcriptores, qui veluti per manus videntur errores tradere, & ex ſuo etiam aliquid nonnunquam adjungere, ut de hiſtorica fide multum declinant, ita multa corrumpunt, quæ vetuſtiores hiſtorici vera prodiderunt. Quod, ne criminationis cauſſa magis quam veritatis gratia injuſte dicere *videar, *P. 294. exemplis rem commonſtrabo. Controverſia eſt inter ſcriptores, matrimoniumne legitimum fuerat inter Henricum primum & Matildam, ex Malcolino, Scotorum rege, & uxore Margareta, femina laudatiſſima, natam, annon, quod Matilda, Deo dicata, regi invita nupſit, & fœtum, ex ſe natum, dæmoni ob id devoverit, ut quidam ſcribunt? Quid hîc facies? Recentioribusne, ut Matth. Pariſio, Tho. Rudborno, & Polydoro libro XI. (laudatis certe Scriptoribus) hîc accedes, qui aiunt, an Edmero, vetuſtiori Hiſtorico, aurito & oculato teſti, qui plane negat, libro tertio de Hiſt. novorum in Anglia ſub initio: qui, re probe per Anſelmum examinata, & regem & Anſelmum ab omni crimine liberat ſuo, qui præſens fuit, teſtimonio? Rurſum, non convenit inter ſcriptores, an Edwardus (quem merito dicunt *martyrem*) ex conjugio natus ſit, an ſecus. In qua controverſia, ad quos recurrendum eſt? ad Florentium Wigorn. Osbernum, Simeonem Dunelmenſem, *Gul. Malmesb. Vincentium Beluacenſem, *P. 295. Nicolaum Trevetum in Hiſt. Gallica, & Antoninum Archiepiſcopum Florent. ejuſque antiquitatis alios, qui hac de re tractarunt & affirmant, an ad recentiores,

---

[1] Ego recentiores omnes non uno ordine indiſcriminatim, ut nec veteres, haberi volo. Nam (quod tu non obſervas) ex eis alii aliis ut diligentiores, ita et fideliores ſunt, quos ſilente antiquitate tutius imiteris. De utriſque au-

---

autem ſic cenſeo, eos, qui de eadem re ſcripſerunt, quo ſunt antiquiores et fide celebriores, eo recentioribus ſuperiores eſſe: quo tamen iſti plus habent fidei illique minus, eo eſſe inferiores. Etenim Malmesburienſis, etſi recentioris, certiſſimi tamen ſcriptoris, authoritatem, quam Gildæ quarti, longe antiquioris, ſuſpectam fidem, ſequi malo.

qui ſecus dicunt? Hæc non eo refero, quo quicquam derogem ſanctitati ſacrati principis, per quem non ſtetit, hoc an illo modo natus ſit (ut nec Athelſtano, religioſiſſimo principi, nec Gul. Normanno) ſed ut explicem, credendum eſſe potius in controverſiis ſcriptoribus vetuſtis quam recentibus. Præterea in dubio adhuc eſt, an Gulielmus Parvis, dicatur *Neubrigenſis* an *Noviburgenſis*, *Parvis* an *Parvus*? etſi magni momenti res non ſit. Scriptores recentiores, *Parvum* & *Neubrigenſem* ſcribunt: qui autem vetuſtiores ſunt, aut vetuſtos inſequuntur, ut proſecutor hiſt. Hovedeni anno 1087. & antiqui ejus Neubrigenſis libri, *Noviburgenſem*, & *de novo Burgo* nominant. Id quod etiam ex epiſtola ejus ante librum ſuum ſcriptum, multis capitibus impreſſo copioſiorem, & ex aliis vetuſtis libris facile
*P. 296. intelliges: etſi *libro hiſt. ſuæ V. Polydorus Vergilius *Gul. Neuburgum* vocitet. Ad hæc, ſunt ex recentioribus multi qui ſcribunt, Damianum & Fabianum, ſive (ut alii) Fugatium, ab Eleutherio miſſos ad Lucium, & eum una cum gente Anglica baptiſaſſe primos. In vetuſtioribus tamen leges, Lucium miſiſſe Eluanum & Meduuinum nuncios doctos ad Eleutherium, Chriſtiana prius fide inſtructos, & ſacris literis eruditos (de quibus ante fuſius) qui non ſolum Lucium, ſed & populum Britannicum primi baptiſarunt: quod recentiores in ſcriptis ſuis omiſerunt. Quid multis? Fidem & authoritatem majorem ſemper affert vetuſtas in omnibus controverſiis, ut quæ, res, ut erant, viderat, aut illis quam proxime acceſſerat. Poſteriores igitur [1] examinabo ad primos illos incorruptæ vetuſtatis

---

[1] Si ejuſmodi ſcriptorum examinationem uſquam obſervaſſes, Bowlos tuos, Herriſonos, et ejus farinæ alios, tanquam incorruptæ veritatis aſſertores, melioris notæ ſcriptori-

ſcriptores, qui aut illis diebus vixerant, quibus hæc geſta ſunt, aut his quam proxime acceſſerunt, ut ex illis haurire poſſent. Inter quos primus primæque fidei Aſſer ſeu Aſſerus eſt, oculatus & auritus teſtis, qui ex Aſſer. intimis Alphredi *familiaribus fuit[1], qui in ejus Aula *P. 297. vixit, res ejus & domeſticas & forenſes novit, atque etiam cum doctis regiæ familiæ viris conſuetudinem habuit, omniaque in vita & in morte diligenter obſervavit, ut ſolent qui hiſtorias veras ſcribere decreverunt. Nam etſi Florilegus dicat, Aſſerum, Sireburnenſem antiſtitem, obiiſſe anno Domini 883. (vivente adhuc Aluredo) & Aſſero ſucceſſiſſe Suithelmum, Aluredi eleemoſinarium ad S. Thomam: tamen qui paralipomenon annalium Aſſeri ſcripſit, ait, defunctum eum hac vita anno 909. & Thriſtanum inſecutum eſſe in epiſcopatum, novem annis, hoc eſt, quam ex hac vita migravit Aluredus, qui obiit mortem anno Domini 900. Licet in Catalogo Epiſcoporum Sireburnenſium nec Thriſtanus, nec Suithelmus, ſed Ethelwardus ſecutus legitur. Erat iſte Aſſerus, homo doctus atque gravis, vitæ integræ & fama celebris, authoritate epiſcopali inſignis, & ab Aluredo ipſo gravi teſtimonio approbatus. Quibus nominibus eum plurimi fecit etiam *Lelandus tuus, in comment. in Cyg. Cantionem ſub *Alphredi* nomine. *P. 298.

Neotus itaque, Glaſtoniæ abbas, ut cognatus Aluredi fuit, ſic, quod bene regi cupiebat, ejus juventutem amanter reprehendit, atque ad meliora ſuaſit, tum aliis de cauſſis, tum quia non inclinarit aurem populo ſuo,

---

ribus tanto cum faſtu non oppoſuiſſes. 1 Argumenta negantia, ab authoritate ſive pronunciatis ducta (qualia tua fere ſunt omnia) raro probabiliter, neceſſario quidem nunquam concludunt.

conquerenti de injuriis. Iſtud apud Aſſerum, qui actus ejus diligentiſſime ſcripſit, lego: de ſchola autem Oxonienſi, re memorabili, Neoti ſuaſu conſtructa per Aluredum, ne verbum quidem, ut nec apud alios vetuſtos, quos deinceps commemorabo. Idem Aſſerus in Annalibus quoque, etſi de Neoto facit mentionem, non tamen dicit, Neotum ſuaſiſſe Aluredo, ut ſcholas Oxonienſes fundaret. Meminit etiam vitæ Neoti antiquæ quidem, ſed ab alio quodam diligenter conſcriptæ (cujus initium eſt: *Sanctus igitur Neotus fœcundæ Britanniæ,* hoc addo quod anonymus eſt) ſed in tota ea vita ne per ſomnium quidem ſcholarum Oxonienſium mentio eſt. De privilegiis ſcholæ Romanæ conquirendis, ad
*P. 299. iſtum in ea modum Ne*otus hortatur. “Pro tui ergo “regni ſalute ac ſtatu ſanioribus uſus conſiliis, legatos “Romam cum muneribus reverendiſſimo Papæ Marino “dirige, hunc obnixius deprecare, quatenus Anglorum “ſcholis Romæ libertatem dignetur concedere. “Ego enim, univerſæ carnis viam ingrediens &c. Hucuſque in antiqua Neoti vita. Quam Joannes Capgravius Libro de Sanctis Angliæ ſecutus quidem eſt, ſed diſſimulanter admodum, refertque, Neotum ſic dixiſſe. “Nunc igitur quantotius Romam legatos dirigens, “Martinum Papam magnis ampliare muneribus ne tardes, “ſuppliciter rogans, ut Anglicam ſcholam, in eadem “urbe ſitam, libertati non deneget applicare, ut “per hoc beneficium, gratius tibi præſtetur inter in“commoda ſubſidium. Matthæus quoque Pariſius in chronica majori, quem Matthæus Weſtmonaſterienſis ſecutus eſt, ſic ſcribit. “Martinus ſcholam Anglorum “Romæ, Alphredo rege deprecante, à tributo liberam “fecit”. Simeon etiam Dunelmenſis. “Martinus Pa-
P. 300. “pa ſcholam Saxonum, in Roma morantium, pro amo-

“re & deprecatione Elfredi regis, ab omni tributo & “telonio liberavit. Quo in loco non facit mentionem ſuaſoris Neoti. Ingulphus item. “Scholam Saxonum “in Romana urbe, pro amoris affectu benigniſſimi re-“gis Alphredi, conſtituit ab omni tributo liberam”. Ad hos Henricus Marleburgenſis. “Martinus Papa “ſcholam Saxonum prece regis Aluredi ab omni tribu-“to relaxavit. Inſuper & magnam ſanctæ crucis par-“tem Aluredo miſit. Hiſtoriæ dein Saxonicæ, ſcriptæ anno octingenteſimo octogeſimo quinto, “Ðẏ ılcan “ᵹeaꞃe ꝼoꞃꝼeꞃꝺe ꞅe ᵹoꝺa papa maꞃınuꞅ, ꞅe ᵹeꝼꞃeoꝺe “anᵹel cẏnneꞅ ꞅcole be Ælꝼꞃeꝺeꞅ bene peꞅꞇꞅeaxna “cẏnınᵹeꞅ, ⁊ he ꞅenꝺ hım mẏcele ᵹıꝼa. ⁊ þeꞃe ꞃoꝺe “ꝺæl, þe Cꞃıꞅꞇ on ðꞃopoꝺe. Hoc eſt, *illo anno obiit bonus papa Marinus, qui libertatibus donavit ſcholam gentis Anglorum precibus Alphredi, * Weſtſaxonum regis, cui miſit* *P. 301. *multa dona, & fruſtum crucis, in quo Chriſtus paſſus eſt.* Quod poſtea Aluredus dedit eccleſiæ Glaſtonienſi, ut Gul. Malmesburienſis in libro de antiquitate ejuſdem eccleſiæ commemorat. Ailredus Rievallenſis ſimiliter. “Summus vero pontifex, tantam devotionem gratan-“ter amplectens, piis precibus ejus inclinatus, ſcho-“lam Saxonicam ab omni tributo & telonio abſolvit. Aſſerus demum in Annalibus anno 885. Nam eo anno, & nativitatis Alphredi 33. Martinus, quem multi ſcriptores *Marinum* nominant, ſcholam Anglorum Romæ ab omni tributo (vel *talento*, ut aliquot libri habent, corrupte forſan pro *telonio*) liberavit. “Martinus “Papa ſcholam Anglorum, in Roma conſiſtentem, pro “amore & deprecatione Alphredi, occidentalium Sa-“xonum regis, ab omni tributo & telonio benigne li-“beravit. Et de geſtis quoque eodem anno & modo, paucis tantum immutatis vocibus, & *Angulſaxonum* pro

Martinus & Marinus, idem.

*P. 302. *occidentalium Saxonum*, & *morantium* pro *conſi*ſtentem*, ſuffectis. Quem ſequutus videtur Henr.Huntud. in vita Aluredi. “Anno Domini 884. Martinus Papa ſcholam Saxonum, in Roma morantium, pro amore & deprecatione regis Elfredi, ab omni tributo & telonio liberavit benigne. Cum eo Rogerus Hoveden convenit, & quotquot alii ſunt, qui vetuſtatem ſequuti ſunt. In quo tamen, ut & in multis aliis ex iis quos enumeravimus, de Neoto, inſtigante ad libertates quidem ſcholæ Romanæ, ne verbum ullum. At de eodem impellente, ut Aluredus exſtruat aut reparet ſcholas Oxonienſes, multo minus, ut nec apud alios ſcriptores vetuſtos, qui ex eis ſaltem ſunt, qui magnæ authoritatis ſunt, & hos ſequuntur diligenter & bona fide, & maxime Aſſerum: cujus ipſiſſima verba ex libro de geſtis Alphredi ut certiſſimæ fidei quum referant, nemo tamen Neoti meminit, ut ſuaſoris Oxonienſis Gymnaſii conſtruendi aut raparandi. Ad hæc, quum idem Aſſerus ſtudioſius enumeret (ut ſolet omnia, nihil *P. 303. prætermittendo, quod ad Aluredi res ge*ſtas pertineat) omnes doctos & ſanctos viros, qui Aluredo à conſiliis erant, qui à literis & pietate fuerant, ut Werfrithum Wigornienſem epiſcopum, Plegimundum Doroberniæ archiepiſcopum, Athelſtanum & Werwulfum ſacellanos regios, Grimbaldum & Joannem ſacerdotes atque monachos ejuſdem, & poſtremo in loco ipſum ſe inter ceteros, non tamen Neotum, hortantem, ad Oxonienſes ſcholas conſtituendas, ne per umbram quidem ſcribit[1], imo neque tecte ſignificat, ut Lelandus exiſtimat, ſuppreſſo Iſidis vadi nomine. Id quod ex illis ipſis Aſſeri verbis ex libro de geſtis Alphredi, quæ [1] Joannes Lelandus in Commentariis citat, facile liquet. In quibus non alienarum ſcholarum, ſed ſuæ regionis meminit, nec alîus nationis, ſed ſuæ gentis, puerorum: non Oxonii, ſed Aulæ regiæ ſeu curti ſui, ut Aſſeri verbis utar: non triplicium ſcientiarum profeſſionis, Grammaticæ, Philoſophiæ, & Theologiæ (uti Oxonienſis ex Rouſſo apud Lelandum tradit, etſi antiquorum monumentorum collegii ſui nomine id obumbret, quod collegium ſuum illuſtrare ſtudet) ſed Latinæ[2] linguæ & Saxonicæ, quibus *ſcriptionem* addit. Atque iſta quidem non admodum tecte, ſed apertiſſime. Tectum admodum eſt quod de ſchola Oxonienſi tradit Aſſerus, nec oculis quantumvis Lynceis, nec menti cujuſquam conſpectum aut cognitum, ne Lelandi quidem, etiamſi ceteris omnibus oculatior & hîc ſit, & in antiquitate Cantabrigienſis Academiæ à Sigeberto petita. In quibus certe credo, non eſſe ſecutum illum ſuam cognitionem, ſed aliorum judicium & perſuaſionem, Polydori nimirum & [3] Balei. Etenim quod Beda de ſcholis Sigeberti in univerſum dixit, id hi ex ſuo ad Cantabrigienſes tantum ſcholas expreſſo nomine accommodant. Tectum[4] & quod de **Lechlade**,

---

[1] Aſſeri verba lege pag. 570. et Laylandi defenſionem pag. 571.

Schola, quam ſtatuit Alu-redus.

*P. 304.

---

[1] Iſta nec pro te, nec adverſus Laylandum, quicquam faciunt, quum idem ſæpe rex non Weſtſaxones ſolùm, ſed Anglos etiam univerſos, et quotquot ex Saxonibus oriundi ſunt, *ſuos* appellet. id videre licet in loco ex Gul. Malmeſ. producto pag. 571. [2] Quaſi in his linguis Theologia et ceteræ etiam artes tradi non poſſent. [3] Laylandum conſtat longo ante Baleum tempore ſuam hac de re ſententiam publicaſſe. Inter eum vero et Polydorum non ita conveniebat, ut hunc imitari vellet. [4] Sed magis tectum, quod de Cantabrigienſis academiæ per Cantabrum origine

tui

Lathelade, & **Creklade**, (nominibus mere Saxonicis, Lelando authore) & ſcholaſticorum hinc Oxoniam tranſmigratione, Aſſerus ſcribit. Tamen quum de ſcholis Aulæ regiæ mentio fuit, oblata occaſio erat commemorandi,* quemadmodum Academiam Oxonienſem, aut univerſitatis Aulam, vel erexiſſet Aluredus, vel reſtauraſſet, ſi res ita ſeſe habuiſſet, non ſine magna certe authoris gloria & facti laude: multoque ſane majori, quam pro urbium, palatiorum, aut monaſteriorum ædificatione aut reparatione, de quibus tamen Aſſerus vel diligentiſſime ſcribit, nihil [1] præteriens à primo nativitatis Aluredi anno ad ætatis XLV. Itaque tam eſt credibile, univerſitatem veſtram, aut univerſitatis Aulam ab Aluredo, ſuadente Neoto, conſtitutam, quam eſt, Ethelwolfum, Aluredi patrem, Oxonienſes ſcholas poſuiſſe anno Chriſti incarnati 850. Aut annis antehac ſexaginta [2] ab Offa, Merciorum rege, imperante Carolo magno, fundatas eſſe, quod tamen probabilius eſſe ſcribit Fabianus parte ſexta cap. CLXII. quod Offa Merciorum rex erat: etſi neutrum videatur approbare: aut novum collegium Oxonii à Neoto [3] exſtructum: quæ [4] Oxonienſes quidam, non contemnendæ

* P. 305.

Ethelwolfus.

Offa.

---

tui comminiſcuntur. [1] Non facile tibi in hac re aſſentior. Nam multa auſim dicere apud Hovedenum, Huntedunenſem, Malmesburienſem, Florilegum & alios non contemnendos authores de eo ſcribi, quorum nulla prorſus apud Aſſerum, etiam te alibi judice, mentio eſt. Quapropter alterutrum ſequi oportet, aut te falli, aut tam probatos ſcriptores multa de illo vana commemoraſſe. [2] Qua ratione hæc inferas, oſtende obſecro. Nam Fabianus tibi non patrocinatur. Adde, quod idem academiæ noſtræ fundationem expreſſis verbis Alfredo aſcribit. [3] Vix tibi hoc credo, noſtrum quenquam hoc dixiſſe seriò. [4] Fuit olim (quod in antiquis reddituum indicibus reperi) aula quædam Neoeruditionis viri, nuper in gratiam, credo, Oxo*nienſis Gymnaſii, atque ad fulcimentum labentis antiquitatis, ſunt commenti. Nam ut ille authorem nullum in confirmationem adducit, vel quod nullum habeat præter illum unum de quo Fabianus (ſi eum omnino habeat) vel ſi quem habeat, deceptus tamen publico errore vertentium *Romam* in *Oxonium* (nam Ethelwolfus ſcholam Anglorum Romæ reparaſſe dicitur) ita hic, opinionis ſuæ quum aliud non eſſet argumentum, perſuaſit ſibi forſan, à Neoto exſtructum id collegium, quod nomen ejus Anglicum, **neu** ſeu **neou**, quadam vocis ſimilitudine cum Neoto conſentiat. Niſi ſi cogitaverit, à Græcis[1] dictionibus νέος vel νεότης (quod tantundem eſt) deduci conjecturam, exiſtimans, ut videtur, à Gul. de Wicham reparatum ſolum, non ante annos abhinc 200. à fundamentis exſtructum eſſe. Gul. de Wicham[2] dico, cognomento *longum*, ſeu, ut Lelandus ait, *Perottum*: hominem primo præbendis & præfecturis quatuordecim[3] annui cenſus 900. librarum conſpicuum, ut ipſe (cum aliis totius regni clericis) Ro. ſedi ſignificavit, ad man*datum Urbani quinti, contra pluralitates beneficiorum: poſtea Lincolnienſi archidiaconatu, privati Sigilli regii cuſtodia, Angliæ Cancellariatu, Wintonienſique Epiſcopatu clarum, &, propter hoc aliudque Wintoniæ collegium exſtructum, ampliſ-

* P. 306.

Gul. de Wicham.

* P. 307.

Neoti nomine in ejus collegii horto haud procul à Divi Petri in Oriente, ut vocant, templo: ſed an à Neoto, aut alio quopiam conſtructa, quoniam certi nihil proferre poſſum, non pronuncio. [1] Infeliciter græciſſat qui hæc cogitat. [2] Ego nobilis illius collegii Gul. de Wikham verum, atque adeo primum, non reparatorem, ſed fundatorem, conſentientibus ejuſdem collegii monumentis, fuiſſe non dubito. [3] Πάρεργα.

ſi-

Windeſore. *Queneburgum.*

ſimoſque fundos donatos, omnium ſeculorum memoria dignum: ut & propter transformatum Windeſoræ caſtrum, & exſtructum Queneburgi caſtellum (quod Lelandus **Cuningburgh** appellat) in inſula Shepeio, laudatum. Erat enim Regi Edwardo III. in principio à fabricis, quod erat ingenioſus, & architectura delectatus: homo alioqui humilis conditionis (ut hiſtorici referunt) & mediocris literaturæ. Nomen Wicham, à loco habuit unde natus eſt, non à parentibus. Proinde Gul. de Wicham appellandus eſt, non Gul. Wicham, ut ſolet Polydorus atque alii multi ſcriptores. Verum ut revertar à Perotto ad Neotum, quum demonſtratum jam ſit, Neoto hortante non eſſe conſtructam Oxonienſem Academiam, mirari ſubit, unde inter vetuſtos ſcriptores recentior Ranulphus, libro ſexto confidenter quidem[1], ſed nulla antiquitatis * authoritate[2], ſcribat, "Aluredum, conſilio Neoti abbatis, quem "crebro viſitaverat, ſcholas publicas variarum artium "apud Oxoniam primum inſtituiſſe: & ejus urbem in "multis privilegiari procuraſſe". Et infra: "Tertiam (partem bonorum ſuorum) ſcholaribus Oxonien"ſibus congregatis & congregandis aſſignaſſe: nemi-

Contra Ranulphum de conſtitutione Oxonien. Academiæ.

*P. 308.

---

[1] Non hoc primus, ut tu affirmas, ſcripſit Ranulphus: ſed idem ante eum prodidit Rogerus de Ceſtria, ut apud eum videre eſt, et alii etiam complures, ſi non vetuſtiores eo, paulo certe recentiores, et ab omnibus propter hiſtoriæ fidem recepti et approbati. Ranulphum item à ſuſpicione liberat quod ſcribit Roſſus in Edwardo Seniore. (Vide pag. 498.) et noſtri collegii monumenta pag. 517. et recepta vetus admodùm ea conſuetudo in eodem noſtro collegio ſingulis diebus dominicis, dum ſacra peragebantur, orandi pro eodem Alfredo, tanquam primario collegii fundatore, ita ſe rem habuiſſe comprobant. [2] In tuis Cantabri aſſertoribus cur hoc non requiris?

nem authorum, quos ſe in ſcriptorum catalogo ſecutum profitetur, imitatus. Etſi Hen. Huntudonenſ. cujus verba refert, ac præterea ex ſuo *ſcholas Oxonienſes* & *ſcholaſticos* adjungat, authorem ſequi diligenter ſimulet. Etenim nec [1]Marianus Scotus, nec Henr.Huntud. nec Gul.Malmesb. nec Gualterus Oxonienſis, nec Alfridus Beverlacenſis, nec Galfridus Monem. nec Gul. Rievallenſis, nec Giraldus Cambrenſis, nec Joannes Sarisburienſis, nec Hugo Piſanus epiſcopus, nec Gul. Beverlacenſis in ſpeculo hiſtoriarum, nec Ivo Carnotenſis, denique nec Martinus Polonus ſive pœnitentiarius, nec Florentius Wigornienſis, (quem vel maxime Ranulphus ſequitur in ſupputationibus annorum) Oxonienſes *ſcholas ne nominarunt[2] quidem ut ab Aluredo inſtitutas, aut ſcholaſticos liberalitate ejus fotos. *P. 309. Niſi ſi forte Hiſt. Francorum, cujus meminit (quam nondum eo nomine me vidiſſe memini, etſi multas vidi Gallicas) quid habeat, quo opinionem ſuam tueatur. Imo nec Chronicon Meritonenſis cœnobii, nec Simeon Dunelmenſis, nec Ailredus Rievallenſis, nec Joannes Capgravius, nec chronicon reginale, nec Matthæus Pariſius in hiſtoria magna ab origine mundi, nec Matthæus Weſtmonaſterienſis qui Pariſium expreſſit, nec Jo. Pariſienſis in Chronico univerſali (cujus initium eſt, *in exordio mundi & initio creaturarum opifex omnium Deus* &c.) quod produxit ab origine mundi ad annum 1322. nec vetuſti Annales Cantuarienſes, neque Aſſerus, diligentiſſimus rerum Alphredi ſcriptor, faciunt mentionem Oxonienſis ſcholæ ab Aluredo conditæ, aut tantæ liberalitatis Oxonienſibus ſcholaſticis ab eodem collatæ: ut nec tabellæ ante magnam hiſtoriam Matthæi Pariſii, nec volumina, quas rotulas vocant, *P. 310. *Genealogiarum principum, quæ multa vidi & Latine & Gallice ſcripta: nec ullus alius vetuſtus ſcriptor, quod ſciam. Nam quos hactenus commemoravi ſcriptores vetuſtos, omnes, qui ſcholarum meminerunt Aluredi, habent, ſcholam Romanam beneficiis Alphredi recepiſſe libertatem: & ſuis [1] domi ſuæ ſcholaſticis tertiam partem facultatum ſuarum contuliſſe. Quidam enim ex his (inter quos Aſſerus eſt) ad iſtum modum ſcribunt. "Tertiam partem bonorum ſuorum "ſcholæ [2] ſuæ, quam ex multis ſuæ propriæ gentis nobilibus pueris & etiam ignobilibus ſtudioſiſſime congregavit, dedit. Quem locum Matth. Pariſius, & ejus ſequax Matth. Weſtmonaſt. quem Florilegum vocant, pervertunt, atque ita legunt. "Tertiam [3] partem ſcholæ, quam ex multis Galliæ, aliiſque remo-

---

[1] Hac eadem ratione et tua ilico à Cantabro ducta antiquitas corruet: multoque facilius, quod nullius prorſus horum teſtimonio fulciatur, quum tamen inter eoſdem ſit, qui noſtram antiquitatem longe etiam ultra Aluredi tempora proroget. [2] Fateor ita eſſe: quid tu inde ab authoritate colligis negative, ut plerumque ſoles?

---

[1] Quinam hoc ſcribunt? nam ſi qui ſint, eos, te docente, tanquam ſuſpectæ fidei ſcriptores rejicio, vel hoc nomine, quod ab Aſſero, antiquiori atque adeo certiori hiſtoriographo, diſſentiant. [2] *Suam* merito appellare poterat, quam, poſt longam deſolationem, priſtinæ celebritati reſtituerat. Quin etiam Oxonienſibus et Cantabrigienſibus ſcholaſticis, et non domeſticæ ſcholæ ſuæ, Alfredum has elargitum facultates, hiſtoriola veſtra teſtatur: ei credes ſcio. [3] Hæc illorum verba cum Aſſerianis non pugnant. Nam ille de pueris et auditoribus illius ſcholæ locutus eſt: illi de doctoribus et magiſtris, puta Jo. Scoto, Grimbaldo et aliis, quos partim ex Gallia, partim ex aliis remotis regionibus, ad ſe vocarat Alfredus, paululum diverſa deſcriptione eandem Oxoniam ſignificantes, verbis mutatis, genuinum ſenſum ſervantes.

“tis regionibus, congregaverat, clericis & doctoribus, “ſecundum ſingulorum ſufficientiam, deputavit. Unde forſan alia, præter eam quam ante retuli, origo Academiæ Ranulpho fuit, ex male[1] intellecto loco, quod doctorum & clericorum iſti meminerunt: & ex * eo quoque, quod, ex Gallia vocatum Scotum, opinio inolevit. Quartam vero partem, de qua Aſſerus, uterque [2] Matthæus omiſerunt: quam ut Ranulphus addit, ita monaſteria relinquit, & eccleſias tantum in ea aſſumit. Sed ut eodem revertar, quidam tertiam partem datam ſcholaſticis, quidam pauperibus clericis, tradunt: minime addentes, *Oxonienſibus*[3], ſed intelligentes aut in univerſum omnes ſuæ gentis, aut ſuæ ſcholæ domeſticæ, literarum ſtudioſos. Nam Mercii (in quibus eſt Oxonium) ſua [4] gens non erat, ut paulo poſt dicemus. Si quid tamen aliæ ſcholæ [5] quam ſuæ dederit, probabile eſt Romanæ dediſſe. Nam Henricus Huntudonenſis, anno 887. in aliis exemplaribus 888. ſcribit, Æthelhelmum[6], Wintunenſium comitem, elemoſinam regis Elfredi Romam detuliſſe, ſic ut videatur omnis Alphredi animus Romæ fuiſſe non Oxoniæ. Ad hæc[7], quum legem tulerit, ut pueri prima ætate erudirentur, Oxonium eis non deſignavit locum, ut Gulielmus * Normannus[8] ſuo filio Henrico Belloclerico Cantabrigiam. Aſcribam legem ex Rievallenſi, majoris fidei gratia. “Univerſis liberis hominibus totius regni noſtri prædicti, qui ad minus duas hidas terræ poſſident, fir-

Unde Oxonienſis inſtitutio Alphredo attributa.

* P. 311.

* P. 312.

---

[1] Sic tu parum conſiderate judicas. [2] Quid ad me? [3] Hunc tuum ſenſum non probo. [4] Angli itaque non erant. [5] Cur hanc ſcholam tanti faceret non video, quam nec exſtruxit nec reparavit: aut cur ſuam appellaret. [6] Nihil quicquam ſponte, ſed Neoti rogatu quædam, in illam contulit. [7] O! mirificum argumentum. [8] Hanc chimæram pag. 251. deſtruximus.

“miter præcipimus, ut liberos ſuos uſque ad ſpacium quindecim annorum ætatis ſuæ habeant & teneant literarum eruditionem, ipſoſque interim diligenter inſtruant, ut Deum agnoſcant, & deinceps ſapientiores ſint, & melius eis ſit. Verum” (*etenim* forſan legendum) “liberum hominem illiteratum, pro bruto, & cephalo, & ſtulto reputamus. Quod ſi forſan aliquando legas apud aliquem hiſtoricum, Ethelwardum, Aluredi filium natu minimum, fuiſſe virum literatiſſimum, aut literis apprime inſtructum (quod poteſt fieri) hocne arguet, Cantabrigiæ aut Oxonii fuiſſe eum eruditum? Aſſerus enim affirmat, eum & ceteros regios liberos domi patris [1] ſuæ cum aliis nobilium pueris fuiſſe educatos: & hunc ſecutus Florilegus, anno 871. ſcribit Eadwardum & Ethelwardum ſemper in curia regis fuiſſe *literali ſcientia educatos. *P. 313. Poſtremo, quum Aſſerus de his, quæ Aluredus fecerit, monaſteriis, eccleſiis, & ſervis Dei nominatim in Saxonia atque Mercia meminit, mirum, quamobrem eadem opera ſcholæ quoque in Mercia non meminerit, ſi in ea Academiam Aluredus poſuiſſet. Idem Rievallenſis de diſtributione facultatum Alphredi in ſcholas & ſcholaſticos Oxonienſes ne gry quidem: quicquid Ranulphus cenſuerit, qui largitatem Aluredi à Romanis ſcholis ad Oxonienſes, & à ſcholaſticis Saxonicis ſeu Anglicis Romæ, ad Oxonienſes ſcholaſticos in Anglia, unus [2] inter primos converterit. *Ranulphi errorem ſecuti multi.* Qua prodita ſemel opinione, qui poſt [3] eum inſecuti ſunt [4], eadem pari ſide referunt, iiſdem ejus veſtigiis incedentes, & eiſdem pene verbis uſi: de fide & veritate rei parum ſolliciti. Ut *hiſtoria Brutus*, quam tu *hiſtoriam regiam* nominas (cujus initium eſt [1], *de patre iſtius Bruti Hiſtoriæ videntur diſſonare*) quæ propemodum nihil aliud eſt quam Ranulphi ſimia: ut & monachus ille, qui hiſtoriam Gla*ſtonienſem ſcripſit [2], & is qui marginalem notam *P. 314. apud Diviſienſem addidit, & chronicon Jorenallenſe, Caxtonus, Florilegus, Ranulphus, Fabianus, Hardingus, Henricus Marleburgenſis, Polydorus, Baleus, Lelandus, Lilius, Volaterranus, Middendorpius, Juſtus, & quotquot alii ſunt ejus generis. Proinde nihil miror, ſi Ranulphi, ſi Hiſtoriæ regiæ, ſi Florilegi, & hujuſmodi ex vetuſtis recentium ſcriptorum authoritatem præponderare debere dicat & conſtituat: ſi Fabiani, Polydori, Lilii, Balei, Caxtoni, Lanqueti, & aliquot aliorum novorum authoritatem in hac controverſia lubenter amplectatur Oxonienſis, qui quum hos omnes in medium attulerit, unum tantum Ranulphum authorem produxerit. Cujus authoritas quanta ſit in hac

---

[1] Videbis hæc plenius pag. 570. 571. 572. [2] Idem ante eum Rogerus de Ceſtria aſſeruit. Vide pag. 307. [3] Nec dubito, quin & is quoque habuerit quos ſequebatur, etſi temporum injuria perierint, nec ad manus noſtras pervenerint. [4] Tuum unius igitur horum omnium judiciis præva-

---

valet. [1] Cur non audacter referant poſteri, quæ à laudatis ſcriptoribus prius commemorata fuerunt? Hîc etenim ut non ſuffragetur, non adverſatur tamen antiquitas. Alioqui vel unum ex veteribus profer, qui alium Oxonienſis academiæ quam Alfredum, à Britonum temporibus, fundatorem ſtatuit. Quanquam, nec plane veterum authoritate deſtituitur, qui Aſſerum habet, licet non apertum, tectum tamen ſententiæ ſuæ aſtipulatorem, ut ex utriuſque Matthæi interpretatione et Laylando liquet. [2] Dum recentiorum authoritatem elevare ſtudes, quaſi fidem non mereantur, quoties ſine veterum teſtimoniis quicquam affirmant, recte quidem facis: ſed peſſime cauſſæ tuæ conſulis, quæ tota recentiorum authoritate fulcitur. Vide pag. 572.

cauſſa, arbitror jam omnibus eſſe notum. Verum ſi non ex eo uno penderent univerſi, non mereretur tamen hiſtoriæ laudem, quæ ex novis & recentibus, non autem à vetuſtis & primis rerum ſcriptoribus fidem eſſet allatura. Quapropter neque ego certe uſus eſ-

*P. 315. ſem *recentium [1] authoritate, niſi tibi in hac controverſia placere ex uſu animadvertam, ſic ut non alii æque. Uſus autem ſum pauciſſimis, ut & impreſſis paucis, ceteris omnibus ſcriptis, quibus delector maxime, ut incorruptæ & venerandæ vetuſtatis exemplaribus.

Dolus poſteriorum ſcriptorum.

Atque hæc quidem cauſſa eſt, quamobrem tam multi ſcriptores primam inſtitutionem ſcholæ Oxonienſis Alphredo aſcribant. Inter quos Hiſtoricus Glaſtonienſis (non Gul. Malmesburienſem dico, qui de antiquitate Glaſtonienſis eccleſiæ fideliter ſcripſit) in gloriam Neoti abbatis ſui nimium affectus, ſtudio videtur omnia corrupiſſe. Siquidem quo loco de geſtis Alphredi ſcribit, utitur primo ipſis verbis & ſententiis, quas in antiqua Neoti vita (de qua prius) invenit. Poſtea, quæ eadem antiqua Neoti vita Romanæ ſcholæ tribuit, is ad Oxonienſem ſcholam transfert. Referam verba, ut fraudem detegam, & exemplo rem illuſtrem. "Rex Alphredus" (inquit) "Dei ſervus, "Neotum ſæpius adiit, ſuiſque nonnunquam uteba-

*P. 316. "tur conſiliis. *Hactenus bona fide ex vita antiqua Neoti. Tum pervertit omnia, & addit ex Ranulpho. "Conſilio namque Neoti abbatis publicas variarum ar-

---

[1] Recentiores certe amplector, quamdiu ad veterum fidem ſcribere animadverto, à qua eos ſi recedere videam (quod manifeſte in Laylando, Baleo et Polydoro deprehendi, quum Bedæ verba ad Cantabrigienſis academiæ, et non pædagogii, per Sigebertum fundationem detorquent) protinus abjicio, nullius addictus jurare in verba Magiſtri.

"tium apud Oxoniam primus inſtituit. Dein apponit quæ ad ſenſum eorum faciunt, quæ à Joanne Capgravio, Simeone Dunelmenſi, & ceteris jam ante commemoratis de ſchola Romana ſcribuntur, ad ſcholam Oxonienſem detorquens, in hunc modum. "Romamque legatos miſit, obſecrans dominum Papam Martinum, ut Anglorum ſcholis eandem libertatem, quam "Romæ habent, dignaretur concedere: & quod à "ſanctiſſimo patre petiit, ſine ulla cunctatione impetravit. Quibus interpoſitis, poſtremo in loco ſubdit, quæ Ranulphus præcedentibus annexuit, nimirum, "& "in multis articulis privilegiari procuravit": confundens & quæ vetuſti & bonæ fidei ſcriptores de ſchola Romana ſcripſerunt, & quæ Ranulphus ex ſuo ad Oxonienſem ſcholam per vim injuriamque detorſit, quæque antiqua Neoti vita de Neoto tradidit: artibus uſus & ille quoque, *quo Oxonienſem ſcholam ab Aluredo poſitam præter authoritatem conſtituat.

*P. 317.

Quod qui dicunt primo, aut ſummum ſecundo, regni Aluredi anno factum, longe à ſcopo aberrant. Etenim[1] his annis, & inſequentibus ſeptem continuis, Alphredus cum hoſtibus pugnavit, ut Gul. Malmesb. author eſt: & per ſylveſtria Summerſetenſis pagi loca in magna tribulatione & anguſtia inquietam vitam ducebat, ut Aſſerus anno 878. ſcribit. Cui vix erat quod eſſet, niſi quod à Paganis abſtulerit, aut ipſe piſcando ceperit, aut à ruſticis & eorum uxoribus in panificiis habuit, aut à Denewolpho ſuario, hoſpite ſuo, (quem epiſcopum poſtea Wintonienſem ipſe fecit) accepit. Nolo[2] hìc inopiam objicere, quo minus Oxonienſem

Non primo aut ſecundo regni Aluredi anno conſtitutum Oxon. Gymnaſium.

Alphredi tribulationes.

---

[1] Vide pag. 573. et 556. [2] Acerba præteritio, qua plura Alfredi infortunia commemorantur quam apud Aſſerum habentur, aut vera eſſe comperiuntur. Primo, extorrem

aut

ſcholam exſtruxerit, ut ſolet Oxonienſis Cantabro: nec quod extorris, profugus, & inglorius à ſcriptoribus dicitur, ut alio loco diximus. Nec quod anno decimo, poſtquam novem pugnaſſet cum Danis, captus ſit, & in carcerem detruſus ab hoſtibus, in quo ad an- *P. 318. num unum ante permanſit (ut Jo. Pariſienſis, natione Gallus, in Hiſtoria ſua anno 872. refert) quam Sanctus Neotus (ut Aſſer vere anno 878.) aut Sanctus Cuthbertus, (ut Hiſtoricus Dunelmenſis in gloriam patroni ſui, Gul. Malmesburienſem lib. II. de regibus ſecutus, & aliæ hiſtoriæ parum vere habent) meliora nunciarit. Iſta volo ſilentio præterire, ne in miſerias boni principis inſultare videar. Ad hæc, [1] primis hiſce annis cum juſto exercitu prœlia octo (ut Aſſerus) novem (ut Hen. Huntudonenſis, Simeon Dunelmenſis, & Florilegus ſcribunt) commiſit cum Danis, ut ante eſt expoſitum, præter innumerabiles & quotidianas ir-

---

aut profugum non recte appellas, qui patria nunquam eſt ejectus, ſed in eadem miſerias (quibus non ita diu preſſus eſt) pertulit. Inopia autem, quam ei objicis, non ante conditam academiam noſtram laborabat, nec illa vera quidem, ſed ad tempus diſſimulata. Nam parcam et inopem ex induſtria vitam agebat, non quod neceſſariis indigeret, ſed ne regio luxu ſe hoſtibus patefaceret. De eo in carcerem detruſo nulla eſt apud Aſſerum mentio: fictitium itaque eſſe tuo more poſſem concludere. [1] Duabus de cauſſis vitioſa hæc collectio eſt: primum, quia mala fide Aſſeri verba, quibus tota rationis vis innititur, citas, qui non ***primis annis*** (ut tu fraudulenter ingeris) ſed ***primo anno*** hæc contigiſſe ſcribit. Deinde, quod Neoti, qui tum vivebat, et aliorum cura, eo abſente, et bellicis negotiis occupatiſſimo, ſolo illius juſſu inſtitui potuit: quemadmodum, Lutetianam academiam à Carolo magno in mediis bellorum fluctibus ſtabilitam, legimus.

irruptiones, quas Alphredus cum ſuis contra Paganos magna contentione atque ſtudio indefatigabiliter habuit, ut Florentius ait, & attritus tandem (ut ejuſdem Florentii verbo utar) atque regno exutus, cogebatur in anguſtias Æthelingiæ inſulæ (quæ hodie **Athelnea**, **Atheney**, & **Aetheney** dicitur, ac quinque paſſuum millibus Tauntona abeſt) confugere, & in ea ad annos tres, ut & Gleſtingienſibus *paludibus quoque aliquandiu (ut chronicon Dunelm. refert) extorris regno (ut Gul. Somerſetus lib. de Pont. tertio, & Jo. Pariſienſis anno 872. vocant) & inglorius latitare (ut Simeon ſcribit) ſpoliatus omnibus poſſeſſionibus & fortunis, ut Ailredus Rievallenſis, vel ipſo Aluredo conquerente, tradit, quo minor occaſio ſit ſcholis variarum artium Oxoniæ illis diebus conſtruendis. Verba Alphredi ad ſuos apud Rievallenſem, hæc ſunt. "Non "aliena petimus, ſed noſtra repetimus: noſtra nobis "eripuerunt, noſtra poſſident, noſtra luxurioſe con-"ſumunt, noſtra Idolorum ſuorum ſacrificiis expen-"dunt. At ſi ſuffeciſſet ille ſcholæ Oxonienſi conſtruendæ & alendæ, non tamen Oxonii potuiſſe aut voluiſſe credendum eſt. Oxonium[1] enim in regno Aluredi non fuit, ſed regno Merciorum per ea tempora. Quod ut rationi conſonum non eſt, eum voluiſſe ſcholas fundare, ita ſi vel maxime vellet[2], non potuiſſe tamen vivente & imperante adhuc Burrhedo (quem Aſſerus Burghredum vocat) Merciorum rege, qui expul-

Æthelingia Aluredi latibulum.

*P. 319.

---

[1] Benè habet, quod Oxoniam hîc, contra quam alibi aſſeris, ad regnum Merciorum pertinere dicis. [2] Qua id conſequatur ratione non video. ni forſan probare poſſis, Burrhedum ab Alfredo, ejus affini et beneficiario, exorari nullo pacto potuiſſe, ut de ipſo et regno ejus ſibi bene mereri liceret.

*P. 320. ſus regno à Danis eſt non ante annum *Domini 874.
poſtquam annos regnaſſet XXII. teſte Henr. Huntudonenſi
lib.V. & Aſſero de geſtis Alphredi anno 874.
anno quarto videlicet regni Aluredi regis, prout antiquus
etiam Genealogiæ principum Brit. & Sax. liber
refert, qui ita cum Florentio Wigornienſi conſentit,
ut ſi ab eo natus eſſet. "Burrhedus" (inquit) "anno
"quarto Ætheldredi expulſus à regno, Romam abiit,
"ubi non diu vivens defunctus eſt, & in ſchola Saxonum
"in eccleſia beatæ Mariæ ſepultus requieſcit. Hæc
eadem verba propemodum habet & Aſſerus anno 874.
Dein Genealogiæ ſcriptor addit. "Pagani quoque poſt
"ejus expulſionem totum Merciorum regnum ſuo dominio
"ſubdiderunt". Et rurſus idem. "Pagani eodem
"anno, quo Burrhedus expulſus regno eſt, Ceolpho
"ejus miniſtro (*inſipienti* addit Aſſerus, & *Ceolwulfe*
"appellat) regnum Merciorum cuſtodiendum
"ad tempus commiſere. Verum triennii tempore
"completo, partem illius inter ſe diviſerunt, partem
"autem illi dedere, & eum regnare permiſere, qui ultimus
*P. 321. "regum *Merciorum extitit. Poſt cujus mortem,
"Weſtſaxonum rex Alfredus, ut exercitum Paganorum
"Danorum ſuo de regno expelleret, ſtrenuitate
"ſua Londoniam cum adjacentibus terris recuperavit,
"& partem regni Merciorum, quam Ceolphus habuit,
"acquiſivit". Non abſimilia ſcribit & Ranulphus
lib.VI. "Hoc anno" (inquit) "Dani, Lindeſeiam deſerentes,
"venerunt ad Rependon, ubi expulſo rege
"Merciorum Burdredo, regnum illud tradiderunt cuidam
"Colwlfo (*Ceolwulfo* ſcribendum) Burdredi miniſtro,
"eo pacto, ut, quando vellent, illud reacciperent.
"Verum, triennio elapſo, partem regni illius
"inter ſe diviſerunt, partem Colwlfo reliquerunt, qui

"etiam ultimus rex Merciorum fuit. In qua re ideo Ceſtrenſi credendum eſt, quod [1] antiquos ſcriptores ejus rei authores habeat [2]. Hanc diviſionem factam quidem anno ſexto regni Aluredi, & anno ſalutis octingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Henr. Huntudonenſis libro quinto author eſt: autumnali vero tempore, referunt hiſtoriæ antiquæ Saxonicæ in hunc modum. * ⁊ ða on heꝛꝼeꞅꞇe ᵹeꝼoꝛ ꞅe heꝛe on Ꮇẏꝛcna lanꝺ. * P. 322.
⁊ hıꞇ ᵹeꝺælꝺō ꞅum. ⁊ ꞅum ceolƿulꝼe ꞅealꝺen. Hoc eſt, "*& tum in autumnale tempore profectus eſt exercitus in* "*Merciam, & partem inter ſe diviſerunt, & partem Ceol*-"*wulfo dederunt*. Imo, ſi quid credendum ſit hiſtoriæ Burienſi, quam [3] tu *regiam* vocas, Dani, muſis formandis parum propitii, Oxoniam etiam anno regni Aluredi XXII. occuparunt. "Hoc anno" (inquit) "rex Alu-"redus fugavit Danos de Cantia, de Oxonia, de Chi-"cheſter. Erat iſte annus 894. ex quo Chriſtus natus eſt, teſte Ranulpho, cujus verba Burienſis iſte refert. Quod miror Oxonienſem non advertiſſe, maxime in hiſtoria ſibi familiari, & pene ſola: quamque regio nomine dignam cenſeat, quum vix monachi [4] authoris appellationem mereatur. Etenim omnia aliena ſunt,

---

[1] Quaſi, tacente vetuſtate, nullam ex ſe fidem promereatur. [2] Ranulphus, pro Londinenſi quicquam ſcribens, magnæ eſt authoritatis: contra, nullius prorſus, ubi noſtram confirmat ſententiam. hîc æquitatem deſidero. Idem Lond. Bowlo, Herriſono, Lydgato, anonymis, apocryphis et obſcuris ſcriptoribus ſuis, in rebus à ſeculo noſtro remotiſſimis, etiam citra vetuſtatis teſtimonium, credit: ſine quo, multo illis vetuſtiori ac probatiori Ranulpho fidem, quam meretur, non adhibet. hîc judicium requiro. [3] Ea hiſtoria ideo *regia* dicta eſt, quod à Burienſi monacho, Richardi ſecundi mandato, conſcripta fuerit. [4] Quid mihi tantillæ fidei ſcriptorem opponis?

nec quicquam ſuum, præterquam peculiaria quædam ad monaſterium Sancti Edmundi pertinentia. Quibus *P. 323. omnibus ſi quis animum adhibeat, facile *intelliget, non primo [1], aut ſummum ſecundo, regni ſui anno, imo ne quarto aut ſeptimo quidem, ſcholam Oxonienſem Aluredum poſuiſſe, ſi omnino poſuit: maxime, quod, viventibus adhuc fratribus natu majoribus (is enim natu minimus erat) *rex* non fuit Aluredus, ſed *ſecundarius*, ut Aſſerus & ceteri ſcriptores antiqui nominant, *Dolphinus.* quem *Brutus* & vetuſti authores Anglici *Dolphinum* vocant, ut hodie Gallia regis ſui filium natu maximum. Nec regnum Merciorum regnum ex ſe eſſe deſiit ante expletum annum Domini 875. minimum [2], qui annus regni Aluredi quartus fuit. Nam is regnare cœpit anno Domini octingenteſimo ſeptuageſimo primo, uti Aſſerus, ejus rei ſcientiſſimus author, tradidit. Quo tamen anno 875. ſtatim non conjungebatur occidentalium Saxonum regno, niſi nomine tenus. Siquidem Etheredus Merciam & Londinum (præcipuam Merciorum urbem) genero ſuo Etheredo commiſit, qui ea ad Edwardi, heredis Etheredi, tempus retinuit. Quo mortuo, Edwardus regno ſuo Weſtſaxonico Merciam *P. 324. annexuit, ut *Gul. Malmesb. lib. quinto ſcribit. Sic tamen, ut, retentis ſibi Londino & Oxonio, reliquum ſorori Elfledæ, Etheredi uxori, durante vita non ſuſtu- *Elfleda.* lerit, quæ ad annos octo poſt mariti mortem Merciam magna laude gubernavit. Unde illud de Elfleda apud Henri. Marleburgenſem:

Fecit natura puellam,
Sed probitas fecit nomen habere viri.

---

[1] Vitioſam hanc eſſe collectionem pag. 575. oſtendit.
[2] Multa hîc extra cautionem narrat.

Iſtis ſubſcribit & Simeon Dunelmenſis, qui Londinum & Oxonium, ceterumque Merciorum regnum, non ante occidentalium Saxonum regno juncta ſcribit, quam Edwardus rex regnare cœperit, neque tum quidem primo quoque tempore, nec antequam Egelfleda (quam Ingulphus anno 884. Æthelfledam vocat) Etheredi uxor & Alphredi filia, è vita deceſſit. Anno enim 912. ſic Dunelmenſis ſcribit. "Eximiæ vir probitatis, dux "& Patricius, dominus & ſubregulus Merciorum, E-"theredus, poſt nonnulla, quæ egerit, bona deceſſit. "Poſt cujus mortem uxor ejus Egelfleda, regis Alphre-"di filia, regnum Merciorum (exceptis Londonia & "Oxenofordia, quas ſuus germanus rex *Edwardus ſi-"bi retinuit) ſtrenuiſſime annis octo tenuit. *P. 325. Prætereo quæ in Bathonienſi chronica lego in Athelſtano de hac re: "Athelſtanum nimirum, nepotem Ælfredi, anno "926. totius Angliæ monarchiam ſuſcepiſſe, ſolumque, "abſque aliqua aliorum conditione, ſuper totam An-"gliam regnaviſſe, quod Alphredus & Edwardus, pro-"pter Danorum irruptiones & invaſiones, facere pe-"nitus non prævalebant. Sunt tamen ex ſcriptoribus, ut Gul. Malmesb. qui dicant, Alphredum fuiſſe primum totius Angliæ monarcham: ut & Ailredus Rievallenſis, poſtquam Godwinus regni ſocius vita functus eſt. Quod ideo ſcriptum eſſe chronicon Eboracenſe tradit, quod omnium regum, qui à Romana ſede unctus in regem eſt, primus exſtitit. A Leone enim pontifice Ro. ejus nominis quarto, Romæ ungebatur in regem, anno à Chriſti nativitate 853. Referam verba chronici. "Hic (Alphredus) fuit primus rex in Anglia qui "fuit unctus, & accepit coronam de Papa Leone. Pro-"pter hoc dicitur, ſecundum chronicas Anglorum, "primus *monarcha, ut ſuperius eſt notatum. *P. 326. Quod cer-

Primus Angliæ monarcha.

certe verius exiſtimo: etſi legam, in libro de concordantiis chronicantium, ſub litera *M.* ſecunda monarchæ ratione Alphredum imperaſſe. In eo enim ſcribitur, primos monarchas Anglorum tripliciter dici ſecundum chronicantes, ut ejus verbis utar. "Nam "primo modo, Anglorum monarcha primus dicitur, "qui Angliam, in ſeptem regna diviſam, ſub unius im"perium redegit: reges tamen ſub ſe regnare permi"ſit, & tributa ſolvere coëgit: ut Egbirtus ſeu Egber"tus. Secundo, qui non ſolum alia regna conquiſi"vit, verum etiam, ut reges ſub ſe dominentur, re"nuit, regna ſic conquiſita in comitatus dividens: quo "modo Alfredus, Egbirti regis nepos, primus monar"cha dicitur. Tertio modo primus monarcha nomi"natur, qui non terram ſolam, ſed etiam mare cir"cumfluum ſuo dominio adjecerit, ut pacem omni ex "parte retineret: qua ratione Edgarus, rex pacificus, "Edwardi ſenioris nepos, & inclyti principis Alfredi "pronepos, primus monarcha nominatus eſt. Hæc etſi *P. 327. commode libri de concor*dantiis chronicantium author diſtinxit, tamen exempli gratia Alfredum potius, quam rei geſtæ fidei cauſſa, introduxiſſe videtur, ſi Hiſtoriam Bathonienſem reſpicias, ut certe par eſt, propter eas, quas adducit, rationes de Danorum bellis & irruptionibus. Quod ſi primum monarcham omnino fuiſſe contendas Aluredum, non ante tamen annum Domini 886. ut ait Matth. Weſtm. in Flor. hiſtor. eodem anno monarcha fuit: nec omnibus regni partibus, ſed illis tantum quas non occupaverant Dani. Dani autem Merciam, ut ante dixi, tenuerunt, quam eis eripuit Edwardus, non Alphredus, ut in eodem Matthæo anno 907. Nec primo quoque tempore. Nam Dani[1]

Triplex monarchiæ ratio.

---

[1] Si Danicæ irruptiones, ut tu opinaris, noſtræ academiæ

in Merciam hoſtiliter ſunt ingreſſi (eodem Florilego authore) anno Salutis 911. mortuo jam Alphredo, & nullo loco paci atque ſtudiis ponendis Oxoniæ relicto. Ex his ergo ſequitur, neque per primos regni Aluredi annos, ut nec per poſtremos etiam, Oxonienſem Academiam ab Aluredo conſtitutam: nec hortante Neoto id factum, *nec primo, aut ſummum ſecundo, anno *P. 328. rem geſtam, ut Roſſus in Academiis, & tu ex Roſſo judicatis: contra certe ſcribens quam Lilius[1] in tabulis univerſalibus ſuà manu ſcriptis, atque chronicis exiſtimat, in quibus, Polydorum ſecutus, tradidit, anno Domini 895. Oxonienſe Gymnaſium poſitum, & anno regni Aluredi XXIIII. ea propemodum ætate, qua exſpiravit: & contra quam tuus ille cenſuit, qui anno Salutis 885. Grammaticalem ſcholam Oxonii ab Aluredo poſitam aſtruit, & Lanqueti chronico ſupplementum addidit: contraque quam hi cenſuerunt ſcriptores, qui monumentis ſuis reliquerunt, Martinum[2] P.R.

---

miæ exſtructionem remorari potuerint, quod unicum eſt tibi, quantum video, perfugium relictum, aut ſi primo, aut ſummum 2°, anno conditam non docuiſſem, non potuit tamen tantilla illorum, quantulam deſcribit Florilegus, in Merciorum regnum excurſio, prædandi tantum cauſſa, ut idem inquit, facta, impedire, quominus academiam conditurus cœptis inſiſteret. Nam intra paucos poſt irruptionem dies ab Edwardo, occiſis eorum ducibus, fuſos fugatoſque apud eundem legimus.

[1] Uterque horum Alfredum noſtri gymnaſii inſtitutorem prædicat: et ut ab iis in annorum ſupputatione diſcrepem, ſequor tamen Balei hac de re opinionem. hanc tu leges pag. 576.

[2] Perſpicuum authoris ſenſum pervertis, idque dedita quidem opera, ut videtur. Nam hoc tantum innuit Baleus, pontificem Rom. quæ ab Alfredo condita eſt, academiam pro generali ſtudio approbaſſe: alioqui idem author ſibiipſi contrarius eſſet, qui ſcribit, Oxonienſe gymnaſium anno 873. ab Alfredo

non niſi anno Salut. 882. authoritatem conceſſiſſe Aluredo conſtruendi ſcholam Oxonienſem, poſt annos undecim, hoc eſt, quam regnare cœpit. Aſſero enim authore regnum inchoavit anno Salutis octingenteſimo ſeptuageſimo[1] ſecundo. Si quid tamen geſtum ſit & excitatum, tempore pacis geſtum & excitatum eſt. Nam,
*P. 329. authore Ailredo Rievallenſi, "in diebus pacis non *torpuit otio, ſed legere & ſcribere, & ſacras apices" (refero Rievallenſis verba) "in linguam Anglicam vertere laborabat, leges Chriſtianiſſimas & ſcripſit & promulgavit: in reſtaurandis eccleſiis, quas impia manus Danorum everterat, in reparandis, ditandis, ornandiſque monaſteriis deſudabat: inter quæ duo nobiliſſima condidit. Hæc quum Alphredum geſſiſſe[2] Rievallenſis ſcribat, quem ad Henricum, Neuſtriæ ducem, poſtea Angliæ regem, omnibus pietatis laudibus ſtuduit commendare, quod ab eo genus duxiſſe vellet oſtendere, tamen de ſcholis Oxonienſibus, præcipua laudis gloria, ab Aluredo fundatis, de fortunis ejus ſcholaſticis Oxonienſibus diſtributis, ne verbum quidem, ut nec apud alium vetuſtorum ſcriptorum quenquam ante Ranulphum Ceſtrenſem, quod ſciam, qui nulla ſane antiquorum authoritate iſta ſcribit. Itaque recentium ſcriptorum fraude atque vitio videtur hoc initum, ſed inſequentium negligentia con-
Cautio. firmatum. In qua ne nos quoque atque poſteri in
*P. 330. utramque aurem dor*mientes perſiſtamus, diligenter circumſpiciendum, neve quid temere credamus (quod

---

do conſtitutum. [1] Non 2°. ſed primo. [2] Quam turpe eſt homini γεροντοδιδασκάλῳ toties in artem, ipſis pueris familiarem, peccare: præſertim quum rationes huc adferendæ eſſent non probabiles tantum, ſed firmæ, ſolidæ, et efficaces, quæ neceſſario fidem facerent?

nervi atque artus ſapientiæ eſſe M. Cic. docet) attendendum. Sunt enim, qui tendunt inſidias, & præteritis ſuis dolis fidem facere futuris hiſtoriis, necdum ex toto editis, ſtudent: ſuamque ſententiam, aliorum nomine & authoritate munitam, quaſi ab antiquitate natam populo obtrudunt. Præſcribunt enim (quod compertum habeo) vulgaribus hiſtoricis Anglice ſcribentibus, qui ex alieno judicio toti pendent, ut in Rhapſodiis ſuis, & conſarcinatis centonibus, de antiquitate Oxonienſi ſic pronuncient. *Oxonienſis commentum.* "Aluredus anno[1] Chriſti 872. conſilio pii viri & eruditi monachi Neoti, "aliorumque doctorum virorum ejus ætatis, Oxonienſem Academiam fundavit: & libertatibus multis, "privilegiiſque commodis & præclaris communivit. "Hiſtoriola tamen ejus Academiæ, antiquiorem multo videtur indicare, atque ad Græcos quoſdam Philoſophos, qui in Inſulam hanc cum Bruto aliiſque "Trojanis venerant, originem referre. Qui ut poſtea "loco quodam, non longe *Oxonia poſito, corrupte *P. 331. "**Crekelade** pro **Graekelade** appellato, ſedes ſuas poſuerunt, ita poſtea, amœnitate loci allecti, eo ſoli "commigrarunt, ubi nunc Oxonium eſt, ibique ingenuas artes docuerunt. Hanc ſcholam, bellis tandem "civilibus temporumq; viciſſitudine fractam & concuſſam, atque ad extremas ruinas perductam, Aluredus, "velut ſecundus fundator, in priſtinum ſtatum, ut non "nemo ait, revocavit. Qui, præter multa, à ſe præclare geſta, ad alendas augendaſque bonas literas, eo "loci collegium magnæ univerſitatis Aulæ nomine, "nunc univerſitatis collegii appellatione, conſtruxit, "& in ea magiſtri nomine gubernatorem, & LXXVIII.

---

[1] Hæc omnia vera eſſe non diffitemur.

“ ſociorum numerum inſtituit, ex quibus XXVI. theo-
“ logi, XXVI. philoſophi, & totidem grammatici erant.
“ Ad quem numerum alendum, quantum neceſſitatibus
“ commode inſervire poſſet, è fiſco regio ab heredibus
“ & ſucceſſoribus ſuis in æternitatem numerari juſſit.
“ Quod, ut vetuſta collegii monumenta teſtantur, non
“ ante defecit, quam regnum ſuſceperat Gul. Neu-
“ ſtrius, qui, ſcholaſticis offenſus, eis primus id ſub-
*P. 332. “ traxerit. *Hæc Anglicis hiſtoriis ab Oxonienſi dolo[1] commiſſa, & à me Latina facta, quemadmodum cum hiſtoriola conveniant, ex collatione facile intelliges. Etenim neque Crekelado Oxonium tranſlatos Græcos docet, nec Oxonii[2] docuiſſe, tradit hiſtoriola, quam ſaltem ante aſſertionem nobis propoſuit Oxonienſis. Quod ſi in reliqua hiſtoriola id contineretur, Oxonienſem non diſſimulaturum, aut ſilentio præteriturum, quòd in rem ſuam fuiſſet ut ille quidem exiſtimat, affirmaverim. Sed demus ita eſſe, quod tamen Oxonienſis in commentariis negat, Lelandus ait. At, per quem & quo tempore dicat, velim. Lelandus de tranſlationis authore atque tempore ſilentium eſſe ingens in hiſtoriola dicit: id quod etiam Oxonienſis confirmat in commentariis. Eſto tamen per Aluredum tranſlatos[3], ut Cantabrigienſes commentarii tradunt, quos ut vanos Oxonienſis ſpernit. An antiquiorem ergo ſtatuet Aluredo Oxonienſem Academiam? Alius certe quam *P. 333. Oxonienſis non faceret, ſcio. Etenim antiquitas inde incipere debet, unde rei eſt initium. Initium[4] autem

---

[1] Nullo certe. [2] Nec dormiviſſe quidem. Quare ut hoc taceat hiſtoria, ſi dederis tamen ibi conſediſſe, et prælegiſſe illic ac diſputaſſe ſequetur. [3] Nigelli ſomnium. [4] Falſiſſimum eſt quod hîc pro vero aſſumis, nempe Græcorum ſcholas, de quibus ipſe ſum locutus (non quas tu tibi

ſcholæ Oxonienſis tum erat, quum primum Oxonium Græci venerant, & Criclade eſſe deſierunt: ſic ut finis unius initium eſſet alterius. At id initium quum ab Aluredo inceperat, (ſic enim poſitum jam eſt argumenti cauſſa, quod alium authorem nullum habeas) quomodo poteſt Oxonienſis ſchola Aluredo eſſe antiquior[1]? Neque enim Oxonienſe Gymnaſium ideo antiquius eſt, quod Græci, qui longe ante Cricladi erant, jam Oxonium ſunt tranſlati. Nam ea, ſpeciei gentis & ſcholæ Cricladenſis continuatio & antiquitas eſt, non Oxonienſis Gymnaſii. Quamdiu enim Cricladi moram fecerant, tamdiu antiquitas Cricladenſis producebatur. Ubi autem Oxonii eſſe cœperunt, non amplius Cricladenſis eſt antiquitas, ſed Oxonienſis ſcholæ initium exiſtimandum eſt. Ut non addam[2], Lelandum ſcribere, fabulam eſſe, Cricladam Græcanicis ſcholis fuiſſe inſignem, ut alio loco diximus. Quod eo probabilius eſt, quia à Cantabrigienſibus, non à Græcis, *ſumpſit initium, ut jam ante ex Diviſienſi[3] oſtendimus. Quo fit etiam, ut Cantabrigienſis[4] Academia etiam Cricladenſi multo ſit antiquior. Quod autem ſequitur *de reparatis per Aluredum ſcholis, ut non nemo ait*, ſuum[5] id eſt Oxonienſis figmentum. Ob quam cauſſam fraudu-

*P. 334.

Cantabrig. Academ. Cricladenſi antiquior.

---

ex Nigello fingis) ad Aluredi uſque ætatem Græcoladæ floruiſſe. [1] Te viciſſim interrogo, qua ratione hodiernam Cantabrigiam cum veteri, toties à Saxonibus et Danis funditus deleta, non in eodem, ſed diverſo plane in loco ab eo, quo olim erat, ſitam, tanquam unam eandemque confundas? [2] Ego uni Laylando, Laylandum ac Baleum etiam oppono, ut antehac feci. [3] De eo quid ſenſerim dixi pag. [532.] [4] Nondum eſt: nec ſpera futuram ex eo Nigelli tui commento. [5] Præter Laylandum et Polydorum, mihi quoque ſuccinunt quotquot ſcribunt, Oxonienſe gymnaſium Britonum temporibus floruiſſe.

lenter addidit, *ut non nemo ait*: non alios, ſed ſe intelligens. Quæ verba etſi Latine ad plures referri poſſunt, Anglice tamen, **ſay**[1] **ſumme** ad ſingularem accommodari ſolent: ea eſt hominis fraus inſignis. Prætereo, quemadmodum in eiſdem hiſtoriis vulgaribus Oxonienſis videtur indicare ex iſtis verbis[2], *eo ſoli, ubi jam Oxonium eſt*, philoſophos inſtituiſſe ſcholas ſuas, antequam urbs conderetur, in ſolo, ſeu terra, ubi nunc urbs Oxonium eſt. Hiſtoriola tamen Oxonienſis urbem ibi fuiſſe prius docet Belloſiti nomine. Tranſeo quoque quæ in eandem hiſtoriam, & eam alienam ſuo ſenſu infarciat: philoſophos Græcos, amœnitate loci allectos, eo ſoli, id eſt, eo terræ loci, commigraſſe,
*P. 335. quo nunc eſt Oxonium: docens, præter *authoritatem hiſtoriolæ ſuæ, Cricladenſes[3] philoſophos Oxonienſis ſcholæ fuiſſe authores, quum ad locum ſtudiis Saxonas Belloſitum elegiſſe hiſtoriola dicat: ut alio loco explicuimus. Atque[4] hæc quidem paucis. Cetera, quia non in hiſtoriola, ſed in feneſtris (ut ait) vitreis Sarisburiæ, atque, ut audio, domi ſuæ, quæ vetera forſan collegii monumenta ſunt, ut non magnopere urgentia antiquitatem majorem Oxonienſis quam Cantabrigienſis Academiæ, mitto. Nam plura de hiſtoriolæ vanitate, & Oxonienſis in hanc commenti ſupra diximus, ut non ſit opus hîc plura commentari. Hoc

---

1 Detegis hîc tuam in vernaculo ſermone imperitiam. 2 Non magis docet hiſtoriola, urbem hanc *Belloſitum* dictam ante philoſophorum eo adventum fuiſſe, quam *Oxoniam* quo primum tempore venerunt. Tantum *Belloſitum* antiquitus nominatam refert: at qua primùm ætate urbs ita appellari cœpta eſt, non item commemorat. 3 De his ſupra quam ſatis eſt diximus pag. [532.] 4 Tu hac faſtidioſa ac futili tua μακρολογίᾳ pene enecaſti.

tan-

Cauſſa offenſionis Gul. Normanni.

tantum addam, Oxonienſem in aſſertione ſua offenſionis Gulielmi Normanni duas cauſſas afferre: aut quod ſcholaſtici civium partes ſecuti ſunt reſiſtendo, aut quod Anglicam linguam (quam Normannus exſtinctam voluit) conſervarunt. Sed hæ an aliquæ cauſſæ eſſe poſſint, videat Oxonienſis. Quum enim per ea tempora ſcholæ erant Oxoniæ nullæ, quomodo civium partes ſequi potuerunt ſcholaſtici? quomodo ſtuduerunt linguam Anglicam * conſervare? Nam [1] in Boſtono Burienſi lego, Heraldum primum, qui regnare cœpit anno Salutis 1013. ſubvertiſſe ſcholas veſtras, nec ante reſtitutas eſſe, quam regnaret Stephanus, idque à doctiſſ. quodam viro Roberto Pullino, qui floruit circa annum Domini 1146. & omnibus modis egit advocando, pellicendo, prælegendo, ſcribendo, perſuadendo, docendo, exponendo, & omnia humanitatis officia ſcientiis promovendis præſtando, ut ſcholaſtici ex omnibus regni partibus Oxonium confluant. Itaque injuriam facere videtur Normanno Oxonienſis, qui ſublati ſcholaſticis nummi, & imminuti cenſus crimen, eaſque offenſionis cauſſas objicit: quum hæc in eum verius cives quam ſcholaſtici dicerent. Etenim de urbis muro obvertens quidam eas corporis partes denudatas, quæ verecunde non poſſunt nominari, oppedebat Normannis in obſidione poſitis. Qua de cauſſa indignatus rex, mox irrupit & caſtigavit. Hinc civibus offenſio: de qua qui plura velit, Matth. Pariſii hiſt. majorem anno Domini 1067. * legat. Nam plura non ſinit verecundia mea explicare. Itaq; hactenus [2] oſtendimus, Oxonienſis ſcholæ authorem Aluredum non

* P. 336.

* P. 337.

---

[1] Magna clade affectas eſſe noſtras ſcholas ab Haraldo non nego: ſed non ante reſtitutas, quam Boſtonus ſcribit, falſum eſſe pag. 576. oſtendit. [2] Solidis argumentis ſcilicet.

fuiſſe, quod ipſe quoque aſſeris in principio comment. tuorum: nec Academiam anno regni Aluredi primo aut ſecundo, aut univerſitatis aulam, poſitam fuiſſe. *Inconſtantia.* Atque hoc eo magis, quod in hac re ſibi non conſtet Oxonienſis. Etenim alicubi dicit, Aluredum[1] conſtruxiſſe univerſitatis Aulam: alicubi ait, ſunt qui putent, ex tribus collegiis, univerſitatis[2] aulam Theologorum fuiſſe cœnobium: & rurſum alio loco, ferunt, illum tria apud nos collegia conſtruxiſſe. Quaſi hoc ex vulgo[3] ſuſceperit, non ex vetuſtis collegii monumentis, ut ille ait, acceperit: immemor, quid prius affirmaverit. Quod ſi verum ſit, non eſt cur ſuccenſeat: ſi non ſit, eſt ut verbis utatur certioribus, quibus animi ſui ſenſum conſtantius explicet. Sed in hac cauſſæ vanitate nihil miror, Oxonienſem non conſtare ſibi, quum & collegæ, anteceſſores ſui, & collegiorum Oxonienſium chronographici etiam,de fundatione magnæ *illius Aulæ ab eo ſane diſſentiant. *P. 338. [4] Nam Leonardus Hucheſon, nuper Aulæ ejus magiſter, Hugo Hucheſon, Georgius Ellyſon, Edmundus Thomſon, & Chriſtoferus Richardſon, cum aliquot aliis ejus Aulæ ſociis, in ſcriptis ſignificarunt delegatis regiis, *ma-*

---

[1] Novam oppoſitionis formam narras.

[2] Vide Aſſert. pag. 417.

[3] Ex vulgo me hæc non accepiſſe, teſtes ſunt Roſſus et Baleus, ut non commemorem quæ de eiſdem ſcribit Laylandus in Cygneam Cantionem, in dictione *Iſiacus*: et quæ nos etiam ex collegii monumentis retulimus.

[4] Antiquum illud ſcriptum ad verbum recitavimus pag. 577. in quo (ut videtur) magis erant de rei veritate, quam de exacta annorum ſupputatione, ſoliciti. Alioqui non (*circa annum Domini octingenteſimum*) ſcripſiſſent, ſed annum potius certum (ut tu, falſarium agens) addidiſſent. Nec novum hoc videri debet, quando, ſimili in appendendis temporibus incertitudine complures hiſtoricos uſos eſſe, conſtet.

gnum

gnam Aulam univerſitatis Oxonienſis fuiſſe ex fundatione regis Ælredi anno Domini octingenteſimo, ut patet ex antiquo ſcripto. Hæc eorum verba ſunt. Quod ſi demus, fundatum fuiſſe annis XLIX. antequam natus Aluredus eſt, concedendum eſt. Nam Aſſerus de geſtis Alphredi, natum eum ſcribit anno Domini 849. In Epitome[1] quoque Chronographica Collegiorum Oxonienſ. (ſic enim vocat qui ſcripſit) ab Oxonienſi quodam conſcripta tum, quum præſens regina fuit, annis abhinc duobus, omni populo divulgatum eſt, Collegium univerſitatis cœpiſſe ſub Aluredo per dominum Guliel. archidiaconum Dunelm. anno 873. Verum is[2], ut pace ejus dixerim, rei hiſtoricæ omnino rudis et ignarus eſt. Nam ſi vel unum proferre mihi poterit archidiaconum, Gulielmi nomine, ante Edwardum* Sanctum, unum epiſcopum aut abbatem, unum ducem aut equitem, concedam illi facile quod affirmat. Nam diligentiſſime obſervavi & in ſerie epiſcoporum omnium ſeu catalogis, in teſtimoniis epiſcoporum, abbatum, ducum atque militum, in chartis regum antiquorum, nullum nominatum Gulielmum, Robertum, Thomam aut Joannem, ante Edwardum Sanctum. Nam iſta nomina mere ſunt apud nos Normannica: cetera autem ante Edwardum Sanctum, Britannica aut Saxonica. Ad hæc, ex archiepiſcopis nemo fuit, qui cum alio conveniebat nomine, ante Hubertum, Cantuarienſem archiepiſcopum, qui conſecratus eſt anno Domini 1193. ab Auguſt. XLIII. archiep. id quod Radulphus de Diceto diligenter cum admiratione advertit in lib. Chronicorum. Primum Robertum, in ſedem

De nominibus propriis Anglorum ante S. Edwardum.

*P. 339.

---

[1] Lapſus eſt, fateor, incuria illius, cujus fidei certam hujus rei inveſtigationem, gravioribus occupatus ſtudiis, commiſit.

[2] Refellis ea, quæ nos tibi concedimus: plura itaque, quam eſt opus, extra cauſſam adfers.

archiepiſcopalem Cantuarienſis eccleſiæ: primum Gulielmum & Robertum, in epiſcopatum Londinenſem, introduxit Edwardus Sanctus. In cujus tempore, & non ante Lanfrancum Cantuarienſem archiepiſcopum, qui conſecratus * eſt anno Salut. 1070. nullus fuit Cantuar. eccleſiæ archidiaconus. Exercuit enim officium ejus epiſcopus S. Martini Cantuariæ, ut ex codice archidiaconali eccleſiæ Cantuarienſis intellexi. At ſi in ſede archiepiſcopali Cantuar. & primatu totius Angliæ, archidiaconus erat nullus ante Lanfrancum, in Dunelmenſi, epiſcopatu ſuffraganeo, fuiſſe archidiaconum credendum eſt? Sed longus eſſem, ſi omnes de Oxonienſis Academiæ & magnæ Aulæ univerſitatis fundatione vanitates perſequerer. Bene multa enim ſunt, et ante proſecutus ſum abunde: ut non ſit opus hîc jam repetere. Sequuntur privilegia, quæ ab Aluredo data ſcribit Ranulph.[1] et multiplicitate ceteris omnibus Gymnaſiis Latinis præſtare, hiſtoriola affirmat. In qua re exponenda, ſpero, me nec veſtra infirmaturum, nec cuiquam anſam præbiturum veſtra infringendi aut labefactandi privilegia, conſuetudines, atq; leges, quibus jam fruimini. Non enim de præſentibus, ſed præteritis, ſum dicturus, quæ aut ab Aluredo conceſſa dicuntur, aut conditoris

*P. 340.

De privilegiis Oxonienſibus.

---

[1] Cur non alios complures æque ac Ranulphum idem ſcribentes taxas? cur, Ranulphi et Malmesburienſis authoritate corroboratum, Nigellum rejicis, de Alfredo noſtro ad hunc modum loquentem? *Et Cantabrigienſes et Oxonienſes maxime honoravit, et privilegiis pluribus inſignivit. Deinde per totam inſulam ſcholas grammaticales inſtituit.* c. Ea Aluredi privilegia tametſi hodie non exſtant, quid enim non exedit longa dies, præſertim ubi tot bellorum procellæ ſævierunt? iis tamen, principum benignitate, multo plura atque adeo nobis commodiora, jam olim habemus, ſic ut illis jam (gratia ſuperis) non magnopere egeamus.

veſtræ

* *Hoc omiſſum negligentia, referendum eſt in paginæ* 340. *P. 340. b.
verſum [a] *decimum, inter* eſt *&* Sed. *ſic ut poſtquam in-*
ſertum ſit, ſed, *deleatur, in cujus locum,* Nam, *ſuf-* [a] octavum,
fecimus.

Itaque cautius tu quidem (mi Oxonienſis) qui non Ælfredi ætate, ut Chronographus, [1] ſed Henrici tertii: non fundatorem, ut ille, ſed benefactorem tantum, fuiſſe Gulielmum Archidiaconum Dunelmenſem ſcribis. Sic enim facis, ne recentior, quàm conſtituis, Univerſitatis Aula videatur. Hocque miris agis modis atque artificiis more tuo (ſed an juſtis neſcio) forſan ut tenebras nobis offundas, animoſque avoces à vero Aulæ veſtræ conditore. Etenim, quum de Richardo Aungerville, epiſcopo Dunelmenſi, ſermonem faceres, mutata perſona, de Gulielmo, archidiacono Dunelmenſi, ſcribis: verbis tamen Richardum innuis. Nam ipſiſſima Jo. Balei (in quo multus eſſe videris) verba de Richardo Aungerville, ex libris de ſcript. Britan. cent. 5. *tit. 69. imitaris [2], atque ad Gul. archidiaconum Dunelmen. detorques. *P. 340. c. Hunc enim (quem benefactorem veſtrum, atque ſub Henrico tertio vixiſſe ais) tu eximium literarum ac literatorum per ea tempora Mæcenatem ſcribis. Baleus autem, Richardum illum (qui regnante Edwardo tertio floruit) literarum ac literatorum fautorem ea ætate maximum fuiſſe, dicit, & Mæcenatem quoque vocat. In qua re non videris mihi ἀντιπελαργεῖν (mi Oxonienſis) neque diſſimulatione tantæ perſonæ atque benemeritæ, ita eſſe gratus [3], ut videri cupis. Fundavit enim Richardus ille

---

[1] Vide pag. 578. et ſeq. [2] Quaſi non potuiſſem, niſi verbis à Baleo emendicatis, ſuas illi laudes tribuere. [3] Præpoſterum hoc gratitudinis genus tibi tuiſque relinquo, qui-

Aulam ſive Domum Oxoniæ, in perpetuam elemoſinam, ut in Philobiblo ſuo ſcribit, inter an. Domini 1333. quo conſecratus eſt, authore Adamo Muremuthenſi in ſupplemento Florilegi,& annum Salutis 1344. quo condita charta ordinationis ejus fuit: cujus exemplar una cum philobiblo diligenter aſſervo integra, nulla ex parte vitiata aut raſa, antiquaque litera ſcripta. Quorum ſi ingenuus Lector eſſe velles, forſan de *P. 340. d. magnæ Univerſitatis * Aulæ fundatore aliter quam nunc ſentires atque ſcriberes. Eam non ſolum redditibus [1] neceſſariis, in commodum ſuorum ſcholaſticorum victum, dotavit, verum etiam libris utiliſſimis ſtudio[2] (quos maxima cura undique conquiſiverat) in communem uſum totius univerſitatis, atque omnium omnis generis in ea ſtudioſorum, ſive ſeculares illi ſive regulares fuerint,(quos in hoc favore ad paria duxit, ut ejus more loquar) multo magis: ſic ut in ea, tanquam in communi Bibliotheca, conſerventur libri per quinque ſcholaſticos, quos ejus Aulæ magiſter aſſignaret: ut ipſe in eodem philobiblo meminit. Quæ Aula an univerſitatis Aula ſit, atque ea de cauſſa univerſitatis Aula dicta fuerit, ipſe cogita. At ſi verum ſit, univerſitatis Aulam Richardum poſuiſſe, quomodo verum eſſe poterit, Edmundum Abyndonenſem, Cantuariæ quondam archiepiſcopum, ex ea Aula prodiiſſe, quum centum ante annos vixit quam condita ea Aula fuit? Sed *P. 340. e. eo jure tuo eum vendicabis, quo Ridleium & *Craifordum (de quibus ante diximus) vendicabas. Erat Richardus ille, ſi neſcis, Buriæ Sancti Edmundi in Suffolcia natus, Dunelmenſis eccleſiæ primum monachus,

---

bus cordi eſt, pro veris fundatoribus alienos & fictitios amplecti. [1] Hos redditus, poſtquam inveneris, tibi donabimus. [2] In tenebris oberras. Lucem quære pag. 581.

dein epiſcopus: homo infiniti ſtudii in bonos libros: quos qui attulerit, gratior illi exſtitit, quam ſi generoſos equos contuliſſet, ut ipſe ſcribit. Quo nomine atque ſtudio, libro ſuo inſcriptionem fecit, *philobiblon*, Græco vocabulo: quem abſolvit in manerio ſuo de Aukelande, viceſimo quarto Januarii, anno Domini Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto, ætatis ſuæ quinquageſimo octavo præciſe completo, ut ejus verbis utar, & anno pontificatus ſui undecimo. Vixit ſub Edwardo tertio: vir legationibus multis clarus, Cancellarii Theſaurariique regni Edwardi muniis publicis nobilis, & Aulicæ vitæ officiis certe inſignis. Sed de hac Richardi Aula, aliiſque Oxonienſis viri commentis, aliàs forſan, ſi occaſio dabitur, dicam latius.

Nam longus eſſem &c.

*P. 341. *Reſtituta Privilegia.*

*veſtræ hiſtoriolæ tempore exſiſtebant. Nam de his, quæ vobis & oppidanis Oxonienſibus ob diſcordias [1]ſuſtulit, & poſtea indulgentia ſua vobis reſtituit per breve ſuum, datum Weſtm. XX. Maii, anno reg. ſui Angliæ XXIX. Franciæ vero XVI. Edwardus III. circa annum Salutis 1355. quum vos, oppreſſos & fugatos per oppidanos atque ruſticos, ſub protectione ſua ad univerſitatem veſtram congregavit, quod erat ea, *ſicut ficus fatua, ſine fructu* (ut verbis [2] brevis utar) nihil dico, tantum de his ſermonem faciam, qui erant ante

---

[1] Non ſuſtulit, ſed nos ultro illuſtriſſimi regis arbitrio noſtra omnia commiſimus, qui pro incredibili ſuo erga literas & literatos amore, eadem ipſa multo quam ante auctiora nobis reſtituit. Vide ipſius regis hac de re verba pag. 582. [2] Hæc verba in regiis ad academiam literis non habentur, quarum exemplar habes pag. 582. 583. etſi non integrum.

Annales ſcribendi utrique Academiæ.

*P. 342.

Epiſtola ad epiſcopum Lincolnienſem pro Oxonienſibus.

annum Dom. 1284. & regni Edwardi primi duodecimum. Fidem petam ex vetuſtis monumentis, in quibus puto vos facile conquieturos, quod in archivis veſtris ea conſervari exiſtimem, ſi quæ ratio memoriæ conſervandæ veſtris olim fuit, fuit autem, ut ex Regiſtro ſeu commentariis Roberti de Paterna (de quo ante) intelleximus: & eſſe certe debet vel maxime in futurum quam unquam diligentius, non ſolum vobis Oxonienſibus, ſed etiam Cantabrigienſibus quoque. Jam enim *uſus docet, quantum profuerunt Annales, & diligens hiſtoriarum rerumque geſtarum conſervatio & cognitio, quantumque negligentia obſit. Eſt inter epiſtolas Joannis Pecham, archiepiſcopi olim Cantuarienſis (cujus bonam memoriam ideo honoro, quod vos amavit) una, ad reverendum patrem Oliverium, Lincolnienſem epiſcopum, veſtra cauſſa Northamptonæ ſcripta anno Domini 1284. octavo Calendis Octobris: in qua temperare conatur & emollire rigorem juſtitiæ Lincolnienſis epiſcopi, ne compellat vos coram tribunali ſuo convenire ſuper iis, quæ vos ad cognitionem cancellarii veſtri ab antiquo pertinere judicatis: “quòd” (inquit) “contra conſuetudines & immunitates univerſitatis prædictæ, prædeceſſorum veſtrorum temporibus approbatas, feciſtis &c. Rogat præterea, ut remittat univerſitati veſtræ hujuſmodi ſummonitiones & vocationes, atq; ut diſſimulet. “Petunt” (inquit) “quidem contra [1] jus commune, ut cre-

---

[1] His (quod minime tibi negamus) eviceris, nobis litem olim cum epiſcopo Lincolnienſi, de rebus ad ordinariam ipſius juriſdictionem pertinentibus, fuiſſe. Ceterum quando dubius fuerit litis eventus, quomodo nos ab ordinaria epiſcopi juriſdictione non fuiſſe exemptos, ſed precariam, aut contra leges communes uſurpatam, juriſdictionem exer-

er-

“ditur: ſed hoc eo liberius & decentius, tanti ſtudii “emolumento, ad præſens diſſimulare poteritis, * quia *P. 343. “idem nonnullis univerſitatibus aliis pro quiete ſtudentium dicitur eſſe conceſſum. *Inter ceteras Academias Cant. innuit.* Hæc Jo. Pecham “ad Lincoln. epiſcopum. Ad vos autem Cancellarium & magiſtros Oxonienſes, hortatus primo per viſcera Jeſu Chriſti, ne proni ſitis ad diſſidium vel diſſentionis ſcandalum, ſic conſequenter ſcribit. “Quia epi- *Epiſtola ad Univerſitatem Oxonienſem.* “ſcopus Lincolnenſis, in motis contra vos quæſtioni-“bus, juris communis (ut videtur) contra vos tegitur “armatura: & vos econtra conſuetudines prætendi-“tis, quas juraſſe vos dicitis, juris communis (ut dici-“tur) regulis repugnantes, cum contra jus commune in “ejuſdem præjudicium nulli ſe liceat obligare, quin “potius decretum in talibus ſit mutandum: Rogamus “vos affectu, quo poſſumus, ampliori, quatenus (licet “vobis in jure veſtro parati ſumus aſſiſtere, ut tene-“mur) humilitate veſtra veſtrum ſtudeatis epiſcopum “(virum utique valentiſſimum) honorare, & ipſius im-“plorare gratiam, qui vobis poteſt non ſolum in facto “ſtudii veſtri, ſed & in multis aliis, exiſtere fructuo-“ſus. Et ſi vos, conſue*tudini, juri contrariæ, inhæ- *P. 344.

“ren-

---

ercuiſſe probaveris? Habebat etenim academia, quo ſe adverſus Lincolnienſem defendere in hac cauſſa jure poſſet, quicquid contra ſcribat Pecchamus. Nam quum longe ante Gul. Rufi ætatem, quo regnante ſedes Dorceſtrienſis, à Berino, homine Italo, inſtituta, Lincolniam primum tranſlata eſt, ea ſemper juriſdictione uſa fuiſſet, ac longiſſimi temporis præſcriptione ſuam feciſſet, quorſum deberet eandem, quam bono jure poſſidebat, denuo à recentiore epiſcopo precario quærere? Sed in hoc laudandus Pecchamus, quod, ſuæ non immemor profeſſionis, omni conatu litem componere ſtuduerit.

"rentes, nullo vobis patrocinante ſuperioris privile-"gio, organa ſuſpendatis, dicetur proculdubio, non "ipſi pro jure agenti, ſed vobis, juri refragantibus, eſſe "ſtudii periculum imputandum. Advertentes igitur, "quod ipſe humilitate flectitur, & paterno vos affectu "proſequitur quantum poteſt, ſalvo eccleſiæ ſuæ jure, "recurratis ad eum, ut filii patrem, juxta legis imperium honorantes, experturi, ut ſperamus firmiter, "quod humilibus dat gratiam, & ſuperbis merito adverſatur. Valete in Chriſto & virgine glorioſa. Da-"tum apud Thornholm ſexto Calend. Februarii, anno "Domini 1284. ordinationis noſtræ ſeptimo. Vides (mi Oxonienſis) quam numeroſa erant veſtra privilegia per ea tempora, ut magna ſcilicet occaſio authori veſtræ hiſtoriolæ ſit ſcribendi de privilegiorum tanta multiplicitate, quantam inter omnes univerſitates Latinas non exſtitiſſe aſſeverat.

Gul. Sherwode.

De Gul. archidiacono Dunelmenſi, quem virtutibus quam opibus ditiorem ſcribis, & Gul. Sherwode (de quo Baleus * centuria IIII. tit. IX.) hîc nihil dicerem, niſi te Poëtam hîc monſtraſſes, atque ex uno [1] duos faceres. Etenim Jo. Lelandus, antiquitatis ſtudioſus, facit conjecturam, eum eſſe hunc Gulielmum Sherwodum, quem Matth. Pariſius à Dunelmo cognominat, nec archidiaconum tamen vocat. At hunc ut Matth.

* P. 345.

---

[1] Duos fuiſſe, et non unum, ex eo fit manifeſtum, quod Sherwodus, teſte Baleo, vitæ diem clauſit A°. 1249. hoc eſt, regni Henrici tertii 33. alter vero, ut ex publico inſtrumento liquet pag. 579. ante quartum regni ejuſdem regis annum. hunc quoque Dunelmenſem archidiaconum in eodem inſtrumento appellatum vides. Quod ſi confictum putas, paratus ſum cuivis publico academiæ ſigillo ante trecentos quinquaginta annos obſignatum oſtendere.

Pariſius in hiſt. minori ſub anno Salutis 1249. electum Rothomagenſem ſcribit, atque hominem eminentiſſime literatum vocat, ita in hiſt. majori eo anno tradit, abundantem quidem multis cenſibus, ſed amplioribus inhiantem, rectoremque nobilis eccleſiæ de Weremue exſtitiſſe. Sed quid anxius iſta perſequor, quum annus non ſufficeret commemorandis omnibus, quæ tu in commentariis non bene dixeris?

Definitio controverſiæ.

Supereſt ergo, ut ab hiſtoriolæ antiquitate deficias, atque omnem ſpem antiquitatis Gymnaſii veſtri ad recentiorem aliquem authorem, quam eſt Aluredus, referas, niſi indulgentia potius quam jure, communi opinione magis quam veritate, ad Aluredum referre libeat. Quod ſi feceris, neceſſario *conſequitur, Gymnaſium veſtrum tanto Cantabrigienſi eſſe recentius, quanto Aluredum præceſſit rex Gurguntius, annis nimirum 1247. rationem ineundo à Stovei tui, ad cujus authoritatem nos exemplo tuo alligas, ſupputatione[1]: quod hujus controverſiæ definitio ſit. Quod ſi cuminum ſecare vellem, & habere rationem VI. anni Gurguntii, quo ſcribitur, Cantabrum in mare obviam fuiſſe illi, & poſt III. aut IIII. annos à ſexto Cantabrum ædificaſſe (quod ſtatim id feciſſe eum non ſit forſan tibi veriſimile, etſi eodem anno conſtitutum Gymnaſium Lanfran. ſcribat) atque intermedium tempus à ſexto aut nono ad annum regni Aluredi XXIII. aut primum aut ſummum ſecundum, ut tu ais, in numerum colligam, tempus ſane non multo minus relinquerem. Ad hanc autem definitionem ſtatuendam dixi primo, quæ antiquitatem Cantabrigienſem confirment, poſtquam

*P. 346.

Quanto antiquior Cantabr. Acade. Oxonienſi.

---

[1] Alteram ſupputationem, qua Oxonienſis academia Cantabrigienſi annis 431. antiquior eſt, hac tua longe certiorem pag. 583. et ſeq. invenies.

calumnias Oxonienſis in Antiquarium abluerim. Tum rationes omnes, quibus Oxonienſis in Aſſertione ſua antiquitatem Cantabrigienſem oppugnat, delevi, quaſ-
*P. 347. dam obiter & aliud agendo, quaſdam ex profeſſo, * ſed diverſo tamen ordine: quod ſtudio à me factum eſt, quod is volantia ſectari videatur. Dein, quemadmodum illuſtri Academiæ nomine, non Grammaticalis ſcholæ appellatione, Cantabrigienſe Gymnaſium Oxonienſe longe antevertit, & authoritate & argumento demonſtravimus. Poſtremo, non niſi à recentiori aliquo, quam eſt Aluredus, antiquitatem Oxonienſem neceſſario auſpicatam oſtendimus, confutatis iis, quæ adverſum ex Oxonienſi hiſtoriola Oxonienſis affert. Conſtituimus tamen ſubinde Aluredum fundatorem, non jure, ſed per indulgentiam, quod communis opinio hodie ſic invaluit. Etenim ſi quando Aluredum facio Oxonienſis ſcholæ authorem, non hoc confirmandi, ſed argumentandi, cauſſa facio, quum in hac re varius ſit Oxonienſis. Quamobrem mihi quoque neceſſum fuit variare, negando quod ille affirmaverit, & affirmando quod negaverit, pro natura rei. In qua Oxònienſis inconſtantia, adducor facile ut credam, eum alio conſilio non ſcripſiſſe libellum ſuum, quam qui ſtultitiam laudant, & quartanam, muſcam & calvitiem, paraſi-
*P. 348. tam & injuſtitiam, Therſitem & Buſiridem, * nucem ludunt atque culicem, eque ſchola cantilenam: videlicet ad ingenii laudem & oſtentationem, non ad rei uſum atque veritatem. Quamobrem id illi obvenit, quod quibuſdam militiæ rudioribus ſolet evenire. Hi enim adhuc rudes, & quum recenter veniunt gloriæ cupidi, ut vires oſtentent & audaciam, dum incautius rem gerunt, occumbunt frequentius, quod Gul. Tyrenſis in hiſtoria de rebus geſtis in terra ſancta lib.

XVII. in obſidione Aſcaloniæ incidiſſe ſcribit. Sed ut eodem revertar: hæc, quæ ſummatim dixi, omnia dum fecerim, ſpero, me & cum decoro, & cum æquitate arbitri & amici, id feciſſe, idque δίκης ὀφθαλμῷ, ut Suidas ſolebat dicere. Quod ex eo facile intelliges, quod auctos, & poſtrema manu longaque meditatione abſolutos, commentarios, quos poſtremo Oxonienſis edidit, examinarim. Auctos autem & limatos volui examinare, quod hominem improviſum & impræmeditatum adoriri nolui, quodque quædam retractaverit Oxonienſis, quodque nolim eſſe acer hoſtis, ſed moderatus arbiter, *ne de iniquitate arbitrii conqueratur. Nam primum & vitioſum ejus exemplar, Reginæ deſtinatum, non niſi damno ejus, & oratoris commodo, percenſendum fuit, quod refugi, ut rationis æquitate, non affectionis violentia, res tractetur, partitionem, ut aiunt, non præfocationem, cupiens. De qua re ut melius exiſtimes, ejus commentarios noſtris adjunximus, quo, ſententiarum collatione, de re facilius judices. Idque fide integra, &, ut accepimus, ſine ulla additione aut ſubtractione. Id quod ſpero Oxonienſem eſſe obſervaturum & confeſſurum quoque, ea uſum, credo, arte in commentariis ſuis, quibus providæ matronæ in lagenis. Etenim Marc. Cicero, ad Tironem ſcribens, refert, ſe meminiſſe, matrem ſuam lagenas etiam inanes obſignaſſe, ne dicerentur aliquæ inanes fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ. Eo etiam uſi ſumus dicendi genere, ut neque amplificare exornando, aut extenuare abjiciendo quicquam voluerimus, ſed univerſa (quo æquius ſit arbitrium) ſuæ naturæ relinquere, ſive ſententia noſtra approbavimus, ſive reppu*limus. Rationes autem nudas atque ſimplices, in ſententiæ noſtræ robur & confirmationem, appoſuiſſe, pro-

Æquitas.

*P. 349.

*P. 350.

pter dubium lectorem, omnino fuit neceſſarium. Levitatem quoque argumenti libri, rerum gravitate compenſavimus, quo ſit, quo delectetur gravior lector, intermiſtis iis, quæ nec à re ſunt aliena, &, propter raritatem atque utilitatem, cognitu jucundiſſima. Commentarios Oxonienſes dico, priores illos, ſed cum caſtigationibus poſterioribus aſſociatos, ſic ut ſub unum aſpectum utroſque habeas. Noſtris addidimus & indicem, & notas marginales, quo omnia ſint expedita magis atque obvia, nihil metuentes cauſſæ. Quam calumniis forſan exagitare potes, lædere non potes: appendices turbare, at antiquitatem non movere. Cui ergo contendendi ſtudium eſt, is antiquitatem Cantabrigienſem ut ſcopum ſibi proponat: eam petat ſi poſſit, accidentia mittat. In qua ſi vicerit, palmam feret, omnemque punctum. Sin accidentia perſequatur, relicta re & antiquitate, riſus materiam commovebit. Sed ſatis eſſe forſitan arbitraberis ad prima conten*dentem, *P. 351. in ſecundis conſiſtere, atque ita honeſta conatus ſpecie vadimonium deſerere. Quod certe ut prudentius erit quam in errore perſiſtere, ita infirma contradicendi ratio eſt & ridicula. Quod autem multas rationes pro antiquitate Cantabrigienſis Academiæ, paucas autem pro Oxonienſi, propoſueram, id feci ſane, non ut aſſertor aut advocatus, ſed ut amicus atque arbiter, ex fœcunditate[1] rei: idem Oxonienſi facturus, ſi res materiem pari modo ſuggeſſiſſet. In qua re expendendum tibi cenſeo, non qui ſum qui ſcribo, ſed quid ſit quod dico: verba & ſententias, non perſonam reſpice. Sequuti hîc ſumus æquiſſimorum judicum exemplum.

---

[1] Non infœcunditas materiæ in cauſſa fuit, ſed æquitatis inopia.

plum. Etenim hi, poſtquam cauſſa controverſa diu inter juriſperitos, ut ſolet, atque exagitata multum, tandem pro tribunali, ut definiatur aut amplietur, coram judice conſtituta fuerit, graves ſapienteſque judices ſuas primo dicunt publice rationes, quibus in hanc aut illam ſententiam impellantur: aliquando etiam cum orationis contentione, *aliquando cum perſonarum reprehenſione, quum videant, eos aut ſtateram tranſiliiſſe, aut dolo egiſſe, atque tum demum in hanc aut illam partem ſententiam ferunt. Quod tamen præter decorum Judicum, aut cauſſæ æquitatem, factum, non eſt exiſtimandum, quum ſyncere conſulant, moneant amice, & objurgent amanter. Etenim, ut prudentis æquique judicis non eſt juſtitiam præterire, ita ejuſdem non eſt, in omni cauſſa πίθων καλὸς cum pueris dicere. Atque iſtud quidem quod ad arbitrium. Reliquum ad benevolentiam ſpectat & concordiam: quod duobus complectemur membris. Primo, ne orator aut Antiquarius actione calumniæ gravent Oxonienſem (quod jure alioqui poſſunt) legemve intendant Rhemmiam (lex ea talionis erat) quæ dictat, ut, qui crimen intenderit, quod probare nequeat, pœnam ferat, quam laturus erat reus, ſi convinceretur. Quærimus[1] enim concordiam, atque, ut uterque concedat alteri, neque longius contentionis filum ducat, magnopere ſtudemus. Si quid offenſæ eſt, imis ceris eradatur, *ollæquæ veſtigium in cinere turbetur, etiamſi κύδου δίκην ὀφείλει, conviciique pœnam debeat. Secundo, hoc conſulo, ut hiſtoriolam, ex procuratorum tuorum libro prognatam, ſupprimas, tum quod laborat fides, tum ne gymnaſiorum omnium invidiam in vos conſletis: neve,

*P. 352.

Concordia.

*P. 353.

---

[1] Λόγος φρονῆ, νοῦς δὲ παραφρονῆ. Verbis pacem ſimulat, quam reipſa profligatam cupit.

dum Geranam ſimuletis, Junonem, Minervam & Dianam infenſas habeatis[1], qui ceteris totius orbis Latinis omnibus, præter modeſtiam, & antiquitate & ceteris virtutibus vos præfertis, miraque de lente traditis, quaſi Jovis germen, aut Mundi Cymbalum eſſetis, quum tamen veſtro Gymnaſio[2] multo eſt antiquior, literarumque fama atque gloria celebrior & Mediolanenſis,& Bononienſis, & Romana Academia: Pariſienſis quoque & Patavina, Ticinenſis, Lugdunenſis atque Tholoſana. Sapientum præceptum eſt, intra ſuam ſe quemque pelliculam continere, nec pennas nido majores extendere. Braſidas quidem vir bonus erat, non nego, ſed Lacedæmon multos habuit præſtantiores. Quæ non ſic dico tamen, ut non ſentiam, florentiſſ.
* P. 354. eſſe veſtram *Academiam. Hanc antiquitatem, ſive indulgentia, ſive jure veſtro abſoluto, vobis conceſſam, ſi facilis admiſeris, ſi optimis conſiliorum noſtrorum monitis parere volueris, tacebunt credo, quos alioqui loquuturos pertimeſco. Sin minus, vereor, ut multo adhuc convellant magis antiquitatem veſtram, quam tu vis, aut ego cupiam, illi, quibus abundat otium, & me inſecuturi ſunt. Nam mihi nec conchas legere cum Oxonienſi vacat,& repugnanti ac convicianti ne Dionis gry quidem reſpondere conſtitutum eſt. Aliquid tamen Medis ad hanc defenſionem reliqui,

Non etenim uni commiſimus omnia puppi, qui & ipſi avide exſpectant, tanquam mellis, ut aiunt, medullam, occaſionem proſequendi, ſi quid deficiat, ne tu ſis neſcius. moneo non minitor. Quos ſi provocaveris, Lydos in campum provocabis: ita tamen hanc rem tractaturos ſpero, ut rationem honoris veſtræ Academiæ (quod cupio) ſunt habituri. Neque enim contentiones ſuſcipient. *Etenim res eſt hæc literaria, res pacis & quietis eſt, & belli haudquaquam lachrymoſi, nec niſi provocati reſpondebunt, ſi pacis ſpes jam non affulſerit, cujus ſane & nomen dulce eſt, & res ipſa ſalutaris. Certe, quoniam Cantabrigia & Oxonium duæ ſunt nobiliſſimæ Academiæ, tum structura magnifica, tum literarum & virtutum præcellentia & dignitate, quumque duo totius orbis ampliſſima diſciplinarum omnium theatra, piaculum plane eſſet, ut leviculis iſtis de rebus gravis inter eas contentio aut oriatur aut producatur. Valeant, qui inter eas volunt diſſidium quavis de re: multo vero magis de antiquitate, re propemodum inani, niſi fidei hiſtoricæ cauſſa, atque ordinis in rep. naturalis, quæ maxime faciunt ad decorum. Argumentum enim leve eſt, nec tractatione fere dignum, niſi acerbitas Oxonienſis laceſſiſſet, niſi veritas & ſimplicitas rerum omnium mihi ſemper placuiſſent, niſi linguæ ejus petulantia eo incitaſſet. Quod tamen ſic tractavimus, ut omnino laboris noſtri non pœniteat, quum ſit quod gravibus etiam *viris placere poterit. Alioqui, certe parum intereſſet, utra ſit antiquior, modo utraque virtute & doctrina floreat, de quibus quantum libet certent velim, non autem nugis & conviciis. Expetendum, ut concordes inter ſe vivant in unitate vitæ, morum gravitate, & ſtudiorum gratia, nec, ut imperiti, inter ſe diſſideant loci aut ætatis ratione, quod in votis eſt vel maxime, & fu-

---

[1] Lege Eraſmi de Oxonia judicium pag.585. [2] Non tam ob antiquitatem ſolam primas inter Latinorum academias tenet, quam ob variarum artium ac diſciplinarum profeſſionem,quæ jam inde ab initio excultæ fuerunt: quum exteræ iſtæ ſingularum cultrices haberentur. Vide Eraſmi verba pag.585. et Jac. Middendorp. de academia Pariſ.

*P. 355.

*P. 356.

turum ſpero, ſublata jam controverſia, & definita quæſtione. Quum enim in mutuum corpus Cantabrigienſes & Oxonienſes ſæpe ſolent tranſmigrare, & omnes literis ſtare & florere, fratrum loco eſſe debent omnes inter ſe amore mutuo, mutuiſque officiis & officioſis verbis opem ferre, quemadmodum vobis aliquando tulerunt fidiſſimi veſtri atque dulces ſocii & amici *Gratia Cantabrigienſium in Oxonienſes.* Cantabrigienſes in anguſtiis veſtris, &, ſi gratiam amoremque mutuum intellexerint, laturi ſunt in conſervationem veſtram atque perpetuitatem. Cujus ſi non memineritis, at ſaltem meminiſſe debetis, & ego paucis memoriam veſtram refricabo. Non excidit veſtris *P. 357. animis (ſcio) diu * fuiſſe in diſcrimine veſtram Academiam, & longa perſuaſione atque metu partim vaticinii, quod fatidico quodam carmine Robertus Talbotus, antiquarius Oxonienſis, libro ſuo peramplo de verſibus antiquis, cui inſcriptionem fecit ſatis familiarem, *aurum ex ſtercore*, titulo *de ænigmaticis & propheticis*, ſic expreſſit:

Hoc magnum ſtudium, quod nunc eſt ad vada boum,
Tempore venturo celebrabitur ad vada Saxi:

partim rei geſtæ quoque exemplo, quod quidam ex Oxonienſibus, Oxonium deſerentes, (ut paulo ante ex monumentis veſtris diximus) multos ſecum Oxonienſis ſcholæ Stamfordiam abduxere, quibus eo loci prælegerunt. Hinc exſpectatum continuo eſt, ut, ex diſſoluta veſtra Academia, Stamfordienſis reſurgeret. Quod ne fiat, vos jurejurando cautius proſpexiſtis in gradibus conferendis, ne quis Stamfordiæ doceat. Simon Iſlep quoque, archiepiſcopus Cantuarienſis, idem metuens, in ſtatutis Aulæ ſuæ, quam conſtituit Oxoniæ, *P. 358. anno Domini 1361. *circa annum conſecrationis ſuæ *Statutum Aulæ Cantuarienſis.* XII. (*Aulam Cantuarienſem* vocabant, quum adhuc ex ſe ſteterat, juncta nunc collegio Chriſti) cavit, ut, "ſi "contingat locum univerſitatis de Oxon tranſmutari, "liceat ſcholaribus ſuis ubilibet alibi, ex conſenſu ar"chiepiſcopi, gaudere, ſub forma qua prius, cunctis "bonis, quæ domui contigerit pertinere. Hæc verba ſunt ſtatuti poſtremi. Cui malo quum ipſi ſoli mederi nequiviſtis, niſi per gratiam Cantabrigienſium, in ſalutem veſtram conſpirarunt illi, & in largiendis gradibus, à multis ſeculis, publico totius univerſitatis conſenſu & decreto, ſanxitum quoque eſt, ne quis extra Cantabrigiam alibi quam Oxoniæ aut gradum ſuſcipiat, aut publice legat. Verba univerſitatis ſtatuti addito titulo, hæc ſunt. "Juramentum magiſtrorum in "inceptionibus & ſolennibus reſumptionibus. Jurent "etiam, quod extra iſtam univerſitatem nuſquam alibi "in Anglia præterquam Oxoniæ in aliqua facultate "incipiet, aut lectiones ſuas ſolenniter reſumat, nec "conſentiet, quod aliquis alibi in Anglia incipiens, "hîc pro magiſtro in ulla *facultate habeatur. Videtis, Oxonienſes, gratiam Cantabrigienſium: videtis ſalutis veſtræ ſolicitam curam, & incrementi atque perpetuitatis veſtræ ingens deſiderium. Redamate igitur, & referte gratiam. Non enim vobis tam veſtra ſalus chara eſſe debet, quam pietas in referenda gratia jucunda. Quod ſi gratiam referre tantam non poteſtis quantam debetis, habenda tamen eſt quantam maximam animi veſtri capere poſſunt. In univerſum, diſcordias fugite. Nulla enim domus tam ſtabilis, nulla civitas tam firma eſt, quæ non odiis & diſſidiis poſſit everti. Mementote ejus, quod à Saluſtio ſapienter dictum eſt, *concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur*. Quæ ſi in re familiari, re levicula & contemptibili, ne ruina inſequatur, vitanda eſt vel maxime,

Statutum univerſ. Cantabr.

*P. 359.

me, quid in re literaria, rerum omnium pretioſiſſima, virtutum atque officiorum omnium firmiſſimo fundamento & ſuſtentaculo, faciundum eſt, ne ignorantia per diſcordias vos confodiat ac ſubvertat? Proinde *P. 360. hoc vobis omnibus * utriuſque Academiæ exopto, quod mihi ipſi, ut velitis ſapere & futura proſpicere. Quod iſtis noſtris diebus expetendum eſt cum primis, in quibus ordinis & authoritatis contemptus, morum levitas, licentia rerum omnium, veſtium luxus non ferendus eſt. Sed harum rerum culpa meticuloſorum aut abblandientium cuſtodum potius eſt, quam negligentium aut palantium ovium, (de quibus libro primo) qui temeritatem non coërcent, inſolentiam non retundunt, veſtium luxum non impediunt, mores non corrigunt, atque ad bonam frugem non perducunt.

LONDINENSIS, De antiquitate Cantabrigienſis Academiæ libri ſecundi & ultimi,

FINIS.

*CA-

*CATALOGUS SCRIPTORUM, *P. 361.

QUIBUS
uſus eſt duobus hiſce libris Londinenſis.

Hiſtorici noſtri antiqui & ſcripti.

GILDAS ſapiens.
Nennii, Eluodugi diſcipuli, Eulogium.
Beda.
Aſſerus.
Osbernus Dorobernenſis.
Florentius Wigornienſis.
Edmerus Dorobernenſis.
Jo. Bramis.
Elwardus.
Alfredus Beverlacenſis.
Gul. Malmesb. de *Regibus.*
Pontificibus.
Ant. Glaſt. eccleſiæ.
Agillius.
Hen. Huntudonenſis.
Gocelinus.
Leges Saxonicæ Anglorum & Danorum.
Gul. Rievallenſis.
Galfridus Monemutenſis.
Simeon Dunelmenſis.
Ailredus Rievallenſis.
Joannes Sariſburienſis.
Richardus Diviſienſis.
[Joannes Herriſonus, Artium & Medicinæ doctor. Scripſit aº. ſalutis 1464.]
Gervaſius Dorobernenſis.
Gervaſius Tilberienſis.
Gul. Noviburgenſis, quem Neuburgenſem vocant.
Rogerus Hoveden.
Sylveſtri Giraldi Canbrenſis varia opera.
Sylveſter Girardus Cornubienſis.
Lanfrancus.
Ponticus Virumnius.
*Gualterus Coventrenſis. *P. 362.
Gualterus Hemyngforde Gisburnenſis.
Jo. Boſtonus Burienſis.
Radulphus Niger.

Radulphus de Diceto.
Matthæi Pariſii, ſeu Pariſienſis, chron. majus & minus.
Jo. Pariſienſis.
Hiſtoria Roffenſis.
Thobias Roffenſis.
Dolenſis.
Radulphus Marrham.
*P. 363. Matthæus Weſtmonaſterienſis, Florilegus, ſeu flores Hiſtoriarum.
Thomas Rudborne.
Fabius Quæſtor.
Ninianus.
Ælfricus Abbas.
Joannes Capgravius.
Vita Neoti antiqua.
Ranulphus Ceſtrenſis.
Joannes Ufforde.
Hiſtoria Jorenallenſis.
Hiſtoria Glaſtonienſis.
Epitome Chronicon S. Edmundi.
Benedictus Claudioceſtrenſis.
Chronicon Landavenſis eccleſiæ.
De vitis ſanctorum Wallenſium.
De actis Alexandri, anonymos.
Hiſtoria Burienſis, quam *regiam* vocant.
Hiſtoriæ S. Albani II.
Sulgenus ſeu Sulienus.
Hiſtoria *Brutus*.
Abſtracta Bruti.
Rogerus Boulus.
Robertus ſine cognomento.
Thomas Graius.
Henricus Marleburgenſis.
Annales Wigornienſes.
* Annales Burtonenſes.
Aluredi opera quædam.
Ingulphus Croilandenſis.
Joffridus Croilandenſis.
Annales Weſtm. quos Jo. Fiberius ſcripſit.
Gul. archiepiſcopus Tyrenſis, Malrici regis Cancellarius, ut ſcribitur in principio ejus hiſtoriæ.
Adam Muremuthenſis, aliàs Mirimuthenſis, canonicus Londinenſis.
Nicolaus Trevettus.
Vincentii Beluacenſis ſpeculum hiſtoriale.
Thomas Sprottæus ſeu Spottæus.
Gul. Thornæus.
Hiſtoria Waldei per Jo. Bramin.
Freculfi Chronicon.
Eulogium hiſtoriarum.

Genealogiæ principum variæ.
Hiſtoriola Cantabrigienſis.
Hubaldus poëta ſcriptus.
Thomas Bradwardinus.
Vita antiqua Bedæ, incerto authore.
Hiſtoria Reginalis.
Tho. Stobeus ſeu Stubbeus.
Hiſtoriæ Elienſes II.
Thomas Wiccius.
Author Hiſt. Meritonenſis, quam Mertonenſem corrupte dicunt.
Hiſtoriæ Cantuarienſes II.
Nigellus Anglus.
Chronicon Eboracenſe.
Hiſtoriæ Saxonicæ plures.
Fragmenta quædam hiſtorica.
*Proſecutor Hiſtoriæ Rog. Hovedeni, qui vixit anno 12. Edw. filii Henri. 4. ut ipſe ait anno 1154. libri ſui.
Felix.
Concordantiæ Chronicantium.
Regiſtrum Oxonienſe per Robertum de Paterna.
Archiva turris Londinenſis.
Richardus Canonicus.
Tho. de Walſingham.

Externi antiqui atque ſcripti.

Turpinus Remenſis.
Fulcherus Carnotenſis.
Gul. Tyrenſis.
Oroſius Hiſpanus, quem Aluredus vertit.
Nicaſius Cadnæus.
Petrus Bleſenſis.

Impreſſi.

Appianus Alexandrinus.
Titus Livius Patavinus.
Titus Livius Ferrarienſis.
Antonini Auguſti itinerarium, in quod vir magnæ diligentiæ, & præſtabilis noſtri temporis antiquarius, Robertus Talbotus ſcripſit commentarios, ſatis certe luculentos atque elaboratos. *P. 364.
Volaterranus.
Beroſus.
Annius Viterbenſis.
Sabellicus.
Jo. Boccatius.
Euſebius.
Dion Caſſius.
Nicephorus Calliſtus.
Irenæus.
Diodorus Siculus.
*Commentaria Cæſaris. *P. 365.

Martianus.
Stephanus περὶ πόλεων.
Solinus.
Strabo.
Pomponius Mela.
Juſtinus.
Florus.
Plinius.
Saluſtius.
Ælianus.
Saxo Grammaticus.
Chriſtianus Maſſeus.
Jacobus Philippus Bergomenſis.
*P. 366. Antoninus, archiepiſcopus Florentinus.
Proſper Reginenſis.
Sigebertus Gemblacenſis.
Reginon.
Onuphrius.
Jo. Aventinus.
Chronica chronicorum.
Albertus Crantzius.
Joannes Zonaras.
Jo. Nauclerus.
Abbas Uſpergenſis.
Panthaleon.
Bibliander.
Laërtius.
Martinus Polonus.
Paulus Conſtantinus.
Gaguinus.
Paulus Æmilius.
Joannes Tilius.
Tritemius.
Hiſtoriæ Hollandæ.
Wernerus Roleuinke.
Marianus Scotus, Bedæ conſanguineus, ut in Flor. Hiſtoriarum anno 1082.
Hector Boëthus.
Joannes Major.
Nozerenus.
Gul. Niger.
Sebaſt. Munſterus.
Juſtus.
Carion.
* Middendorpius.
Guicciardinus.
Hiſtoria S. Albani, quæ appendix eſt ad Treviſam, Caxtoni nomine.
Jo. Monteville.
Joannis Raſtelli chronicon.
Lydgatus.
Fabianus.
Joannes Hardyngus.
Richardus Crocus.
Polydorus.
Georg. Lilius.
Talbotus.
Baleus.
Lelandus, & aliquot alii hujus ætatis.
Joannes Andreas.
Conſtitutionum provincia-

cialium authores.
Ludovicus Vives.
Eraſmus Roterodamus.
Tho. Morus.
Demoſthenes.
Cicero.
Quintilianus.
Severinus Boëtius.
Seneca.
Pauſanias.
Athenæus.
Lucianus.
Sibylla Erythræa.
Homerus.
Ariſtophanes.
Vergilius.
Claudianus.
Marcialis.
Ovidius.
Horatius.
Juvenalis.
Terentius.
Mimus Publianus.
Phurnutus.

CATALOGI FINIS.

IN-

*P. 367. *INDEX

RERUM & VERBORUM,

Quæ in duobus libris de antiquit. Cantabrig. Academiæ continentur.

A

ACADEMIÆ, virtutum matres 3
Academiæ utriuſque numerus 26
Academiæ utriuſq; literæ 27
Academiæ epiſtola ad illuſtriſſ. Philippum, Hiſpaniæ Regem 32
Academiæ per incrementa grandes 184
Achilles 165
Agamemnon 165
Aeſtel 287
Æthelmus 311
Æthelingia, Aluredi latibulum 318
*P. 368. Albion primus Brit. aſtronomus 24
Alpha 263
Alexandri reſponſum 121. humanitas 127
Alcuinus, Bedæ diſcipulus 134
Alcuinus, cognomento Diaconus, ſeu Levita 139. docuit Carolum 139
Alienæ ſcholæ Britan. literis imbutæ 204
Aluredus an ſecundò ab Adriano, R. P. Romæ honeſtatus ſit anno regni ſui primo? 235
Aluredus non reſtituit ſcholas Oxonienſes 280
Aluredi epiſtola 286
Aluredus quo modo Oxonienſis ſcholæ author habitus eſt 291
Aluredo omnes aſcribunt Oxonienſis ſcholæ inſtitutionem 279
Aluredus docuit pueros 123
Aluredi temporis imperitia 214. & 217. & 284. præceptores 223. nomina 229
Aluredi tribulationes & miſeriæ 317. & 116
Aluredus ſpoliatus 319

Annales ſcribendi Cantabrigienſibus & Oxonienſibus 341
Angrarii pro *Angli* 232
Angliæ primus monarcha 325
Angliæ rex Dominus Scotiæ 241. & rex Hiberniæ à multis annis 242
Angli Gallizantes 278
Angli prima natio Pariſienſis ſtudii 137
Anaxagoras potuit eſſe Cantabrigiæ 245
Annus unde incipiendus chronicis? 165
Antiquarii epiſtola 14
Antiquitas Cantabrigienſis indubitata ante hanc ætatem 39
Antiquitatis Cantabrigienſis confirmatio argumentis 27. ordine conſequentibus 45
Antiquiorem eſſe Cantabrigiam, injurioſum non eſt Oxonio 46
Antiquitati credendum 152
Antiquitas Cantabrigienſis credibilis 157
Cum Antiquis non contendendum 161
Antiquitas nigri codicis 38
Arbitrii æquitas 348
Argumentum ſenibus ineptum 10
Ariſtotelis fons 264
Ariſtides 43
Archidiaconus Cantuariæ nullus ante Lanfrancum 339
Argivus 33
Arthurus 68. erat 70
Arthuri authoritas 70
Arthuri diploma 68
De Arthuro hiſtoria non eſt vana 72
Aſſer ſeu Aſſerus 296. ejus ſucceſſor 297. homo *doctus *ibid.* *P. 369.
Athenienſis Academiæ ſitus 199
Attilburgum 142. & 149
Aulæ univerſitatis ædificatio certa non eſt 337
Aula Penbrochiana 150

B

Bardi 23
Balliolenſe Collegium 150
Bangorenſia 237
Bannochorenſis ſtudii initium 192
Bannochorenſis ſtudii ſitus 199
Baliol ſuffectus rex Scotiæ 240
Beta 263
Beda inſtitutus à diſcipulis Theodori 188
Beda dicitur ſtudium poſuiſſe Cantabrigiæ 133
Beda fuit Cantabrigiæ 140
Beda egreſſus inſulam 136
Beda egreſſus monaſterium 134
Bedæ diſcipuli 134

Bedæ domicilium Girwe, & Cantabrigiæ 142
Beatriceſworth & Beadriceſcurte 74
Belloſitum 259. & 276
Bramis 238
Bracchara 118
Brennus 115. quot & quantas urbes fecit? 118
Brigantum 118
Britanni recuſabant Anglorum imperium 96
Brutus gentilis 98. ejus fortuna 114
Bullarum confirmatio 81. bullarum tranſcriptio 83
Bulla Eugenii quarti 84
Burghceſtre 145
Burrhedus 290
Buckenham Gul. 37

C

Cacus Gul. 28
Cadomenſe ſtudium 151
*P. 370. Cadwalladrus 92. * reparator Cantabrigienſis Academiæ 130
Cantabrigia ante Chriſtum 53. anno mundi 54. varias clades perpeſſa 54. prima univerſitas 56. vaſtata à Danis 54
Cantabrigiæ laudatio 57. & 29. author Cantaber 60
Cantabrigia, ſecundum quoſdam, condita tempore Bladud 61. antiqua civitas 65
*P. 371. Cantabrigienſe caſtrum 63
Cantabrigia muro cincta 67
Cantabrigia Britannorum & Romanorum temporibus 68. privilegiis munita 343
Cantabrigiæ edocti reges ante Arthurum 69. leges, Danorum leges 288
Cantabrigienſis Academia Eleutherii ætate 78
Cantabrigia Guthelini regia 100. mater peritorum 101
Cantabrigienſis Academia Oxonienſi antiquior communi opinione 101
Cantabrigia ante Oxonium annis 1267. 59. & 346. ejus reges 100
Cantabrigienſis antiquitatis teſtes XXI. 104
Cantabrigienſes alumni non conditores 131. & 173. reparatores 129
Cantabrigienſis antiquitas credibilis 157
Cantabrigienſis ſchola fuit Academia ante Oxonienſem 166
Cantabrigienſium numerus 26. & 190. & 191
Cantabrigienſem Academiam reparavit Edwardus ſenior 186
Cantabrigia deſolata 188. Gymnaſium ex Polyd. 189
Cantabrigia frequentata 191. 192
Cantabrigia interdictis non ſublata 193
* Cantabrigia Oxonienſibus ma-

mater & fons 199
Cantabrigienſes tranſlati Oxonium 200. & 202.
Cantabrigia fons cleri 205. & 130
Cantabrigia ad Sabrinam 215
Cantabrigienſis acad. collegiis eſt antiquior 247
Cantelupus creditur hiſtoriolæ Cantabrig. author 37
Cantuaria pro *Cantabrigia* 275
Cantianæ ſcholæ 187
Cantaber fuit, quamvis ejus mentio non ſit 162
Cambri Cantabrigiæ ſtuduerunt 208
Cantaber non calamitoſus 117. fuit author Cantabr. acade. 114
Calamitoſus quis? 126. non qui docet calamitoſus 125
Calena non Oxonium 276
Cair quid ſignificet? 68
Cairguntinum 145
Cairgrant, Cantabrigia 65
Cairpenhuelgoit 273
Carolus mag. dives ex Hiſpania 121
Carleonenſe Gymnaſium 195
Carleonenſis ſtudii initium 192
Caſſivellaunus Cantabr. acad. patronus 56
Caſtoria ſeu **Caſtre** 149
Caſtrum Norwicenſe 145
Caſtrum puellarum 53
Cautio ne imponatur 329
Ceolwulfus 320
Clericus mulierem interfecit 27
Collegium Tho. Wulſæi Cardinalis 201
Collegium Gonevilli & Caii 37
Collegia Italiæ 249
Conciones examinatæ olim 270
Contentiones deponendæ 10
Contentio inter medicos & juriſconſultos Oxonienſes,* de locorum dignitate & facultatum præſtantia 29 *P. 372.
Controverſia inter epiſcopum Elienſem & Academiam Cantabrigienſem 81
Controverſia inter archiepiſcopum Cantuar. & univerſitatem Oxon. 91
Controverſiæ definitio de antiquit. Cantabrig. 345
Controverſiæ cauſſa inter Cantab. & Oxon. 4
Conſtantinus mag. Britannus 115
Concordia 352
Coſmus Medices 130
Crayfordus 160. & 210
Cricladi ſchola ex Græcis non fuit 40. & 257
Cricladi ſtudium ex Cantabrigienſibus 200
Criclade dicebatur *Erudinum* 201
Cricladenſia ſtudia deleta 285

Cricladenſi ſtudio Cantabrigienſis acad. antiquior 334
Crœſus 121
Croilandenſes monachi 132
Crudelitas 11

D

Dani ſubverterunt omnia 217
Definitionis controverſiæ rationes 346
Deucalion 144
Diviſienſis 29
Dionyſius non erat calamitoſus 119
Diſputatio inter Cantabrigienſes & Oxonienſes 28
Diſcipuli Theodori & Adriani docti 187
Dolus poſteriorum ſcriptorum 315
Dolphinus 323
Docti quid poſſunt gymnaſiis conſtituendis 145
Dubritii gymnaſium 145
Draiton, quæ olim dicebatur *Cairdraiton* 66
Druys 22
Druydes 22

*P. 373. *E

Edgari monaſteria 143
Edgarus doctus 124
Edwardus ſenior reparavit Acade. Cantabr. 130. ejuſdem privilegia. *ibidem.*
Edwardus ſanctus an legitime natus? 294
Eliſabeth Regina quando Cantabrigiæ? 4. eadem quando Oxoniæ? 5
Eliſabeth reginæ beneficium in Cantabrigienſes 124
Elyſæus Pryce 28
Elfleda Merciam gubernavit 324
Eleutherius quando ſedit? 111
Eluanus 98
Epiſtola Acad. Cantabr. ad Philippum Hiſpaniæ regem 32
Epiſtola Jo. Pecham archiepiſcopi ad Lincolnienſem epiſcopum pro Oxonienſibus 342
Epiſtola ejuſdem ad univerſ. Oxon. pro obedientia & concordia 343
Errores periculoſi qui? 216
Errata codicum 278
Erigena cur condemnatus? 229
Ethelingiæ monaſterium cujuſmodi? 220
Ethelwolfus Oxon. ſcholas poſuiſſe dicitur 305
Ethelhelmus. *Vide* Æthelhelmus.

F

Fabius Quæſtor 277
Fallaciæ aliena authoritate contectæ 169
Fides in hoſtes 43
Fides bona 140
Fons Ariſtotelis 264

Foſſa S. Edmundi 73
Flos medicinæ, liber Salernitanorum 177

G

Galli ex Trojanis 117
Gailardus de Mota 269
* Germanus Alticiodorenſis 215
Georgius Lilius 61
Georgius Coriatus 61
Genealogicon 58
Gigantes qui? 24
Gigantum diverſæ magnitudines 25
Gleſtingienſes paludes 318
Gocelinus 97
Gomerus 25
Gorbonianus non condidit Academiam Cantab. 62. & 129
Granta & Grantam 62
Grantam Lincolnienſem exſtruxit Gorbonianus 63
Granteceſtria & Cantabrigia idem 65. & 188. & 133
Graius 51
Gualterus Burleus, Mertonen. collegii alumnus 262
Guy fluvius 146
Gul. Cacus 28
Gul. Buckenham 37
Gul. de Wicham 306
Guthelini regno Academia fuit Cantabrigiæ 100
Guthelinus doctus 123
Gul. Sherwode 344
Gul. Dunelmenſis 344
Gymnaſia à doctis excitata 145
Gymnaſium Eltuti 147
Gymnaſium Tathei 148
Gymnaſium Cadomenſe 151
Gymnaſia Britannica 208
Gymnaſium Oxonien. non conſtitutum primo aut ſecundo anno regni Aluredi 317 * P. 374.

H

Hardingus 197
Henricus Belloclericus 251. erat juſtus 265. Cantabrig. educatus 124
Herbertus 265
Hiberni Cantabrigiæ ſtuduerunt 208
Hibernorum conjugium 243. & baptiſmus 242
Hiſtoriolæ Cantabrigienſis authoritas 35. antiquitas 37. ejus author, Hugo Cantelupus *Oxonienſis archidiaconus Gloverniæ 37 * P. 375.
Hiſtorico, opus eſt teſte 39
Hiſtoriola Cantabrig. Academ. 54
Hiſtoricus & Chronicus 166
Hiſtorias ſcribendi negotium quibus commiſſum? 238
Hiſtoriarum officinæ 239
Hiſtorici regii 239
Hiſtoriarum conſervatio 240
Hiſtoriæ quantum profuerunt? 241
Hiſtoricorum diſſenſio 245
Hiſtoriola Oxon. non anti-

qua 247
Hiſtoriolæ Oxon. examinatio 255
Honeſtum nomen 8
Honorii primi indultum 75
Honorius Cantabrigiæ ſtuduit 76
Hoſpitia Cantabrigienſia 248
Hortatio ad concordiam 6
Hubaldus poëta 51

I

Jacobus Faber 205
Jacobus Middendorpius 64
Jo. Scippe, epiſcopus Heref. 202
Jo. Elienſis 141
Jo. Scotus 138. Papienſi ſcholæ præficitur 209. Cantabrigienſis 211. non docuit Oxoniæ 212. & 221. Unde erat? 227. ubi docuit? 229. cur condemnatus? *ibid.* non fuit Scotus natione 231. cujas erat? 231. cur dictus Scotus? 233
Jo. Herriſonus 60. 141
Jo. Redman 28
Jo. Tayler 28
Jo. Werkworth 58
Jo. Rokesby 28
Inconſtantia Oxonien. 237
Italia magnifica 250
Italiæ collegia 249

L

*P. 376. **Lathelade**, & **Lechelade** *idem locus 44
Leges Danorum 288
Leges S. Edwardi 288
Lelandus quis homo fuit? 36
Lelandi liber de Academiis Britannicis 40. & notæ marginales 40. & 39
Lelandi judicium & lectio de ſchola Sigeberti 170
Legionenſe ſtudium Oxonienſi antiquius 215
Lelandi judicium, ex aliis 304
Libra 287
Librorum antiquorum copia 71
Literæ utiles, delectabiles, & ſalutares 119
Literæ in Britannia Gigantum temporibus 21
Literæ utriuſque academiæ 27
Literarum fautores 120. cultores nobiles 122
Londinum 107. reparatum 281
Lucius à doctoribus Cantabrigienſibus baptiſatus 69
Lucii legati, Cantabrigienſes 99
Lucius quando fidem ſuſcepit, non bene convenit inter ſcriptores 109
Lucius quando ſcripſit ad Eleutherium? 110
Luguballia, Carleolum 53
Lupus Trecaſſenenſis 215
Lydgatus Chauceri diſcipulus 55

M

Martinus & Marinus idem 301
Matthæus Cantuarienſis archiepiſcopus 202
Mancuſſa 286. unde dicta? 288
Monarcha primus Angliæ 325
Monarchæ triplex ratio 326
Meritonenſe cœnobium 240
Meduuinus 97
*Mercatorum facta 74
Memnon contra maledicos 128
Mirimuthenſis 71
Midas 121
Miſerbdil 146
Mochros 146
Mons Ambrii 73
Monaſteria celebriora 218
Monaſteria minora 219
Monaſteria grandia 219
Monaſterium Ethelingiæ quale? 220
Monachi Bannochorenſes 219
Monachi docti pauci Aluredi ætate 221
Muſica exculta 236

N

Nicaſius Cadnæus 60
Nicolaus Trevettus 53
Nicolaus Ridleius 28
Nigri codicis antiquitas 38
Nigellus contra fortunam 127
Noa gigas 24
Non ſtatim honeſtum quod eſt utile 43
Nomina propria Anglorum ante S. Edwardum 338
Nomine non conveniebant archiepiſcopi ante Hubertum 339
Norfolciæ rex 149
Norfolciæ leges, Danorum leges 288
Norwicus 145
Noviburgenſis 21. auctior 295 *P. 377.

O

Offa, Merciorum Rex 305. reparavit ſcholam Cantabr. 129
Offenſionis cauſſæ Gul. Normanno 335
Oratoris verba 16
Oxonienſis hiſtoriola 17
Oxonienſis contra antiquarium 19
Oxonia deſerta 27
Oxonienſis Academiæ laus 30
*Oxonienſis affectus in Antiquarium 31 *P. 378.
Oxonienſis contra Oratorem Cantabrigienſem 34
Oxonienſis ſententiæ confutatio 19
Oxonii urbis nomen 272. & 273
Oxonienſis jurgia 158

Oxonienſis ſchola grammaticalis 175. & 176. ex Fabiano & aliis
Oxonienſis ſtudii ratio 181
Oxonienſium numerus in principio 26. & 185. & 190
Oxonienſium collegiorum fundatores Cantabrigienſes 203
*P. 379. Oxonium ſchola ſecunda 213
Oxonienſium profeſſores non ex monaſteriis 216
Oxonienſis hiſtoriola antiqua non eſt 247. ejus author infans 266
Oxonienſis academiæ mentio in Clementinis 267
Oxonienſis ſcholæ inſtitutio, non reparatio, per Aluredum 282
Oxonienſis ſcholæ author non fuit Aluredus 289
Oxonienſis ſchola ab Aluredo non conſtructa, nec hortante Neoto 298
Oxonienſis Academiæ inſtitutio unde Alphredo aſcribitur? 310
Oxonienſis commentum 330
Oxonienſium infortunia 268. & 269

P

Partholomus 163
Portholomus ſuorum monarcha 164
Pariſienſis academiæ diſſolutio 191
Pariſienſium ſcholarium contentio de primatu 137
Patavinæ ſcholæ 250
Paterna 270
Patroni tres Cantabrigienſis academiæ 173
Partus numeroſus 156
Penda 265
Petrus Ramus 206
* Piſanæ ſcholæ reſtitutio 130
Piſcium uſus olim multus 147
Polydorus veteres libros combuſſit 70
Præceptores Aluredi 223
Principum opera 72
Privilegia Oxonienſia pauca 340
Privilegia ſublata & reſtituta 341
Pueri nominis ratio 182
Pudendum facinus 336
Pullinus reſtituit ſcholas Oxonienſes 336
Pyrrhus 43

Q

Quintiliani præceptum Rhetoricum 159
Queneburgum 307

R

Radulphus Remington 83
Rara, ſed non incredibilia 153

Ranulphus de Conſtitutione Oxonienſis Academiæ 307
Ranulphi errorem ſecuti multi 313
Redſhankes 233
Reges indulgentes Cantabrigiæ 93
Religio Chriſti in Britannia ab Apoſtolorum tempore 95
Rerum principia ſecundum Pythagoram 177
Reverentia 106
Richardus primus Turcas debellavit & Gallos 115
Richardus Diviſienſis 55
Richardus Pighteſley 83
Richardus Crocus 204
Ridoce, vetus Oxoniæ nomen 277
Robertus de Paterna 270
Rodolphus Baynus 205
Roſſus, ſeu Rouſſus, cujus judicii? 44. & 258
Roſſus Oxonienſis 44
Rydleius 160. & 210

* S

Salſa verba dulci aqua abluenda 162
Samothea 22
Samothes 22
Sancti Cantabrigienſes 141
Saxonia vetus 232
Scriptores cur ſua ſuppreſſerunt nomina? 47
Scriptorum occulta nomina quomodo explicanda? 47
Scholæ Hibernicæ 49
Scholæ numerus non tollit academiæ appellationem 173
Scholæ Piſanæ reſtitutæ 130
Scholæ Patavinæ 250
Schola in ſingulari Academia 177
Schola Cantuariorum more 180
Scholæ Cantianæ 187
Schola Romana 289
Schola Romana cur inſtituta? 196
Scholæ alienæ à Britannis doctæ 204. 205. 206. 207.
Schola Legionenſis antiquior Oxonienſi 215
Schola quam ſtatuit Aluredus 303
Scholarum Oxonienſium infortunia 268. & 269. & 336
Scholaſticorum Cantabrigienſium habitatio ante collegia 248
Scholaſtici, cauſſa deſerti ſtudii 197. ſibi inutiles 197
Scotus Joannes 138 *P. 380.
Scoti Cantabrigiæ ſtuduerunt 208
Scoti Hiberniam prius incoluerunt 233. glorioſi 234
Scotica ſtudia 209
Sergii primi bulla 78
Specus Platonicus 158
Sigebertus Cantabr. Academiæ author non eſt 41. & 129. & 167. & 150. nominatim 168

Sibyllæ de Chriſto vaticinium, literis concluſum capitalibus verſuum 49 *P. 381.
Simon Iſlep 357
Solidus 288
Stephani Regis fortuna 211
Stamfordiæ non docendum 270. & 357
Stratford Robertus 269
Stubbæus 138. quando floruit? 187
Sulgenus 48

T

Taxatores Cantabrig. 249
Temporum diſcrimen 108
Terentius libertate donatus 120
Teſtimonia detruncata 222. involuta 225
Theodorus Græcus 133
Theodori & Adriani diſcipuli, docti Græce & Latine 187
Thetfordiæ rex & ſtudium 148
Thomas Morus 205
Thomas Graius 51
Throgmertonus in exſilium relegatus 28. & 29
Timotheus apoſtolus 110
Tubal Hiſpanorum author 25
Thuiſco author gentis Germanicæ 25

V

Veneti ex Trojanis 115
Verulamium 66
Vetuſtas magnæ authoritatis 296
Vindobonna 107
Univerſitas 54
Urbes antiquæ Britanniæ 53.54.64.65.66.67
Utile, ſed non honeſtum 34

W

Waldeus, Rex Norff. 143
Wansdich 73
Weſtphali 232
Windelesore, ſeu **Windesore** 307

INDICIS FINIS.

Paginæ 382, 383, 384. *errata quædam continent. Sed hæc ſuis quæque locis caſtigavimus.*

† ASSERTIO †P. 385.
ANTIQUITATIS
OXONIENSIS
ACADEMIÆ,

Incerto Authore Ejusdem Gymnasii:

AD ILLUSTRISS. REGINAM

Anno 1566.

CUM FRAGMENTO

OXONIENSIS HISTORIOLÆ.

Additis caſtigationibus authoris marginalibus ad aſteriſcum poſitis. Inter quas libri titulus eſt, qui ante caſtigationem (quam editionem ſecundam dicimus) nullus erat.

Omnia, prout ab ipſis authoris exemplaribus accepimus, bona fide commiſſa formulis.

Excuſum LONDINI Anno Domini 1568.
Menſe Auguſto.

Per Henricum Bynneman.

Recuſum Oxoniæ A.D. 1730. Accedit unum atque alterum additamentum (hactenus ineditum) ex ipſo Thomæ Caii Autographo.

†P. 386.
Hiſtoriolæ Oxonienſis initium, ex libro procuratorum.

†*OXONIENSIS HISTORIOLA.

**Conſtantibus*

*CONTESTANTIBUS pleriſque Chronicis multa loca per orbis climata variis temporibus variarum ſcientiarum ſtudiis floruiſſe leguntur. Omnium autem inter Latinos nunc extantium ſtudiorum Univerſitas Oxonienſis fundatione prior, quadam ſcientiarum pluralitate generalior, in veritatis catholicæ profeſſione firmior, *& privilegiorum multiplicitate generalior ac præſtantior invenietur, prout ſuæ fundationis inſinuant hiſtoriæ Britannicæ perantiquæ. Fertur enim inter bellicoſos quondam Trojanos, quando cum duce ſuo Bruto inſulam tunc Albion, poſtmodum Britanniam, ac demum dictam Angliam triumphaliter occuparent, quoſdam Philoſophos adventantes locum habitationis ſibi congruæ in ipſa inſula elegiſſe, cui & nomen, videlicet Grekelande, hii Philoſophi, qui Græci *fuerant, uſque in præſentem, quaſi ſui veſtigium reliquerunt. A quo quidem loco non longe municipium Oxon noſcitur eſſe ſitum, quod propter amnium, pratorum, & nemorum adjacentium amœnitatem Belloſitum olim antiquitas, poſtmodum Oxon, à quodam vado vicino ſic dictum, populus Saxonicus nominavit, & ad locum ſtudii præelegit. &c.

**ac privilegiorum multiplicitate ac præſtantior invenitur.*

**fuerunt.*

†* ASSERTIO ANTIQUITATIS OXONIENSIS ACADEMIÆ. †P. 387.

COLLEGIUM Univerſitatis, quod primum *magna univerſitatis aula* appellabatur, ab optimo pariter & doctiſſimo principe Alphredo, qui & Aluredus dicitur, ex quatuor Ethelwolphi Viciſaxonum Regis filiis natu minimo, Vanatingi in Bercherienſi provincia nato, circa annum Domini 873. primo, vel ſecundo ad ſummum poſt initum ab eo principatum, anno fundatum eſſe conſtat, quo videlicet tempore in Academiæ noſtræ inſtaurationem, quam bona ſcriptorum pars *fundationem* vo-

vocat, totis viribus incumbebat. Huic autem Regi jam inde ab initio regiminis, quamvis Danicis bellis occupatiſſimo, nihil potius fuit, quam literarum ſtudia, quæ ſævis diuturniſque bellorum tempeſtatibus tantum non exſtincta apud ſuos jacuerunt, reſuſcitare. Et quo id commodius *potuiſſet.* facere * poſſet, undique viros, in omni literarum genere præſtantes, ad ſe accivit. Quippe præceptoribus ac conſiliariis uſus eſſe fertur **Grymbaldo, Aſſerio.* Joanne Erigena, Wirifrido, * Grymbaldo, [1] Alquino″, Aſſerio Menevenſi, Dunwalpho, Neoto, & ſimilibus, quibus illuſtrem nominis famam non minus vitæ integritas quam excellens do- † P. 388. ctrina compararet, quorum Neotus, † monaſticæ relligionis profeſſor, ſedulus hortator Regi fuit, ſuapte alioquin natura ad quodvis pium opus proclivi, ut collapſas vellet ad Vadum Iſidis, Oxoniam hodie vocant, temporum iniquitate ſcholas inſtaurare, & veluti bonas literas, quæ ibi regnantibus Britonibus floruerunt, priſtinis ſedibus reſtituere. Nam eo tunc loci fuiſſe non incelebrem Philoſophorum ſcholam, à Græcis olim Philoſophis ortam, qui cum Trojanis, Duce Bruto, in hanc inſulam appulerunt, cum ex aliis pleriſque, tum ex noſtra colligitur hiſtoria. Quippe quum probare velit, Oxonienſem Aca-

---

[1] *Delevit proprio ſuo calamo ipſe Thomas Caius. Et quidem caſtigatur etiam hîc in margine, ſicut & ipſe quoque viderat Joannes Caius, qui proinde male Thomæ Caio vitio vertit, perinde ac ſi Thomas Caius credidiſſet, Alquinum è præceptoribus ac conſiliariis Alphredi re vera fuiſſe. Vide pag.* 227. H.

demiam omnium Chriſtiani orbis gymnaſiorum facile antiquiſſimum eſſe, mox probationis loco ſubjungit, primum ipſorum Philoſophorum Crekeladam, ſeu verius Grekocoladam, adventum, narrans, qua occaſione illuc venerant, & quomodo, poſt diu perquiſitum commodum habitationis locum, illum tandem pagum elegerunt Oxoniæ, ſimul & vicinitatem, ſimul & amœniorem ſitum adjiciens. Sed interim nullam de Alphredo mentionem facit, quem utique ſilentio non præteriiſſet, ſi primus ille Academiæ noſtræ conditor fuiſſet. Scio tamen, non deeſſe viros etiam inſigniter doctos, qui propterea ex hac hiſtoriola nihil ad inſtitutum probandum colligi poſſe affirmant, quod in eadem nulla mentio ſit de illorum illinc philoſophorum Oxoniam tranſlatione, ſicuti nec quo tempore, quam ob cauſſam, aut per quem † facta ſit hujuſmodi † P. 389.
tranſlatio meminit. Sunt & alii * quoque (ut id * *etiam*
obiter attingam) qui ex nigri Cantabrigienſium codicis authoritate * aſtruant, Grekeladenſes * *aſſerunt*
ſcholas olim à Penda, Merciorum Rege, Cedwalli Regis permiſſu, inſtitutas, poſtea per Alphredum Oxoniam tranſlatas fuiſſe. Quod equidem tam verum eſſe credo, quam veriſimile ſit, Tyrannum adeo ſævum, impium, ſanguinarium, ſuorum cæde ac nullo non vitiorum genere infamem, eundemque paganum, ut à Florilego & aliis depingitur, unquam de generalibus ſtudiis

inſtituendis cogitaſſe. Sed ad rem redeo. Quamvis hæc non expreſſe contineat hiſtoria, eadem tamen ipſa lectori, paulo attentiori & rem penitius introſpicienti, aperte inſinuat. Nam quid aliud, quæſo, loquitur tam operoſa illa de Grekeladienſibus philoſophis narratio, cujus antea meminimus, quam ipſos videlicet, non adeo longo poſt illorum adventum tempore, amœnioris loci illecebra pellectos, Oxoniam, quo facilis erat, ob loci vicinitatem, commigratio, relictis prioribus ſedibus, commeaſſe, ibique, quam antea Grekecoladæ profeſſi ſunt, philoſophiam diſcipulos ſuos edocuiſſe? Quin & illud quoque * innuit (ut ingenue fatear) primas nimirum illas ad vadum Iſidis ſcholas, bellorum & vetuſtatis injuria deletas, Saxones demum, poſt illorum huc adventum, inſtauraſſe, quod priſtina illa Muſarum ſedes, propter ſitus amœnitatem, plus ceteris Regni locis arrideret, † & ſtudiis aptior videretur. Enimvero ſi hic non ſit verus hiſtoriæ ſenſus, quorſum horum meminit (ut ingenue fateor) non video. Atque hunc inde ſenſum facile colligere poſſunt quotquot rei potius circumſtantias conſiderant, quam nuda perpendunt verba ſcriptoris, qui, temporis vitio, non tam apte forſan ac perſpicue, ut debuiſſet, ſuam proſecutus eſt narrationem, ſed ut per illius ætatis infantiam, in qua omnes pene meliores litteræ ſepultæ ſunt, licuerat. In ſumma igitur rem paulo di-

* *innuit primas*

† P. 390.

diligentius perpendenti apparebit (uti dixi) Oxonienſe Gymnaſium à Græcis ipſis philoſophis, idque non longo poſt illorum Grekeladam adventum tempore, originem ſumpſiſſe. Hanc etiam, præter alios, ſententiam confirmat Gualterus Burleus, qui in libello, cui titulus, *ſumma cauſarum problematum Ariſtot.* ita ſcribit. “Tria “ſunt” (inquit) “notanda, primum, quod civi-“tas ſana erit, quæ verſus Boream & Orientem “plana eſt & aperta, & Auſtrum Occidentem-“que verſus montoſa, propter puritatem Boreæ “& Orientis, & propter putredinem Auſtri & “Occidentis, ſicut Oxonia, quæ per induſtriam “Græcorum philoſophorum fuerat ordinata. Hæc ille. Johannes item Leylandus in * marginali quadam annotatione, quam ſcripſit in Polydori Virgilii Anglicam hiſtoriam, quo loco idem Polydorus primam Oxonienſis Academiæ fundationem Alphredo aſcribit, affirmat, ſe legiſſe apud quoſdam miræ vetuſtatis Britannicarum rerum ſcriptores, tempore Britonum, tam † Græcas quam Latinas ſcholas ad vadum Iſidis floruiſſe, eaſque bellicis tumultibus deletas fuiſſe, & non ante Alphredi tempora inſtauratas. Hæc in codicis margine illius manu ſcripta habentur. Et fieri quidem poteſt, quod tam diutina ſcholarum deſolatio cauſſa fuerit, cur tam multi, approbatiſſimæ alioqui fidei, ſcriptores hanc Academiæ noſtræ per Alphredum inſtaurationem, pri-

* *marginale, ut loquuntur, annotatione.*

† P. 391.

primam ejuſdem inſtitutionem appellarint. Eadem quoque hiſtoria noſtra veteris memoriæ Britannicos citat authores antiquitatis noſtræ teſtes, ad hunc ordiens modum: *Omnium inter Latinos nunc exſtantium ſtudiorum Oxon. Academia fundatione prior eſt, & ſcientiarum pluralitate generalior, prout ſuæ fundationis inſinuant hiſtoriæ Britannicæ perantiquæ.* Idem quoque Leylandus in libro de Academiis Britannicis, quem paulo ante mortem Oxoniæ ſcripſit, hæc eadem fuſiori teſtimonio comprobat. Qui liber ſi integer aliquando, & prout ab authore ſcriptus eſt, in lucem * prodiret, illorum proculdubio apertiſſime convincet errorem, qui nullum non * movent lapidem, quo, Cantabrigienſem Academiam, neſcio quot annorum centenariis, noſtra antiquiorem eſſe, * doceant. Quam ſane injuriam, noſtræ illatam Academiæ, æquioribus animis ferremus, ſi vel credibilia eſſent, quæ pro tuenda antiquitate ſua proferunt. Quod ſane ideo dico, quia quoſdam, immodico ornandæ Academiæ illius ſtudio occæcatos, adeo † non pudet prodigioſæ μυθολογίας, ut, quum veram (ut videtur) gloriam in vana antiquitatis opinione potius, quam in virtutis ac literarum cultu, ſitam eſſe falſo ſibi perſuadeant, nimis quam impudenter memoriæ prodere non dubitarint, Cantabrigiam incepiſſe circa annum mundi 1829. mille fere annis ante Bruti & Trojanorum in hanc

* *prodierit*

* *commini-ſcantur, quo*

* *probent.*

† P. 392.

hanc inſulam adventum, quo tempore nullos adhuc incolas (niſi forſan à gigantibus occupatam contendant) habuiſſe illam magno ſcriptorum conſenſu conſtat. Sunt tamen alii, qui intra credibilitatis (ut hoc verbo uti liceat) limites ſeſe continentes, & veluti à manifeſtis mendaciorum portentis abſtinentes, ad neſcio quem Cantabrum, Hiſpaniæ Regulum, qui Gurguntii temporibus vixit, illius originem referre malint. Sed neque hos recte ſentire, ſed toto (quod aiunt) cœlo errare, manifeſte ſtatim docebo. Orator Cantabrigienſis, huic favens ſententiæ, mire infenſus videtur Johanni Leylando, periſſimo dubio procul antiquario, in oratione, quam habuit coram Regia majeſtate, ſplendida quidem illa ac magnifico verborum * apparatu, ſed non perinde, mea ſententia (quod pace ejus dixerim) hac præſertim in re, veritati conſentanea: nimirum, quod, hujus authores ſententiæ vanitatis arguens, unus auſus eſt (ut ait ille) tam multis, in * hanc rem conſentientibus, contradicere, &, rejecto Cantabro, Sigebertum, Oſtroſaxonum regem, primum illius inſtitutorem facere. Sed, ne dolo malo age†re cum illo videar, præſtiterit illius verba ſubjungere. “Superеſt adhuc (excellentiſſima princeps) cum po“ſita * ſunt multorum collegiorum incunabula, “ipſa Academia noſtra quando eſſe cœpit, pau“cis explicetur. Hiſtoria noſtra ſcriptum eſt, à

* apparatu compoſita, ſed

* hac re

† P. 393.

* ſunt breviter multorum

"Cantabro quodam, Hiſpaniæ Rege, cum, dome-"ſtico tumultu patria ejectus, in noſtrum regnum "appuliſſet, Gurguntii temporibus fuiſſe exſtru-"ctam. Hujus authores ſententiæ Leylandus & "vanitatis arguens & mendacii, Sigebertum Re-"gem facit Academiæ noſtræ conditorem, in "quo perniciosſum reliquit exemplum nimis cu-"rioſe in hiſtorias inquirendi, & ſibi quoque pa-"rum conſuluit. Nam ſi ipſe tam multis non "credat, mirabiliter in hoc conſpirantibus, quis "paulo magis conſideratus, ei ſoli fidem eſſe pu-"tabit adhibendam? Sed ſive ad hunc, ſive ad "illum authorem referatur, illud conſtat inter "omnes, Oxonienſi Academia noſtram multis "eſſe annis antiquiorem. Nam illa ab Aluredo "Rege dicitur inſtituta, quem omnes ſciunt & "Gurguntio & Sigeberto ætate multo fuiſſe "poſteriorem. Illud præterea, ad magnam no-"ſtram gloriam, omnes una voce teſtificantur "hiſtoriæ, Oxonienſem Academiam à Canta-"brigienſi doctiſſ. mutuatam eſſe, qui prima "ingenuarum artium incunabula in ſuo gymna-"ſio traderent. Pariſienſem etiam, quaſi Co-"loniam à noſtra Academia ductam, Alcui-"num noſtrum Bedæ diſcipulum, à Carolo ma-"gno, Gallorum Rege, magnis locupletatum †P. 394. "beneficiis ha†buiſſe, qui diſcendi cupidis, qua-"ſi ludum quendam bonarum artium Lutetiæ "primus aperuerit". Hactenus ille. Primum, quod ad inſtitutam adverſus Leylandum accuſationem pertinet, quando ille ſuperioribus annis (ut omnes norunt) vita functus eſt, magnum ſui deſiderium omnibus Britannicæ antiquitatis ſtudioſis, cujus erat ille callentiſſimus. & per omnem vitam diligentiſſimus aſſertor, relinquens, pro ſe reſpondere nequit. Ne tamen veritas errori, quantumvis recepto, patroni inopia cedere cogatur, haud gravabor ipſe, licet imbellis admodum propugnator, pro virili mea parte, defuncti amici patrocinium ſuſcipere, atque aliis etiam reſpondere, quæ ab eodem multo ſunt confidentius quam verius aſſerta. Et ut rem aggrediar, non diffiteor equidem, Leylandum vanitatis arguere hujus ſententiæ authores, ſed propterea tamen non magis eſſe culpandum ab æquis & candidis rerum cenſoribus, quam quibus ſtudio eſt veram hiſtoriam à fabuloſis nugonum commentis vindicare. At qua fronte (inquit) audebit quiſpiam fabuloſum appellare, in *quod (pene dixerim *mendacium) tam multi conſentiunt? Reſpondeo, parum mea refert, quam multis premar teſtibus, dummodo vel ſola veritas à me ſteterit. Sed miror, cur ex tam multis, quos in genere citat, nullam, præter domeſticam, id eſt, Cantabrigienſem, hiſtoriam producere voluit. Itaque vereor ſane, ut mirabilis iſta conſentientium ſcriptorum multitudo, quam confiden†ter

* *quo*
* *mendatio*
† P. 395.

adeo pro ſe facere dicit, in miram recidat paucitatem, ſi res, juſto examinata libramine, ad vivum (quod aiunt) reſecetur. Locum & hîc habere poſſit Horatianum illud, *Amphora* * *inſtituit fieri, currente rota urſeus exit*. Certe hii, quorum in hac controverſia authoritas merito præponderari deberet, adeo in * hanc ſententiam non conſpirant, ut impugnent potius ac maxime adverſentur. Loquor autem de Beda, Monumetenſi, Florilego, hiſtoria Regia (ſic enim Chronicon appello, quod Richardi ſecundi juſſu conſcriptum ſit) Ranulpho Ceſtrenſi, & hujuſmodi vetuſtis ſcriptoribus, ne recentiores illos commemorem Baleum, Polyd. Verg. Georgium Lilium, Fabianum, Caxtonum, Lanquetum, Cooperum, Stoveum, & alios, quorum nemo certe eſt, qui illius * errorem dicam an aſſertionem? ſuo teſtimonio comprobat, tantum abeſt, ut vel ille tam mirificum habeat veterum conſenſum ſcriptorum quam ſe habere prædicat, vel ſolus Leylandus Sigibertum Regem Cantabrigienſis * Academiæ authorem faciat. Et, ut rei veritas melius eluceſcat, libens ab eo reſciverim, quiſnam ille Cantaber fuit, cui tam egregium facinus acceptum refert, & num * vox *Cantaber* proprium ſit viri nomen, * an à Cantabria potius, Hiſpaniæ regione, quæ à Romanis Bætica Provincia dicebatur, deductum? Tantum Regem

* *cœpit inſtitui, currente.*

* *hac ſententia.*

* *aſſertionem dicam an errorem*

* *Gymnaſii*

* *vox hæc Cantaber*

* *an gentile potius, à Cantabria, Terraconenſis Hiſpaniæ regione, deductum?*

gem Hiſpaniæ fuiſſe audio, & patria per po†pularem tumultum ejectum, * ſed præterea nihil. At certe Regem fuiſſe, præterquam quod * hiſtoriæ non convenit, mihi non fit veriſimile multis de cauſſis. Non ignoro tamen, Polydo. lib. 5. Angl. hiſtoriæ, rem, alioqui dubiam & perplexam, incerti cujuſdam authoris teſtimonio ad hunc * modum illuſtrare. “Ferunt, olim poſitum fuiſſe oppidum, nomine Chergrantium, ad radices vicini monticuli, quem Whithill appellant, eoque, docendi cauſa, regnante Gurguntio, Belini filio, Bartholomæum quendam hominem Cantabrum perveniſſe, & illum deinde duxiſſe uxorem Chembrigiam, Regis filiam, condidiſſeque oppidum ex uxoris nomine Cantabrigiam dictam, atque in eo primum docuiſſe. Hact.* Polyd. Ex quibus equidem verbis colligo, Cantabrum hunc ejectitium, quum re vera Bartholomæus vocaretur, à patria ſua Cantabria ſic dictum eſſe, nec Regem (ut dicit Orator) * ſed ludi potius magiſtrum & literarum profeſſorem fuiſſe, niſi forſan ſortem illi Dionyſii Siculi Tyranni tribuat hi†ſtoria. Sed quando de nomine * inter nos, opinor, convenit, maxime quod reliqui fere Britannicarum re-

† P. 396.

* *in hanc inſulam Gurguntii temporibus appuliſſe. Sed, quod cum primis ſcitu dignum erat, quo regni illius tempore, quomodo aut qua occaſione huc venerat, hoc alto tranſit ſilentio. At certe.*

* *hiſtoriæ uſquequaque non*

* *modum utcunque illuſtrare. Ferunt, poſitum fuiſſe olim oppidum &c.*

* *ille*

* *ſed (ſi vera ſunt, quæ prodidit incertus ille author) ludi potius magiſtrum &c*

† P. 397.

* *inter Britannicarum rerum ſcriptores fere convenit, miſſa illius, quæcunque demum illa fuerit, hac de re ſententia, quid ab aliis hiſtoricis*

rum ſcriptores hac etiam in re conſentiunt, quid ab aliis hiſtoricis de hoc Bartholomæo proditum ſit, audiamus. Ita enim fiet, ut quæ ab illo aſſeruntur, verane ſint an ſecus manifeſto deprehendamus. Hiſtoria de Hiſpanorum promiſcua turba, qui, Gurguntii temporibus, relictis (fortaſſis propter nimiam incolarum multitudinem) patriis ſedibus, per maria longo tempore vecti, novas ſibi ſedes * quæſiviſſent, cum apud alios, tum apud Galfridum Monumetenſem, exſtat in hunc modum. "Gurguntius, illato Dacis bello, ob denegatum ſibi tributum, ubi, interfecto illorum Rege, regnum illud priſtino "jugo" (ut authoris verbis utar) "ſuppoſuiſſet, "in Britanniam redire parat. In reditu autem "triginta forte fortuna naves, viris ac mulieribus onuſtas, ad Orchades inſulas obvias habuit, duce Bartholomæo quodam, qui Regem "adiens, eumque more regio ſalutans, ei expoſuit, gentem illam, Hiſpaniis pulſam, longo "tempore maria ſulcaſſe, quo locum tandem "invenire poſſent, ubi commode habitarent. "Denique ſupplex ab illo petit, ut aliquam Britanicæ ditionis regionem ſuis habitandam concedat. Rex, cognito, quod, ab Hiſpaniis profecti, Balenſes dicti eſſent, integrumque jam "ſeſquiannum per maria erraſſent, illorum miſertus, Hiberniam * tunc vacuam incolis, eis "habitandam dedit, adjunctis ſimul comitibus,

* quærebant

* incolis vacuam.

"qui illos eo deduce†rent. At hii, temporis pro- † P. 398. "greſſu, in tantam multitudinem mutua propagatione creverunt, ut ab hiis oriundi ſint, qui "hodie inſulam tenent. Hucuſque Monemutenſis. Obſecro te (amice lector) quis ex hac colligat hiſtoria, Bartholomæum iſtum à Rege in Britanniam abductum fuiſſe? imo contra potius, illum, una cum populo illo, ad Hiberniam profectum eſſe, * conſtat. Non enim veriſimile* *ex hoc loco clariſſime liquet.* eſt, promiſcuam illam multitudinem ἄναρχον & ſine duce ad ignotam inſulam perveniſſe. Sed ſi quis adhuc de Ducis eo cum ſuis profectione dubitet, ***regiam*** ſuper hac re ***hiſtoriam*** * legat,* *conſulat* quæ ita quidem habet. "Gurguntius, filius Be"lini, Rex Britannorum, rediens de Dacia, tri"buta ſolita ſibi negante, invenit juxta Orcha"des inſulas 30. naves, Balenſibus repletas, de "oris Hiſpaniæ illuc advectas, quos cum Duce "ipſorum Bartholomæo ad Hiberniam miſit, in"cola * carentem. Quibus ſane verbis adeo ma-* *carentem &c.* nifeſtum eſt, Ducem ſimul cum populo iviſſe, ut nullus jam reliquus ſit cavillo locus. Reliqui porro omnes, quotquot præſentem attigere hiſtoriam, eadem ferme dinarrant. Suffragatur illi hac in re nullus, at omnes tam adverſantur quam qui maxime. In nullo horum habetur, Bartholomæum in Britanniam veniſſe, & ſcholas * Can-* *Grantæ ſive Cantabrigiæ.* tabrigiæ ſive Grantæ inſtituiſſe, ſed quod cum eo pugnat, ex nullo * non colligi hoc poteſt.* *non horum colligi poteſt.*

Tam multi ſunt ſcilicet, qui *in ejus ſen†tentiam tam mirabiliter conſentiunt. Sed demus, maximam ſcriptorum partem illi ſuffragari, quo nihil eſt à veritate alienius, nemo tamen, niſi admodum credulus, rebus uſque adeo incredibilibus fidem eſſet adhibiturus. Unde enim, poſt tam longos errores, homini extorri, & patria ejecto, tantæ ſuppeterent facultates, quantæ urbi exſtruendæ, vel Academiæ inſtituendæ, in alieno præſertim Regno, ſufficerent? Legat, qui volet, *quos commemoravi ſcriptores, & veriſſima, quæ dico, comperiet. Credibiliora certe fuiſſent omnia, ſi ipſum potius Regem quam exſulem Academiæ ſuæ authorem *finxiſſent. maxime quum Regum ſit, & Regiis divitiis affluentium, & non calamitoſorum hominum, qualis erat, vel oratore teſte, Cantaber iſte, quem victus (ut videtur) inopia ad artium ac literarum profeſſionem adegerat, urbes & Academias fundare. Quocirca, multo probabiliora ſunt, mea ſententia, quæ in *noſtris annalibus hiſce de rebus *prodita ſunt, vel ob id in primis, quod urbium initia Regibus, & non mediocris ſortis hominibus, aſcribunt: veluti Londinum Bruto, Cantuariam, Vintoniam & Shafteſburiam Ludo, cognomento Rudibras, Stampfordiam Bladudo, & Cantabrigiam Gorbomanno, Morindi filio, qui plus minus 60. annis poſt Gurguntii tempora regnaret. Sed vacillat,* inquit, in nonnul-

** in hac ſententia tam mirabiliter*

†P. 399.

** quos ſupra commemoravi*

**finxiſſet*

** noſtris ſunt annalibus*

** prodita vel*

** inquiet.*

nullis & incerta eſt noſtræ hiſtoriæ fides. Non diffiteor equidem ita eſſe, nec illam conor ab omni errore liberare, ſed in † cunctis tamen, maxime quæ ad hanc rem ſpectant, multo me tutius arbitror * hiis fidem adhibere poſſe, quam nigro Cantabrigienſium codici, qui ſæpiuſcule (ne quid acerbius dicam) in candidam veritatem peccat. Ceterum non hic * eſt animus ejus hiſtoriolæ authoris, quiſquis ille fuerit, cenſorem agere. Illud tamen, citra cujuſquam offenſionem, quantumvis ab ejus authoritate pendentis, me dicturum confido, multa, quæ ab eo narrata ſunt, parum mihi probabilia videri, nonnulla etiam mera ſomnia ac prorſus incredibilia: qualia ſunt, quod dicit, Anaximandrum & Anaxagoram Græcos philoſophos, tempore reclamante, Cantabrigiam veniſſe, & ibi philoſophiam docuiſſe: Cæſarem, devicto Caſſibiliano, Cantabrigienſes quoſdam Romam ſecum abduxiſſe, fortaſſe ut emendatius loqui, aut ſuam linguam rectius pronunciare, Romanos docerent: Pendam, Merciorum Regem, Grekeladienſes ſcholas inſtituiſſe, Grantam ſive Cantabrigiam à Cantabro exſtructam fuiſſe, nomenque ab illo ſumpſiſſe, quum potius à vicino flumine Granta nominatam conſtat, quemadmodum eleganter cecinit Leylandus, Cantabrigiam ſuam laudans:

† P. 400.

* *huic*

* *animus eſt*

Olim Granta fuit titulis urbs inclita multis,
Vicini à fluvii nomine nomen habens.

Saxones hanc belli deturbavere procellis:
Sed nova pro veteri non procul inde ſita eſt.
Quam Felix monachus, Sigeberti juſſa ſequutus,
Artibus illuſtrem reddidit atque ſcholis.
† P. 401. † *Hæc ego perquirens gentis monumenta Britannæ*
Aſſerui in laudem, Granta diſerta, tuam.

Vereſimiliora tamen ſunt, quæ Orator ex eodem profert authore, quum affirmet, noſtram ab illorum Academia doctiſſimos mutuatam eſſe, * qui in ea primum ingenuas artes profiterentur, & Alcuinum Bedæ diſcipulum fuiſſe, ſed non minus tamen à veritate deviantia, ut ſuo loco docebimus. Hæc & ſimilia commenta, quæ pro certiſſimis affirmantur, omnem illi fidem, apud eos præſertim, qui paulo ſunt excuſſiori judicio, penitus adimunt. Et ideo Johannes Roſſus Warwicenſis, antiquarius & ipſe, ſuo ſeculo non incelebris, dicitur in eundem calamum ex profeſſo ſtrinxiſſe. Eadem authoris vanitas Laylandum etiam movit, ut ea in illum diceret, quæ magnam (ut apparet) invidiam illi conflaverant, apud eos præſertim, qui tam debili fundamento Cantabrigienſis Academiæ antiquitatem ſuperſtruunt. Nam in ſuis in cygneam cantionem annotationibus ita de illo ſcribit. "Extat Grantæ Girvio-"rum in archivis hiſtoriola incerti authoris, & "fidei longe incertioris. Hinc apparet, Gur-"guntium neſcio quem Regem Britannorum "de-

* *qui primum ingenuas artes apud nos profiterentur*

"dediſſe Cantabro Hiſpano, qui Athenis ſtu-
"duerat, orientalem Britanniæ partem, eumque
"poſtea urbem ſuper Cante flumen conſtruxiſſe,
"& Academiam ibidem conſtituiſſe, quæ à Gran-
"tano comite, ejus filio, nomen ſumpſit. Ad-
"docet hæc eadem, Anaximandrum & Anaxago-
"ram, Græcos Philoſophos, Grantam veniſſe,
"ſtu†diorum gratia. Centum ſunt ibi præterea † P. 402.
"ejuſdem farinæ fabulæ. Profectò nihil unquam
"legi vanius, ſed neque ſtultius aut * ſtupidius. * *ſtupidius. Huc uſque Leylandus.*
"Miſſas igitur facio has antiquitatis delicias.
Hucuſque Leylandus. Quibus verbis ſatis liquere arbitror, unde iſtæ lachrymæ, unde tam ingens cum illo demortuo expoſtulatio ſuborta eſt. Sed de Cantabro ſatis. Nunc ad Sigebertum venio, quem idem Leylandus Cantabrigienſis Academiæ conditorem fuiſſe ex veterum monumentis clare docet. Neque tamen ſolus, aliiſque reclamantibus ſcriptoribus, ut Orator videtur aſſerere, hoc ſcribit, ſed idem quod ille ſentiunt tum veterum, tum recentiorum ſcriptorum, probatiſſimi. Et ut à recentioribus auſpicemur, Polyd. Virgili. Angl. hiſtoriæ libro 5. eidem ſuccinit, cujus hæc ſunt verba. "Illam vero" (de Cantabrigien. Academia loquitur) "Sigebertus Can-
"tabrigiæ circiter annum ejuſdem 630. collo-
"cavit. Hæc Polyd. Ecce tibi, quomodo hic affirmat quod ille ſcribit. Idem utriuſque crimen eſt, ſi modo crimen ſit dicendum veritatem

* *aſſerere.* *tueri, & tamen alter, ſi Divis placet, non impune tulit quod ab altero, citra cujuſquam offenſionem, aſſeritur, ſic ut vere hîc locum habere poſſit Anglicum illud diverbium, *potior eſt ejus nonnunquam conditio, qui ipſe equum furto abſtulerat, quam illius, qui commiſſi tantum furti ſpectator exſtiterit.* Sed Polyd. fortaſſis & alii minus ſunt ideo calumniis obnoxii, quod nunquam nigri codicis authorem vanitatis & mendaciorum, † P. 403. †ut Leylandus, arguerat. Ceterum Cantabrigienſis quidam, Britannicæ antiquitatis non vulgariter peritus (ut id obiter commemorem) Polydorum ad ſuas pertrahere partes cupiens, citat epiſtolam quandam ejuſdem ad Philippum, Hiſpaniæ Regem, 4. Nonas Aug. 1554. ſcriptam, in qua (ut inquit ille) ſcribitur, Cantabrum authorem ſuum illam agnoſcere Academiam: & locus perinde ab eo citatur, ac ſi Polydorus, mutata priori ſententia, palinodiam ceciniſſet. Quod non videtur veriſimile. Nam ſi aliter ſenſiſſet quam prius, locum indubie * in ſecunda operis recognitione retractaſſet. Sed * quando id non fecit, quis dubitat, quin in priori ſententia perſtiterit? Sed ut demus, ita ſcribere Polyd. quemadmodum ille refert: (nam epiſtolam mihi hactenus videre non contigit) minime tamen probant iſta, meo judicio, ſecus illum quam antea ſenſiſſe. Nam tantum ibi dicit, Cantabrigienſes hoc facere. at, ſe idem ſentire

* *in operis recognitione*
* *cum*

aut illis aſſentiri, non dicit. Imo vero, ſi in re, parum mihi cognita, divinare liceret, putarem potius his verbis virum illum gravem ac doctum ingratitudinis pariter ac erroris notare quotquot ex eo literario cœtu alienum amplecti malint, quam verum ac proprium, fundatorem agnoſcere. Hæc Antiquarius ille in Epiſtola quadam ad Oratorem, quæ non ita pridem ad manus meas forte pervenerat, ſcribit. Quo etiam loco eidem Polydoro veluti ſubiraſci videtur, quod Cantabrigienſi gymnaſio authorem tribuit tam recentem † quam eſt Sigebertus, † P. 404. qui tamen ſupra nongentos annos vita functus eſt: fortaſſe nihil antiquum ducens, quod Chriſti Servatoris nativitatem multis annis non præceſſerat. alioqui, cur recentem appellarit, non video. Præterea, cum Leylando conſentit & Baleus, ut cuivis facile apparebit, qui eximium illud de Britannicis ſcriptoribus opus vel perfunctorie perlegerit. De Felici enim epiſcopo ſcribens, ita ait: "Hujus hortatu & ſuadela Si-"gebertus, earum partium rex, Academiam (ut "præfertur) Grantæ Girviorum, ſeu Cantabri-"giæ (quæ ejus tunc ditionis erat) * inſtituit. * *inſtituit &c.* Mitto alia ejuſdem ſcriptoris loca, in quibus eadem identidem inculcat. Georgius quoque Lilius, doctus cum primis & elegans juvenis, illorum ſuffragiis in Chronicorum Epitome ſuum calculum apponit. Quid multis? vix invenies inter recentiores ſcriptores (excipio ſemper, qui ejuſdem aliquando gymnaſii fuerint alumni) qui ab iis diſſentiunt. De veteribus ſcriptoribus, qui in eandem pedibus (ut dicitur) eunt ſententiam, mox dicemus. Clare jam liquet, opinor, non tam male ſibi conſuluiſſe Leylandum, quam prædicat Orator, quando non ſolus affirmat, quod tam multi cum illo tum veterum, tum recentiorum, ſcriptorum confirmant: nec adeo pernitioſum reliquiſſe exemplum, qui errores tantum patefacta veritate refutavit. Imo vero (ut ingenue quod ſentio dicam) arbitror, Oratorem ipſum tum exiſtimationi, tum * cauſſæ ſuæ, melius conſulturum fuiſſe, ſi omiſſa, quam in Ley†landum inſtituerat, accuſatione, vel unico ſaltem ex tam multis approbatæ fidei teſtibus, quos pro ſe facere aſſeverat, aſſertionem ſuam confirmaſſet. Sed quando id non facit, ſed ad ea potius digreditur, quæ ad inſtitutum minus pertinent, quid aliud hîc ſuſpicari poſſumus, quam quod nos inanibus tantum verborum terriculamentis à veri defenſione deterrere conetur? avium fortaſſis ſimiles exiſtimans, quæ umbras & ſtramentitias hominum figuras reformidare ſolent. At ſi errorem illum ſuum defendere perget, videat, ne Leones experiatur, quos nunc, ut meticuloſas aves & * aviculas, contemnit. Poſtremo, vel illud ſolum, citra ullius ſcriptoris teſtimonium, cuivis, non admodum

* *cauſſæ etiam ſuæ*

† P. 405.

* *oviculas*

modum pertinaci erroris defenſori, perſuadere poteſt, Cantabrig. gymnaſium ante Sigeberti tempora non fuiſſe, quia priori ætate Gregoriano decreto cautum erat, ne Britanni extra monachorum cœnobia gymnaſia celebrarent, propter Arrianam & Pelagianam hæreſim, & quoſdam * errores Britannorum. Et ex eo tempore, inquit Baleus, non tam Stamfordienſis quam Legionenſis Academiæ perierunt, * quibuſcum haud dubie & Cantabrigienſis quoque una interiiſſet, ſi eo tempore inſtituta fuiſſet. Quare, quum rei hîc veritas vel cæco apparere queat, ne pudeat hominem doctum, & in melioribus diſciplinis, ut audio, non infeliciter verſatum, * una nobiſcum, imo cum tam multis probatæ fidei teſtibus, Sigebertum Regem, Academiæ ſuæ conditorem, † agnoſcere, ne, tam eximium regis beneficium diſſimulando, turpi ingratitudinis vitio obnoxium ſe reddat, quo haud ſcio an aliud ſit, quod ingenuarum artium candidatos magis dedeceat. Nec in ementita teſtium multitudine fiduciam collocet, ne, ſi quando in aciem producere cogatur, ſolus ipſe cum nigro ſuo codice inveniatur, qui belli impetum ſuſtineat, ni forſan Nicolaus Cantilepus, olim Cantabrigienſis doctor, & alii ejuſdem farinæ ſcriptores, cum ſuis auxiliaribus mendaciorum copiis, quas ex eodem collegerant libro, affuerint. Sed quid ſi concedamus (inquit Orator)

* *Britannorum errores.*

* *quibuſcum indubie*

* *una cum Leylando, imo*

† P. 406.

tor) Sigebertum, & non Cantabrum Academiæ noſtræ authorem fuiſſe? adhuc tamen nihilominus cauſſa cadent Oxonienſes. Nam, ſive ad hunc ſive ad illum authorem referatur, velint nolint fatebuntur, noſtrum tanto illorum gymnaſio antiquius eſſe, quanto tempore Alphredus, à quo hoc inſtitutum dicitur, ætate Sigeberto poſterior fuerat. Reſpondeo, ut ipſi dem, quod minus verum eſſe * credo, non propterea tamen evincet, quod tanta cum confidentia, nullis non hiſtoricis in teſtimonium vocatis, aſſeverat. Poteſt hoc paradoxon fortaſſe prima fronte videri, maxime quum, tertio poſt defunctum Sigebertum ſeculo Alphredum vixiſſe, conſtet: ſed nihil eo verius tamen apparebit, ſi, quid per Academiam * intelligitur, quidque in controverſia poſitum ſit, * prius explicetur. Academiam autem appello, non quamlibet ſcholam, ſed celebre approbatumque duntaxat gymnaſium, † ubi non tam linguarum, quam omnium ingenuarum artium ſeu liberalium (ut vocantur) ſcientiarum, publica eſt profeſſio. Res autem, qua de inter nos contravertitur, illa eſt, utra nimirum Academia, Oxonienſiſne an Cantabrig. ſit antiquior? quod perinde eſt, ac ſi quærat aliquis, utrum Oxonia an Cantabrigia prius fuerit Academia: ſive (ut recepto utar vocabulo) univerſitas ex prima ipſa inſtitutione facta? Reſtat jam, ut veterum ſcriptorum teſtimonio

** credo, Alphredum academiæ noſtræ primum conditorem fuiſſe, non propterea.*

** intelligatur*

** primum*

† P. 407.

monio probemus, talem à Sigeberto Academiam Cantabrigiæ non eſſe inſtitutam, qualem ſupra definivimus. Florilegus, de Sigeberto ſcribens, hæc habet: “Dum in Gallia exularet Sigebertus, imbutus eſt Chriſtianæ fidei ſacramentis, quorum participem, ut regnare incepit, totam ſuam provinciam efficere curavit, ſcholaſque literarum per loca inſtituit. Hæc Florilegus. Similia quoque de eodem ſcripſit author *hiſtoriæ Regiæ*, apud quem legimus quæ ſequuntur: “Sigebertus, poſt Corpwaldum fratrem ſuum, regno potitus, ſicut in Galliis viderat, ſcholas literarum in regno ſuo ordinavit, ac pædagogos pueris inſtituendis more Cantuariorum * aſſignavit. Hactenus ille. Quorum (ſi quid equidem judico) ſcriptorum verba manifeſtiſſime probant, inſtitutas à Sigeberto ſcholas, hujuſmodi tantum fuiſſe, cujuſmodi ſunt, in quibus pueris Grammatica tradi ſolet. alioqui, ſi quis per *ſcholas* hoc loco *Academias* (quales hodie noſtrates ſunt) intelligi contendat, ſequetur profecto, multas illum Aca†demias inſtituiſſe, quod nemo *utique conceſſerit. Nam quum non uno tantum loco, ſed *per loca* (ut inquit Florilegus) id eſt, in variis regni ſui locis, hoc ab illo factum ſit, dubium certe non eſt, quin tales & alibi conſtruxit, qualem Cantabrigiæ condiderat. Huc etiam facit, quod, in ſcholis ordinandis, Gallorum & Cantuariorum ſive Cantiorum exemplum

* *aſſignavit &c.*

† P. 408.

* *utique, mentis compos, conceſſerit*

ſequutus dicitur, qui tunc temporis Academias non habebant. Ex iis igitur clariſſime patet, Cantabrigienſem ſcholam, non niſi pædagogium initio fuiſſe, cujuſmodi * ſchola Wintoniæ, Aetonæ, & in aliis pleriſque regni locis, habentur: quæ tamen ipſa (ut ingenue fatear) ſenſim ac temporis progreſſu adeo crevit, ut, conſtructis demum principum, pontificum, & magnatum, ſingulari munificentia aliarum etiam artium collegiis, in juſtam tandem Academiæ [1] magnitudinem coaluerit [2]. Sed hoc non ante Gulielmi Nothi, Neuſtriorum Ducis, in Angliam adventum factum eſſe vel ex eo liquet, quod nullum hodie Cantabrigienſes collegium, hujus antiquius ætate oſtendere poſſunt. Reſtat jam, ut, quid Beda, felix (ut inquit Leylandus) antiquæ ſcriptor memoriæ, &, ut ego exiſtimo, teſtis πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, hac de re ſcriptum reliquit, recenſeamus. Is Angliſaxonicæ hiſtoriæ tertii lib. cap. 17. de Sigeberto loquens, hæc refert: “Mox ea, quæ in Galliis bene diſpoſita vidit,

* ſcholæ

---

[1] Hoc eſt, academicam magnificentiam. Nam academiam artium profeſſio facit, quæ apud nos una cum collegiis cœpit. [2] Præter tria illa collegia, quæ, ut Roſſus et Baleus ſcribunt, Aluredus ædificarat, complures etiam ex magnatibus, nobiliſſimi regis exemplum imitati, ſtudioſorum ædes ſimiliter conſtruxerunt. Quid quod, et ipſi quoque oppidani aulam, ut vocant, condidere, quam *urbanam* ab urbe appellarunt, in Orientali olim collegii corporis Chriſti parte ſitam? Complures alias omitto.

"imitari cupiens, inſtituit ſcholam, in qua pueri "erudirentur, juvante epiſcopo Felici, quem de "Cantia accepe†rat, eiſque pædagogos ac ma"giſtros, juxta morem Cantuariorum, præbente. Hæc ille. *Scholam* (inquit Beda) *inſtituit Sigebertus, in qua erudirentur pueri ſub pædagogis* &c. Jam quid aliud, quæſo, hic ſignificat, quam pædagogium & ſcholam (ut vocant) grammaticalem, in qua tenera ætas, nondum altioribus matura diſciplinis, puerili grammatices inſtitutione ſub pædagogis ac præceptoribus formari ſolet, quales fere non habent, qui ingenuis artibus in pub. gymnaſiis operam navant? Non enim proprie pædagogi vocantur, qui artes illas adultioribus in academiis, ſed qui * ludis literariis, puerili inſtitutione dicatis, præficiuntur. Beda ergo, una cum illis, pædagogium fuiſſe, quod à Sigeberto inſtitutum eſt, aperte confirmat. Sed dicet fortaſſe, hunc Bedæ locum non magis probare, Sigebertum ſcholam illam Cantabrigiæ quam Oxoniæ collocaſſe, quod ibi nulla prorſus mentio Grantæ ſive Cantabrigiæ habeatur. Certe, quamvis expreſſe (ut ingenue dicam) hujus non meminerit, non poſtremæ tamen notæ ſcriptores ex hoc colligunt loco, Grantanam ſcholam à Sigeberto originem ſumpſiſſe. Nam Baleus, Cantabrigienſis olim Academiæ (ut ipſemet non uno loco fatetur) alumnus, adeo Bedæ verba ad alterius ſcholæ in

† P. 469.

* *ludis potius literariis*

alio quopiam loco fundationem non detorquet, ut eundem ipſum authorem pro hujuſce rei confirmatione citat. De ſcholæ enim Grantanæ prima fundatione loquens, ad hunc ſcribit modum: "Sigebertus, Orientalium † Anglorum "rex, Beda etiam teſte, ſcholas literarum, ſicut "in Galliis viderat, in ſuo regno ordinare,& pædagagos pueris inſtituendis, more Cantuariorum, aſſignare diſponebat. Et, perſuadente "Dunvicenſi epiſcopo Felice, illas Cantabrig. "poſuit primum, anno ſalutis humanæ 636. Hactenus ille. Idem etiam & Leylandus ante illum ex eodem Bedæ loco collegerat, quemadmodum videre eſt in ejuſdem in cygneam cantionem annotationibus. Neque vero aliunde, ut videtur, quam à Beda & illis, quos ſupra commemoravi, authoribus deſumpta ſunt, quæ hac de re Polyd. Virgil. lib. 4. Angl. hiſtoriæ ſcribit, cujus hæc ſunt verba. "Sigebertus item princeps ſapientiſſimus, ſciens nihil æque hominibus eſſe ornamento ac literas, & eas quidem "per id tempus in inſula admodum raras, hortante epiſcopo Felice, natione Burgundione, "viro doctiſſimo, ſcholas paſſim in ſuo regno "poſuit, & inprimis Cantabrigiæ, ubi pueri ab "ineunte ſtatim ætate erudiantur. Hucuſque Polyd. Horum jam teſtimonio arbitror nemini non perſpicuum eſſe, de prima illa per Sigebertum fundatione Bedam eſſe loquutum. Quanquam

†P. 410.

quam (ut ingenue quod ſentio dicam) * tam Baleus quam Polydorus, dum, affectibus indulgentes, adamatæ ſtudent Academiæ initia paulo illuſtriora reddere, à veteris nonnihil hiſtoriæ veritate diſcedunt: veluti quum uterque dicit, Sigebertum ſcholas Cantabrigiæ poſuiſſe, quando Beda numero multitudinis non utitur, & † * quo loco Polydorus eundem regem affirmat inprimis Cantabrigiam ſcholis * ornaſſe, quum hoc nec apud Bedam, nec alios, quod ſciam, vetuſtiores ſcriptores, habeatur. * Sed de Cantabrigienſis Academiæ origine, ſatis. Nunc viciſſim de noſtræ initio, non illo quidem primo ac vetuſtiſſimo, ſed quod Orator ille tribuit, paucis diſſeramus. Nam, cognita utriuſque * origine ac incremento, omnis facile controverſia conquieſcet. Hæc autem non ex humili, ut illa, * initio ad Academicam magnitudinem paulatim excreverat, ſed ab ipſa ſtatim inſtitutione longe celeberrimam fuiſſe, cum propter incredibilem ſcholaſticorum multitudinem, qui undique ſtudiorum gratia eo confluxerant, tum etiam ob linguarum & omnium ingenuarum artium publicam ibidem profeſſionem, probatiſſimorum ſcriptorum authoritate conſtat. De hac enim re ita ſcribit Polyd. Angl. hiſt. lib. 5. “Oxonia ſtatim à principio tum divinarum hu-

“ma-

** tum Baleus tum Polydorus etiam, dum affectibus.*

† P. 411.

** quo etiam loco affirmant, eundem Regem in primis*

** ornaſſe, ibique Academiam inſtituiſſe, quum hoc*

** Sed, miſſa Cantabrigienſis Academiæ origine, de noſtræ nunc initio, non illo quidem*

** origine pariter ac incremento*

** principio*

“manarumque literarum ſtudiis, tum mira hominum in doctrina incumbentium frequentia, multo celeberrima eſſe cœpit: deincepſque uſque eo floruit, ut jam facile cum quovis alio totius Chriſtiani orbis gymnaſio de nominis gloria certare poſſit. Huc[†]uſque Polyd. Huic conſentit & *Regia hiſtoria*, in qua legitur, publicas variarum artium ſcholas * Alphredum poſuiſſe, earundem profeſſores variis privilegiis muniviſſe, &c. * Hæc teſtimonia apertiſſime docent, non tam grammatices ut Cantabrigiæ, quam Theologiæ, ac *reliquarum artium, ſtudia in ipſis Academiæ noſtræ initiis ferbuiſſe. Nam pientiſſimus idemque benigniſſimus ille rex, videns, veriſſimum eſſe quod à Marco Cicerone celebratur, *honos alit artes*, nullis pepercit ſumptibus, quo bonas literas in Academia ſua veluti ſubnaſcentes proveheret. Et quo id faceret expeditius, doctos non vulgaribus præmiis ad artium profeſſionem excitabat. In imperitioribus vero,* ac literarum adhuc rudibus, diſcendi ſtudium acuebat, conſtructis collegiis, in quibus certus ſtudioſorum numerus gratis viveret, ipſiuſque impenſis ad literas aleretur. Ferunt enim, tria illum apud nos cœnobia ſive ſtudioſorum collegia conſtruxiſſe, primumque grammaticis, alterum liberalium artium ſtudioſis, & tertium theologis conſecraſſe. Sed de iis paulo poſt fuſius.

†P. 412.

* *Alphredum Oxoniæ poſuiſſe, & earundem*

* *Eadem etiam pene ad verbum ſcribit Ranulphus Higdenus Ceſtrenſis. Quid multis?*

* *reliquarum etiam artium*

* *&*

ſius. Nunc ab Oratore diſcere libens velim, qua ille Dialectica gymnaſii ſui antiquitatem à Sigeberto colligit authore, quum tot fide dignis te†ſtibus conſtat, nullam illum unquam * Academiam Cantabrigiæ inſtituiſſe. Ceterum, ſi de pædagogii aut ludi literarii antiquitate gloriari libeat, per me fruatur licebit hac gloria quouſque volet: quippe qui hanc antiquitatis prærogativam ultro illi deferam Academiæ, ſed non alteram illam certe, donec vel ipſe, vel alius quiſpiam ex eo literario cœtu, certioribus * doceat teſtimoniis, Sigebertum Regem Academiæ ſive generalis ſtudii authorem apud Cantabrigienſes exſtitiſſe. * Sed & aliam quoque, ſi Divis placet, gloriandi cauſſam ſe ſuoſque Cantabrigienſes habere dicit, nimirum, quod ab illis doctiſſimos mutuati ſumus, qui primi ingenuarum artium incunabula in noſtra Academia traderent, quod tam verum eſſe credo, quam verum eſt quod ſubjungit, nullos non hiſtoricos videlicet hoc una voce teſtificari, niſi forſan omnium ſe conſenſum habere putet, quoties nigri codicis authoritas illi ſuf-

† P. 413.

* *Academiam, qualem ſaltem ſupra definivimus, Cantabrigiæ.*

* *probet*

* *Porro, quum Academia, approbatum ſit (ut antea definivimus) gymnaſium, non video ſane, quid hic pro Academiæ ſuæ approbatione afferre poſſint Cantabrigienſes, præter domi ſuæ nata teſtimonia: quum noſtram, non tam regum, quam veterum Ro. Pontificum diplomatis, quæ juris etiam pontificii authoritate, ac communi totius Chriſtiani orbis conſenſu, jam olim pro publico approbatam eſſe gym†naſio nemini non conſtet.*

† P. 414.

Poſtremo, quod ad magnam Cantabrigienſium ſuorum gloriam omnes una voce hiſtoricos teſtificari dicit, Oxonienſem Academiam à Cantabrigienſi doctiſſimos mutuatam eſſe, qui prima ingenuarum artium incunabula (illius utor verbis) in ſuo gymnaſio traderent: certe, ſi gloria hæc à communi ſcriptorum teſtificatione (ut ille ait) pendet, umbratilis (mihi crede) ac evanida ſit, prorſus eſt neceſſum, maxime quod, in tanta veterum hiſtoricorum multitudine, nullus certæ (præſertim) ac indubitatæ fidei reperiatur, qui iſtud affirmet. At ille fragetur. Proditum ſane eſt, idque à *non poſtremæ notæ ſcriptoribus, Johannem *Erigenam, virum omnifariam doctum, imo quo habuit nihil ea ætas eruditius, linguarumque ac omni bonarum literarum genere inſtructius, primum fuiſſe, qui publice in academia noſtra docuit, illumque ipſum eadem apud nos, quæ Alcuinus Lutetiæ Pariſiorum, præſtitiſſe. Ceterum Cantabrigienſem fuiſſe, in nullo equidem ſcriptore reperio. Si is legerit, ne gra†vetur, pro candore ſuo, apud *quem probatæ fidei authorem legerit nobis indicare. Certe, nulla equidem ratione mihi ſit veriſimile, nos doctos ab illis mutuo accepiſſe, qui ipſi mira doctorum *penuria laborarunt: perpauciſſimoſque habuerint, & eos quidem αὐτοδιδάκτȣς, qui quicquam commercii cum altioribus diſciplinis habuere. Sed dicet fortaſſe orator, ſi à nobis doctos non accepiſtis, unde ergo ad vos venerunt, qui prima bonarum literarum fundamenta in Academia veſtra jecerunt? Profecto non à Cantabrigienſium *Academia, ſed ab ipſis potius monaſteriis & Religioſorum cœnobiis, quæ tunc temporis (doctis *id atteſtantibus) publica gymnaſia & veluti literarum ſeminaria quædam fuerunt. *Quanquam in urbibus inſignioribus

** minime vanis ſcriptoribus*

** Erigenam, quem non nulli Scotum appellant, virum omnifariam doctum, utpote quo habuit*

†P. 415.

** quem legerit*

** penuria tum temporis laborarunt.*

**pædagogio*

** id fere atteſtantibus.*

**A monaſterio enim Menevenſi prædictus Johannes Erigena, ab Alphredo (ut inquit Ranulphus Ceſtrenſis) ad literarum profeſſionem accerſitus eſt. Nam de Alphredo loquens, ita ſcribit: "Johannem monachum" (Erigenam intelligit) "de ultimis Walliæ finibus è monaſterio S. David Meneviæ ad ſe vocavit." Et ideo in illis locis, ubi majora erant cænobia, nunquam defuerunt per id tempus viri docti, qui artes & bonas literas.*

non defuerunt etiam viri doctiſſ. qui artes ac bonas literas non infrequentibus auditoribus profitebantur. † * Poſtremo Alcuinum, qui primus quaſi ludum quendam bonarum artium Lutetiæ aperuerit, in Cantabrigienſium album refert, non hîc neceſſe habeo illi reſpondere, quando ipſemet ſeipſum aperte impugnet, vel ob id ipſum, quod Bedæ diſcipulum fuiſſe * affirmet, qui nunquam ſtudiorum gratia monaſterium ſuum egreſſus eſt, ſed in eodem totum vitæ ſuæ tempus (ut ſcribit Florilegus) tranſegit. Proinde, ſibi perſuadeat Orator, Oxonienſes nec tam ingratos eſſe, nec adeo ἀντιπελαργεῖν (quod Græci dicunt) neſcios, ut poſſent, aut vellent quidem, tam inſignis beneficii, quale prædicat à majoribus ſuis in remp. noſtram literariam, idque in * ipſis literarum incunabulis, collocatum, unquam obliviſci, ſi tale unquam collatum exſtitiſſet: nec contra adeo ſtupidos, & ab omni ſenſu communi alienos, ut vellent eorum ſe beneficiarios fateri, pro illis præſertim beneficiis, quæ nunquam accepere. Imo vero nulla non ætate à noſtra ad illorum Academiam viros in omni literarum genere præſtantes migraſſe, qui ipſis magno & uſui & ornamento fuere, facile commonſtrare poſſem, ſi in iis contentioſior eſſe velim, quæ inanem potius jactantiam reſipiunt, quam gravitatem & modeſtiam, qualem * deceat literarum candidatos, oſtendunt. Supereſt jam,

† P. 416.

** Poſtremo, quod Alcuinum*

** affirmat*

** in ipſius incunabulis*

** deceat bonarum literarum profeſſores, oſtendunt.*

ut quænam fuerint, & quibus in locis conſtructa tria illa Alphredi collegia, de quibus ſupra meminimus, paucis oſtendamus. Sunt qui putant, † P. 417. theologorum cœnobium fuiſſe, quod † hodie collegium univerſitatis vocatur, eique, qua ſpectat orientem, pædagogium ſive grammaticorum collegium adhæſiſſe. Philoſophorum vero συνοικίαν, quo loco collegium, quod ab æneo naſo, foribus præfixo, nomen habet, ſitum videmus: ſed in vetuſtis ejuſdem collegii monumentis reperio, Alphredum unum tantummodo collegium conſtruxiſſe, illud nimirum, quod ab univerſitate nomen habet, in eoque præſidem, ſive moderatorem, quem Magiſtrum hodie vocant, treſque ſtudioſorum catervas, quarum ſingulæ viginti ſex collegas continebant, poſuiſſe: atque harum primam Grammaticæ, alteram Philoſophiæ, ac tertiam rei Theologicæ incubuiſſe. Has fortaſſe ſtudioſorum catervas, collegiorum nomine vocant, qui, tria illum condidiſſe, dicunt. Nullis illud prædiis donavit, ſed ſanxit, ut à ſuis perpetuo ſucceſſoribus, Angliæ regibus, tanta quotannis penderetur pecuniarum ſumma, quanta tam numeroſæ alendæ multitudini ſufficeret. Atque hæc pia ejuſdem regis ſanctio non ante violata eſt, quam Guliel. Nothus, quem vulgus *conquæſtorem* vocat, rerum apud Anglos potiretur. Is enim, Oxonienſibus ſcholaſticis offenſus, ſive quod civium partes ſequuti, in urbis obſidione illi reſiſtere, ſive quia linguam Anglicanam, quam ille vehementer cupiebat exſtinctam, nullis non rationibus ab interitu vindicare, ſtudebant, memorabile hoc regis inſtitutum ſubtracta penſione fruſtratus eſt. Ex eo autem tempore ſtudioſorum egeſtas ſola † bonorum munificentia ſuſtentabatur, quouſque, regnante Henrico ejus appellationis tertio, archidiaconus quidam Dunelmenſis, Guliel. nomine, eximius literarum ac * literatorum Mæcenas, virtutibus tamen quam opibus ditior, manus in hoc tam miſerabili collegii ſtatu pro virili ſua parte porrexerit adjutrices. Quippe qui certam pecuniarum ſummam ad Regii operis inſtaurationem ex teſtamento legavit. Ea autem pecunia empta ſunt prædia, ſed adeo pauca tamen, ut eorum redditus vix quatuor alendis collegis eſſent ſatis. Verum enimvero tam pium ejus exemplum nemo, prôh! dolor, ante Henrici 4. principatum imitatus eſt. Tunc enim ſingulari ejuſdem principis, Gualteri Skirlei Dunelmenſis epiſcopi, & Henrici Percæi Northumbrorum reguli, beneficio, collegarum ſive ſociorum numerus *duplicabatur. Hujuſmodi collegii noſtri initium, hujuſmodi ruina, ac talis quoque inſtauratio fuit. Hoc tam nobile, & antiquum, Muſéum, permultos omni ætate jam inde à jactis ipſius fundamentis Reip. utiliſſimos produxit alumnos, quorum alii in ſacro miniſterio pie

† P. 418.

* *literatorum per ea tempora Mæcenas*

* *duplo auxior efficiebatur.*

ac ſanɠte ſeſe geſſerunt, ſtrenueque in dominica vinea laborarunt: alii, principum miniſteriis addicti, ſuam illis fidem ac diligentiam in maximis Reip. negotiis approbarunt, non pauci etiam orbi ſeſe notos Chriſtiano, præclaris editis voluminibus, reddidere. Et, ut ex multis aliquot commemorem (nam ſuperiorum incuria, qui * codices & tabel†las rerum memorabilium apud nos ſervare neglexerunt, non niſi paucorum nomina ad noſtram notitiam pervenerunt) Joannes Beverlacius, non ille quidem, qui à neſcio quo Romano pontifice in Divorum album relatus eſt, ſed alter, eo multo recentior, qui Henrici tertii tempore floruit, vir excellentis doctrinæ, & à multis hoc nomine celebratus, in noſtro hoc Muſéo diu bonarum artium ac diſciplinarum ſtudiis invigilavit. Hujus quædam adhuc opera in collegii Reginæ bibliotheca aſſervantur. Sunt qui illum longe antiquiorem faciunt, nimirum Alphredo σύγχρονον affirmantes, atque adeo primum, qui in Oxonienſi gymnaſio artium magiſterio ſit inſignitus. Et certe in bibliotheca eccleſiæ Sariſburienſis, illius in quadam vitrea feneſtra habetur imago, cum tali inſcriptione ſive titulo: *Joannes de Beverlaco primus Magiſter artium in Oxonienſi* * *Academia.* Sed prior ille Beverlacius longo ante Alphredi ætatem tempore defunctus eſt. Ex eodem etiam prodiit collegio Edmundus Abingdonenſis, vir

* *codicillos*

† P. 419.

* *Academia creatus.*

ſuo ſeculo literarum gloria vel maxime famigeratus, qui è Sarisburienſi theſaurario archiepiſcopus demum Cantuarienſis Henrici tertii favore deſignatus eſt. Opera, quibus ille famam ſuam in omnem uſque poſteritatem tranſmiſit, à Leylando & aliis enumerantur. Eodem etiam tempore Guliel. Sherwodus, non paucorum ſcriptor voluminum, claruit, qui & ipſe egregiarum artium fundamenta in hoc collegio jecit. † Porro, regnante Edoardo ejus nominis tertio, idem noſtrum Muſéum Joannem Aſwardebum peperit, quem doctioremne appellem an prudentiorem haud facile dicam. Hunc nobiliſſimus ille Rex, ingenii ac eruditionis fama permotus, non modo in famulitium accivit, ſed ab * intimis ſibi conſiliis eſſe voluit: qua in functione ille viciſſim tam bene de ſe merito principi fideliſſime per omnem vitam inſervivit. Sub hæc protulit quoque, præter Joannem Caſtellum, theologum non minus gravem quam doctum, ac Henrici quinti, propter eximias dotes, domeſticum ſacellanum, Thomam Benevelium, & Joannem Martonum, quorum ille in agro Eboracenſi concionatoris munere functus eſt, tanta cum ingenii dexteritate & auditorum admiratione, ut ea ætate nemini haberetur ſecundus: hic, peritiſſimus pubis inſtituendæ artifex, magna cum laude Eboraci multis annis ludum literarium moderatus eſt. Noſtra quoque memoria Collegæ hîc

† P. 420.

* *intimis etiam conſiliis ſibi. eſſe.*

hîc fuerunt Joannes Crayfordus & Leonardus Hutchinſonus, ambo theologiæ Doctores, virtutis ac literarum gloria non incelebres: quorum Crayfordus, ob ſingularem prudentiam ac reliquas eximias animi dotes, poſtea in Cantabrigienſis gymnaſii procancellarium electus eſt. Denique & Nicholaum Ridleium, quo viro nihil integrius & omnibus egregiis dotibus ornatius Anglia noſtra multis hiſce retro ſeculis habuit, pro noſtro jure optimo vendicare poſſumus. Nam in noſtrum ipſe † ſodalitium 13. Aprilis, anno 1521. cooptatus eſt. Hos paucos ex ingenti multitudine, quorum nomina ſuperiorum (ut dixi) * negligentia paſſa eſt intercidere, proferre tantum potui. ſaxit Deus Opt. Max. ut * quod primum fuerat Oxonienſis gymnaſii collegium, à pientiſſimo principe Alphredo, ad Dei gloriam & Chriſtianæ Religionis incrementum, * inchoatum & perfectum, & poſtea, neſcio quo malo fato, ita dejectum, ut ad nihilum propemodum reciderit, ab altero tandem aliquando in ſolidum inſtauretur Alphredo, quem, omnium conſenſu, clementia,* pietate, ac omnibus vere regiis ornamentis expreſſiſſime refert, principum decus, ſereniſſima Regina noſtra ELIZABETHA, cui, præter longiſſimam vitam, omnia fauſta feliciaque omnes apprecamur.

† P. 421.

* *incuria*

* *quod fuerat Oxonienſis Gymnaſii primum collegium*

* *inchoatum pariter ac perfectum.*

* *pietate, liberalitate, ac omnibus.*

MVSEVM BRITANNICVM

Pag. 422. *Errata preli in Aſſertione continet, quæ in ipſo textu emendavimus. Pag.* 423. *Henrici Bynnemanni typographi inſignia exhibet, à nobis, tanquam nullius momenti, omiſſa. Paginæ* 424,425,426. *vacuæ ſunt.*

ef·58

THOMÆ CAII
VINDICIARUM
ANTIQUITATIS
ACADEMIÆ
OXONIENSIS

VOLUMEN SECUNDUM.

~~a 4171.~~

MVSEVM
BRITAN
NICVM

7.B.B.&c

*ANIMADVERSIONES
ALIQUOT IN
LONDINENSIS de Antiquitate
CANTABRIGIENSIS ACADEMIÆ
LIBROS DUOS.

*P. 427.

Hujus concertationis ratio.

CAIO Oxonienſi amicus quidam homo orationem eam oſtendit, qua Cantabrigienſis Orator, totius Academici cœtus nomine, Sereniſſimam Angliæ reginam Elizabetham excepit, ubi academiam ſuam (quod ad antiquitatis laudem attinet) Oxonienſi longe anteſtare volebat. Hujus argumenta, ab hiſtorica veritate nonnihil abhorrentia, rogatus eſt, ut evertere ſi poſſet, ſuamque hac de re ſententiam ingenue proferre, non gravaretur. Paruit roganti: ſcripſitque, intra unius ſeptimanæ ſpatium, libellum ſeu commentariolum quendam, cui titulum præfixit, *Aſſertio antiquitatis Oxonienſis academiæ.* Hunc ad eum protinus, cujus hortatu ſcriptus eſt, mittit: quem tamen, tanquam minus elaboratum, longe abfuit, ut divulgandum, aut prelo committendum, putaret. Libellus hic, paucis poſt diebus à magnæ authoritatis viro acceptus mutuo, non eſt reſtitutus. Vide pag. 12. Novum idcirco exemplar deſcribitur domi aſſervandum, in quo nihil fere immutatum eſt. Ejus inſpiciendi copiam cuidam dum facit, Domino *P. 428. Leyceſtrienſi comiti clam eo traditum eſt: *in Vid. pag. 5. cujus bibliotheca eouſque delituit, donec Cantabrigienſis quidam antiquarius, qui ſe Londinenſem ſimulat, utrunque nactus exemplar, formulis excudendum curarit, adjuncta ſimul ſua ſatis aculeata & mordaci apologia: in qua (ſi Diis placet) à nemine, quod ſciam, rogatus, arbitrum ſe ſatis ambitioſe profeſſus, in hac dirimenda controverſia perinde ſe gerit, ac ſi, œſtro percitus divino, Ajax quiſpiam ex tragœdia. Nam quum firmis rationibus agendum eſſet,omnia jurgiis & inſanis vociferationibus confundit: modo hunc, modo illum ſcriptorem (quoties ab eo diſſentiant) effreni linguæ petulantia mordet, lacerat, convellit. Ut taceam, quam ſint ſupervacanea fere omnia, & ad calumniam detorta: quot ſtrophæ? quot figurati morſus? quantum conviciorum, ſannarum? quot pluſquam puerilia ſcommata? quot intempeſtivæ egreſſiones, et quot in illis moræ, quæ ἀπροσδιόνυσα dicuntur & ab inſtituto prorſus aliena? In Lelando, Polydoro, Roſſo Verovicano, Baleo, & ſimilibus, rerum antiquarum inſcitiam notat, eoſque doctorum albo eximit, quod totam illam de Cantabro hiſtoriam ceu commentitiam rejiciunt, & Sigebertum, Orientalium quondam Anglorum regem, Cantabrigienſis ſcholæ fundatorem faciunt. Pari utitur cenſura in Ranulphum quoque Ceſtrienſem, & alios, qui Aluredum primùm, poſt Britonum tempora, academiam noſtram con*didiſſe ſcribunt. In citandis vero authoribus, receptiſſimis neglectis, ad eos confugit, quos ipſe primum authoritate donavit. Hos, quantumvis alioqui ſuſpectæ fidei, bardos, ac inſulſos, ſi modo quicquam ad Cantabrianæ fabulæ confirmationem adferant, Dii boni! quibus titulis exornat! doctos, eloquentes, graves, & bonos inprimis authores appellans. Ex Gilda, Nemnio, Joſepho Iſcano, Beda, & aliis ſcriptoribus antiquiſſimis, qui Gurguntii ætate geſta referunt, nihil adfert, niſi in parergis, & iis quæ ad rem minus pertinent: quod aliquando callide facit, ne illorum prorſus teſtimonio carere videatur. Sic, antiquiſſimam eſſe Cantabrigienſem academiam, ex eo probare

* P. 429.

bare nititur, quod illorum aliqui ſcribunt, 28. civitates in Britannia antiquitus fuiſſe. Quæ verba ut urbis antiquitatem utcunque probent, ita academiæ non item, de qua apud eos ne verbum quidem. Nemnium, & Aſſerium Menevenſem antiquitatis ſuæ teſtes producit: illum, quia ſemel in urbium elencho Grantæ meminit; hunc, quod bis ad ſummum in annalibus loci cujuſdam, **Grauntbridge** dicti, mentionem fecit, quum neuter tamen vel ſemel Cantabrigienſem academiam nominet. Breviter, quoties res probatione indiget manifeſtiori, idoneorum teſtium inopia miſere laborat, quum alioqui in minus dubiis, & nulli non pro confeſſo habitis, mirum *P. 430. eſt,* quam non modo citet, ſed coacervet etiam, omne genus authores, antiquos, mediæ ætatis, recentes, Græcos, Latinos, domeſticos, externos, impreſſos, manuſcriptos, quique diu cum tineis & blattis rixati ſunt, ut nihil illi non lectum, nihil non excuſſum videatur. Hæc lectorem monere volui, ut, à quo veritas ſteterit, facilius judicet.

Quæſtionis ſtatus.

EAM ſolummodo defendit Oxonienſis in Aſſertione ſua academiæ antiquitatem, quam ei concedit Orator Cantabrigienſis, ab Aluredi viz. regis temporibus. Simpliciſſima itaque, & nullis involucris tecta, non de priſcis illis academiis, Belliſitenſi & Cairgrantenſi ſive Granteceſtrenſi, quarum ſola nomina hodie manent (*Jam ſeges eſt ubi Troja fuit*) ſed de hodiernis Oxonienſi & Cantabrigienſi, utra antiquior fuerit & prius declarata univerſitas? hîc inſtiſtituta eſt quæſtio. Hæc autem inter ſe ne nomine quidem conveniunt : reipſa & ſitu differunt. Cauſſæ vero ſtatum penitus immutat Londinenſis, qui nihil, niſi vetuſtiſſima Granteceſtrenſis ſcholæ initia, crepans, ita rem tractat, ac ſi in quæſtionem caderet, utrum Oxonienſis an Granteceſtrenſis prius inceperit, factaque, ut vulgo dicunt, univerſitas fuerit? Ita quæ fere dicit, ad veterem urbem, hoc eſt, Granteceſtriam, non autem novam ſive hodiernam Cantabrigiam, cujus multo recentiora fuerunt principia, pertinent. Qua in re aperte indicat, maluiſſe ſe in malæ cauſſæ patrocinio extra cautionem omnia, quam nihil, dicere.

*P.431. pag.15. *CANTABRIGIAM antiquam eſſe academiam ipſe non diffiteor, ſi vel Sigebertum regem, vel Edwardum Seniorem authorem habuerit, ſive (ut aliis placet) Henrici Bellocleri temporibus per quoſdam Croylandenſis cœnobii monachos inceperit. Non enim antiquitatem intra tam anguſtos limites coarcto, ut nihil antiquum exiſtimem, niſi quod ad veterum Britonum tempora pertineat.

Londinenſi neutiquam eſt concedendum, hodiernam Cantabrigiam *Granteceſtriam* olim dictam eſſe. Nam duæ jam inde ab initio diſtinctæ urbes ſitu, nominibus, temporibus, & conditoribus fuerunt, ut diligentiſſimus antiquarius Jo. Laylandus in annotat. in Cygneam cantionem copioſius docet. Nam vetus urbs, quam Lond. cum nova modis omnibus confundere ſtudet, hodie ruſtica villa, antiquum nomen retinet, à nova urbe, ſive hodierna Cantabrigia, ſeſquimiliare fere diſtans.

Longe lateque diffuſam, hoc conſilio, Granteceſtriam urbem facit. Novit enim (qua eſt aſtutia) parum apte ad hodiernam urbem poſſe referri, quæ tantum de veteri, i. Granteceſtria, ſcribuntur, & ideo neceſſum ei fuerat, duas urbes combinare, & novam (quod in commentitia ſua topographia facit) intra veteris pomœria includere. author eſt. Ipſe dixit.

*P.432. * Polydorus lib. 5°. Angl. hiſt. accito in teſtimonium anonymo quodam ſcriptore, Chergrantium, i. Granteceſtriam, ad radices vicini monticuli, **Whithill** nomine, ſitam eſſe innuit. Hic autem monticulus intra Cantabrigiam urbem non eſt.

Nec Beda ſtuduit Cantabrigiæ, ut ſomniat *Lond.* niſi, ſibiipſi contradicens, duas Cantabrigias, i. veterem & novam, Bedæ ætate fuiſſe ſtatuat, illumque in nova ſtuduiſſe. Niſi enim hoc dixerit, libens ex eo ſciſcitarer, quomodo in tam miſera & deſolata urbe ſtudii locus eſſe potuerat, & quomodo id abſurdi non ſequatur, unam & eandem urbem uno eodemque tempore, magnam ſimul & parvam, celebrem & deſolatam, ſtudiis florentem & à Saxonibus miſere vaſtatam, & propemodum ſolo æquatam, fuiſſe? ex nigro codice.

Granteceſtriæ originem ad Sigebertum authorem Polyd. Virgilius ſolus non refert: ſed huic etiam ſuccinunt Laylandus, Baleus, Georgius Lilius, Jacobus Middendorpus, ceterique bene multi: & ex vetuſtis quoque Beda ipſe, ſi recte illum ſcriptores quidam non contemnendi interpretantur.

Ridiculum eſt, quod Sigebertum, qui nongentis, aut eo amplius, ab hinc annis vixerat, recentem vocat authorem, ex collatione fortaſſe locutus ad Cantabrum, qui illius ætatem multis *annorum centenariis præceſſerat. Nam, ut hîc maxime comparationis rationem habuiſſet, recentiorem potius, quam recentem, dixiſſet. *P. 433.

Polydorus lib. 5°. Angl. hiſt. hæc habet. "Certat "nominis celebritate cum hoc Oxonienſi gimnaſio "academia, quæ Cantabrigiæ apprime floret: quæ tam"etſi diſcipulorum numero, & cœnobiorum magnifi"centia, minus vincit, bonarum tamen artium uberta"te nequaquam impar eſt &c". *Certat* (inquit) *acad. Cantabrig. cum Oxonienſi*, ut eam tandem nominis celebritatem aſſequatur, quam altera, cujus eſt æmulatrix, prius ſit conſequuta. Æmula igitur eſt, non æqualis præſtantiæ cum archetypo ſuo Oxonia: quum fere im- pag. 26

perfectiora ſint exemplaribus ea, quæ ad exemplar finguntur.

Jo. Major Scotus, libro de geſtis Scotorum ſcribens, abhinc plus minus quinquaginta annis præteritis, Cantabrigiæ exſtitiſſe quatuor aut quinque ſtudentium millia, male contrahit ad eundem numerum Oxonienſes. Noſtri enim ſenes, illorum temporum probe memores, quorum adhuc bene multi ſuperſunt, duplo pene majorem fuiſſe eorum numerum tradunt: quorum equidem relationem Majoris unius authoritati non op-
*P. 434. pono ſolum, * ſed antepono etiam, qui amantius quam verius in gratiam hoſpitæ academiæ iſta (ut videtur) ſcripſerit. Hic Major, iter Parhiſios per Angliam faciens, vix quidem à limine Cantabrigiam ſalutavit, omniaque veluti per tranſennam conſpexit.

pag. 27. Tria tantum Oxoniæ fuiſſe ſcholaſticorum millia, tempore perpetrati homicidii, regnante Johanne, narrant Radulphus Niger & Matthæus Pariſius. Quod propter bellorum tumultus, aut peſtem, aut propter magnæ vacationis tempus, fortaſſe contigit. Nec tamen propterea ſequitur, plures ibi antea nunquam fuiſſe.

pag. 28. & 29. Anno Domini 1532. duo Oxonienſes, Throgmartonus & alter ἀνώνυμος, ambo juris ſtudioſi, in diſputationibus oppoſuerunt ſe univerſis Cantabrigienſium ſcholis. in quibus non ita multum à Redmanno & Rydleio Throgm. (ut Londinenſis ait) afflictus fuit, ſed ita ſe geſſit, ut multa cum laude diſceſſerit, vir apud Oxonienſes mediocris literaturæ. Teſtes ſunt, hujus rei ſpectatores, Bancus & Barnardus. Alter Oxonienſis, gravi ibidem morbo, non ſimulato, correptus, qui eum diu poſt reditum male vexavit, cœptis deſiſtere coactus eſt. Verum, ſi parum feliciter res ſucceſſerit, ſi ex impari congreſſu victi fuerint, num propterea omnis Oxonienſi*um fama, decus, & exiſtimatio unà conciderat? Quænam erat ſperanda victoria, quibus omnia fuerant iniqua: quæſtio in aliena (ut vocant) facultate agitata: longe major adverſariorum numerus: auditorum conſeſſus in ſuos æquo propenſior: & quid non? Quare, ſi in tanta rerum inæqualitate unus Throgmartonus, tanquam Megarenſis, contra tot lectiſſimos athletas impetum concertationis ſolus ſuſtinens, præ multitudine adverſariorum oppreſſus fuiſſet verius, quam fortiter ſuperatus, nihil erat cauſſæ, cur tantopere ob partam victoriam gloriaremini: quum nulla tam immanis ſit aut ferox bellua, quam numeroſior canum multitudo facile non domet. Interim hoc falſiſſimum eſt, utrunque, domum reverſum, exſilio,ob tam temeraria auſa, mulctatum fuiſſe: quod Lond. ſcribit. *P. 435.

Eraſmus, in epiſtola ad Henricum Bovillum Cantabrigienſem, non æqualitatem, nedum primatum, in literis Cantabrigiæ concedit: ſed ibidem exſtinctas prope bonas artes cœpiſſe per 30, ſuperiores ab eo tempore annos iterum repullulaſcere ſcribit. Quaſque ſtudiorum ſordes ſub id tempus amplexi fuerint commemorat. Academia Oxonienſis barbaris ſtudiis nulla ætate æque obnoxia.

*Regnante Henrico 3° Robertus Groſted ſive Capito, & ejuſdem individuus comes Gregorius Huntingdonus, ambo Oxonienſes, linguarum ſtudioſiſſimi, floruerunt. *P. 436.

Hic Ro. Groſted, hortatu G. Huntingd. moriens, bibliothecam ſuam, quam habebat Græcis & Hebraicis voluminibus inſtructiſſimam, cœnobio Franciſcanorum Oxonienſ. legavit.

Eodem tempore floruit Oxoniæ Nicolaus [1] Græcus, Abbas poſtea monaſterii D. Albani: qui Roberto Groſted, viro in Latina & Græca lingua peritiſſimo, coadjutor fuit in tranſlatione *teſtamentorum duodecim patriarcharum* è Græco in Latinam linguam A°. Domini 1242. Refert Matthæus Pariſius in majori Chronicorum libro. Hic Nicolaus Græcus Oxoniæ primum, deinde Lutetiæ, ſtuduit. Author eſt Lelandus: qui ejus in illis ſtudiis diligentiam mirifice commendat.

Edwardi tertii ſeculo, quando magna erat cæcitas academiæ Cantab. Rogerus Bacon in mathematicis & aliis diſciplinis excelluit: Græcæ & Hebraicæ linguæ non imperitus, quemadmodum Græca & Hebraica volumina, ejus manu annotata, teſtantur.

Sub Henrico 5°, Jo. Batus, Græcæ linguæ peritus, vixit.

*P. 437. * Tempore Henrici 6i. linguarum peritiſſimus Jo. Phræa Diodorum Siculum è Græco tranſtulit: quæ traductio Poggio Florentino falſo aſcribitur. Nam exſtat adhuc archetypon ejuſdem in bibliotheca collegii Balliolenſis, cujus ille olim ſocius fuerat, ipſius manu ſcriptum, diu antequam Poggii nomine evulgaretur.

Barbarie adhuc apud Cantabrigienſes regnante, linguarum ac meliorum diſciplinarum celeberrimi profeſſores ex recentioribus (Muſarum delicias dixeris) apud Oxonienſes fuerunt, Tho. Linacer, Guliel. Latimerus, primus Eraſmi Rot. in Græcis, ut fertur, præceptor: & Guliel. Grocinus, toties ab Eraſmo decantatus.

---

[1] F. Græcus, Clericus poſtea Abbatis monaſterii D. Albani.

Fuit Oxoniæ aliquando ſcholaſtica doctrina in pretio, verbis, dedita fortaſſe opera, inculta: ſed rerum abſtruſiſſimarum cognitione penſata. ut ex Scoti, Baconthorpii, Holcotti, Neccami, Burlæi, & ſimilium, ſcriptis liquet.

Eraſ. Rot. libro epiſtolarum 17°. ad Jo. Lod. Vivem Oxoniam vetuſtiſſimam pariter ac clariſſimam ſcholam nominat. Cantabrigiam nuſquam æque laudat.

* Incredibilia non immerito vocat Oxonienſis recentiorum figmenta, quæ nulla vetuſtatis authoritate nituntur. cujuſmodi multa antiquarium defendere quis non videt? Credibiliora vero pleraque Oratoris putat, quod aliter non perſuaſis probabili argumentatione utcunque poſſunt perſuaderi: quo in ſenſu Ariſtoteles, Hermogenes, & alii plerique Græcorum τὸ πιστὸν accipiunt. Itaque ſatis mirari non poſſum quam ſecutus dialecticam, credibile à falſo ita ſejungit Londinenſis, quaſi de eodem dici non poſſit utrunque: quum nihil hoc Ariſtotelicis notius, aut magis in confeſſo, habeatur.

* P. 438. pag. 34. & 35.

Hæc eſt Lelandi apud Polydorum annotatio, margini affixa. "Fuere ad ripas Iſidis, tempore Britonum, Græcæ ſcholæ, fuere & Latinæ, quarum nomina vel adhuc, ſed corrupte, manent, quas præceptores, loci amœnitate ducti, Calenam tranſtulerunt, ubi pius Alfredus literas priſtinis ſedibus reſtituit.

Baleus etiam in libro de illuſtribus Britanniæ ſcriptoribus, de Roberto Canuto loquens, Lelandum in vita Alfredi magni citat, ſimilia ſcribentem, iis verbis. "Erant olim non procul ab Oxonio, antequam poneretur illic gymnaſium, florente Britanici nominis "* gloria, duæ ſcholæ, tum eruditione, tum eloquentia pollentes (ut Lelandus habet in vita regis Alfredi.) "Ha-

* P. 439.

"Harum uni, Græcoladæ vocabulum, ab ejus linguæ "profeſſione; alteri, ex Latini ſermonis promulgatio- "ne, Latinoladæ nomen eſt impoſitum. Hæ nunc cor- "ruptis vocibus Cricolada & Lichelada vocantur". Hæc Baleus.

Jam ſi hiis addideris tertium ejuſdem authoris te- pag.40. ſtimonium, quod ipſemet Londinenſis apud Gualterum Coventrienſem ab eo in margine etiam codicis annotatum dicit, tria habes ejuſdem ſcriptoris, quæ noſtram de Græcoladenſibus ſcholis, & academiæ noſtræ ortu, ſententiam confirmant.

Objicit Londinenſis ea, quæ ſcribit Lelandus in annotationibus in Cygneam cantionem, ubi *ſomnium vulgi* appellat, quod de his ſcholis hactenus proditum eſt. Huic reſpondet Oxonienſis, quemadmodum alibi ad locum quendam Balei: in quo, priori retractata ſententia, Cantabrigiam in Gyronicum demutat: ad hunc viz. modum. *Quoniam mutatæ ſententiæ cauſſam* *P. 440. *hîc nullam aut rationem adfert, non video* (*inquit) *qua neceſſitas cogat, ut ab altera opinione recedam.* Tria igitur hujus teſtimonia huic uni loco oppono.

pag. 36. De Lelando, cui fidem omnem atque authoritatem abrogare conatur Londinenſis, in his præſertim rebus, quarum erat callentiſſimus, Baleus ſcribit in hunc modum.

"Johannes Lelandus antiquarius, inclitæ urbis Lon- "dinenſis indigena, omnium, quos præterita Britan- "nia nutrivit, rerum ſuarum ſtudioſiſſimus, patriam "omnem exquiſitiſſimis laboribus adornavit. De ejus "ingenii & doctrinæ amplitudine non eſt quod hîc "dicam, quum opuſcula plura, tam proſa, quam car- "mine, ab ipſo feliciter ædita, in omni diſciplinarum "genere Græce & Latine, atque in multis aliis linguis

“eruditiſſimum fuiſſe teſtentur. Sub Sylvio quodam
“Lutetiæ Pariſiorum ſtuduit: & alibi locorum, ſub
“præceptoribus ſemper optimis. Antiquitatis Britannicæ
“fervidus amator, ac diligentiſſimus perſcrutator,
“vetera totius inſulæ monumenta, magna ubique
“induſtria & cura perluſtravit, ac quaſi ex ſilice flammam
“diſquiſivit, ut ipſam illuſtraret. Incognita locorum
“& rerum ex nimia vetuſtate vocabula prima,
“per antiquos ac fide dignos authores, revocavit: &
“quo facilius intelligerentur, tam ori*ginalibus, quam * P. 441.
“nunc uſitatis, explicuit illa nominibus. Exoletos ſeu
“ab uſu remotos, atque ideo in oblivione pene ſepultos,
“Britannicos authores, hic ſolus reſuſcitavit, ut
“dignam haberent ex ſplendidis factis & ipſi memoriam.
“Nihil præterea omiſit, ex aliarum nationum
“ſcriptis aut linguis, quod ad natalis ſoli ornamentum
“quoquo modo faceret: quaſi ad commune ejus tum
“comodum, tum decorem, fuerit natus”. Idem quoque
in fine addit. “Quod ex ſubita mentis deturbatione,
cerebri vitio, furore, triſtitia, vel alio quocunque
“immoderato animi affectu, in amentiam aut
“phreneſim inciderit, lugere certe debet, quiſquis patriæ
“ſtudium inter virtutes commemorat: de quo à
“docto quodam conſcriptum tale extat epitaphium.

“ *Quantum Rhenano debet Germania docto,*
  “ *Tantum debebit terra Britanna mihi.*
“ *Ille ſuæ gentis ritus & nomina priſca*
  “ *Æſtivo fecit lucidiora die.*
“ *Ipſe antiquarum rerum quoque magnus amator,*
  “ *Ornabo patriæ lumina clara meæ.*

Huic, in antiqua hiſtoria exquiſitiſſime verſato, & antiquario extra omnem controverſiam facile peritiſſimo,

nullam adhibebit fidem Londinenſis, niſi quatenus aſ-
*P. 442. ſertionem ſuam *ratione vel authoritate confirmârit.
A Stoweo, qui nuper palinodiam cecinit, (ejus fortaſſe
ſuaſu) hoc non exigit: plus tribuens authoritatis ſu-
ſpectæ fidei hominibus Bowleo, Harriſono, Stoweo, &
aliis ejus farinæ ſcriptoribus, qui quicquid fere habent,
temere, ac ſine judicio, ex alienis operibus, idque ſup-
preſſis authorum, quos ſequuntur, nominibus, congeſ-
ſerunt. Non autem alia de cauſſa ſic eſt rejectus Le-
landus, quam quod hiſtoriam de Cantabro, ceu rem
confictam, improbaverit, & Sigebertum academiæ Can-
tabrigienſis inſtitutorem fecerit. Hoc alii complures
ex præſtantiſſimis ſcriptoribus affirmant: ſed non eo,
quo Londinenſis accipit, ſenſu. Nam ideo condidiſſe
academiam illam dicitur Sigebertus, non quia perfe-
ctam, & omnibus numeris abſolutam, academiam fun-
darat, qualemque nos in aſſertione noſtra diffiniera-
mus: ſed quod futuræ academiæ, nempe ejus quæ ho-
die eſt, exædificato pædagogio, veluti fundamenta je-
cit.

pag. 40. Lelandi librum de academiis obiter citavit Oxo-
nienſis, non quod imperfecti libri, et cui author, mor-
te præventus, ſupremam adhuc manum non impoſuit,
authoritatem admiſſurum per omnia Londinenſem pu-
taret: ſed ut oſtenderet tantùm, eo in libro, non ob-
*P. 443. ſcuris argu*mentis, docuiſſe illum noſtram academiam,
quod ad antiquitatem ſpectat, gymnaſium illud Can-
tabrigienſe longe ſuperare. Qui libellus ſi caſu forſan
interciderit, non ex tantilla tamen jactura noſtræ anti-
quitatis ruina, quæ tam multis alioqui veterum ac re-
centiorum teſtimoniis approbata eſt, conſequetur.

pag. 41. Rogerus de Ceſtria idem affirmat. Sigebertum Cantabrigienſis academiæ conditorem
exſtitiſſe, præter Lelandum, ſcribunt Polydorus, Ba-
leus,

leus, atque Lilius. Horum trium teſtimonium unum eſſe vult Londinenſis, quod poſteriores duo Polydorum authorem ſecuti ſint. Hos, idem teſtantes, rejicit, credo, quia illius fere ſcriptores omnes, quos pro Cantabro adducit, intra ſe diſſentiunt, idque in temporum ſupputatione, quo nihil abſurdius.

Sigebertus pædagogium, non generale ſtudium, Cantabrigiæ condidit. Facta eſt academia authoritate Johannis 23i. vel, ut alii volunt, 22i. regnante in Anglia, & deprecatorem pro ea re apud pontificem agente, Edwardo 2°.

Pag. 42. Probati ſcriptores (inquit Oxonienſis) ex Bedæ loco lib. 3°. Angloſaxonicæ hiſtoriæ cap. 17°. ubi Sigebertum ſcribit, adjuvante Felice, *ſcholam, in qua pueri erudirentur, inſtituiſſe, colligunt, Cantabrigienſem vel Grantanam ſcholam à Sigeberto originem ſumpſiſſe: non quod nominaverit Cantabrigiam, magis quam Oxonium, aut aliam civitatem; ſed quod ea una ex primariis eſſet ejus ditionis urbibus, & Sigebertus illi magis quam ceteris impenſe faveret, credibile eſt, eum ibi potius quam alibi ſcholam erexiſſe. Nec in alia urbe id eum feciſſe, narrat probatorum ſcriptorum quiſquam.

*P. 444.

Pag. 44. De Roſſo hæc habet Baleus. “Johannes Roſſus, aliâs Rouſſus, Warwici, urbis magnæ olim celebritatis, natus ſimul & educatus fuit”. & paulo poſt. “Tum vero Oxonium petiit, altum aliquid in re literaria inchoaturus: ubi, inter cetera, incredibili diligentia uſus eſt in legendis authoribus, qui de noſtris rebus ſcripſerunt. Unde tam exactam Britannicæ antiquitatis cognitionem ſibi comparavit, ut multos ex noſtris longo præceſſerit intervallo. Perluſtratis enim apud Anglos & Cambros omnibus fe-

"re bibliothecis, copioſam rerum maxime memorabi-"lium ſuppellectilem collegit: quæ ne per incuriam *P. 445. "dilaberentur, contulit ſe ad quietem, rem *ſcriptu-"rienti inprimis neceſſariam. &c." Lelandus diligentiæ laudem illi tribuit, quamvis judicio non perinde valere autumet. Baleus utrunque in illo laudat. Londinenſis neutrum illi concedit: oſcitantiæque inſimulans, quod ſemel in re levi erraverit, ut ex Jornallenſis colligit hiſtoria, ejus authoritatem omnino rejicit. Erravit autem in eo, quod ſcribit, Crekeladam, Latheladam, & Lechlam, tres fuiſſe academias: quum conſtet, poſtremas duas unum tantum locum fuiſſe. At ſi ideo rejiciendus eſt ſcriptor aliquis, quod ſemel atque iterum forte labitur aut erret, cui, obſecro, fidem adhibebimus? Nullus enim fere eſt, qui alicubi non dormitet.

pag. 45. Dicit Londinenſis, Polyd. lib. 5°. Angl. hiſt. ſub titulo incerti authoris, Nigri Codicis authoritatem confirmare. Quod falſum eſſe, utriuſque inter ſe collata verba facile convincent.

Incerti authoris verba ex Polydoro deſumpta hæc ſunt. "Verum, ſi commentariis credimus authoris in-"certi, antiquior eſt tam oppidi quam Gymnaſii ori-"go. Ferunt enim, poſitum fuiſſe olim oppidum ad "radices vicini monticuli (quem vocant Whithyll) *P. 446. "*eoque, docendi cauſa, rege Gurguntio, Belini filio, "Bartholomæum quendam, hominem Cantabrum, per-"veniſſe, & illum deinde duxiſſe uxorem Chembri-"giam, regis filiam, condidiſſeque oppidum ex uxoris "nomine Cantabrigiam, atq; in eo primum docuiſſe. &c.

In Nigro Codice[1] ſic ſcribitur. "Accedens nam-

---

[1] *Vide Ed. noſtr. hujus Nigri Codicis ad calcem Thomæ Sprotti Chron. p.* 264. *ubi* patriæ *pro* patris *reponend.*

"que ad prædictum exhibitum dominium" (de Cantabro loquitur) "civitates & oppida ædificavit prudenter per loca. Demum patriæ amœnitatem conſiderans, civitatem magnam ſuo nomine ſuper flumen Cante ædificavit". Et paulo poſt. "Exinde civitas illa Caërgrant à Grantino Comite ejus filio, qui ibidem pontem ædificavit, ſeu à multitudine philoſophorum [1] Britanniæ dicebatur, Latine vero civitas Cante à Cantabro, ejus conditore. Succedente autem tempore Cantebrigia nominatur.

Jam expende, num incertus iſte commentarius, hîc à Polydoro citatus, idem ſit cum Nigro Codice. Videbis omnia inter ſe diverſa.

Primùm, Niger Codex Cantabrum facit proprium viri nomen, & Partholini, ſive Bar*tholomæi, ducis fratrem. alter gentile. Incipe hiſt. Nigri Codicis ab eo loco [2]: *Sed Cantabrum ducis Partholaim fratrem*, c. *P. 447.

Niger Codex à Cantabro exſtructam urbem dicit: alter ab ipſo duce Bartholomæo, homine Cantabro.

Incertus iſte author ſitam urbem affirmat ad radices vicini montis 𝔚𝔥𝔦𝔱𝔥𝔶𝔩𝔩: Niger Codex ſuper Cante flumen, ſuper quod etiam Grantanum comitem poſtmodum dicit pontem conſtruxiſſe.

Ille à Chembrigia, Cantabri uxore, urbem nomen accepiſſe ſcribit. Hic ab ipſo Cantabro civitatem Cante, & deinde à Grantano comite, ejus filio, Caërgrant nominatam affirmat: & ſuccedente tempore Cantabrigiam à Cantabro etiam primo conditore fuiſſe dictam.

Alter Cantabri uxorem Chembrigiam vocat. Alter Cuenolenam.

---

[1] *Potius*, Britannice. [2] *Vide ad calcem Sprotti*, *p*. 263.

Hinc liquet, Polydorum non ex Nigro Codice, ſed ex alio æque incerto authore, teſtimonium citaſſe. Immo, eadem opera mendacii & vanitatis hiſtoriam Nigri Codicis arguit, quatenus Sigebertum Cantabrigienſis academiæ conditorem affirmat, Polydorus. Alioqui fatearis oportet, * duos illum fundatores conſtituiſſe. *P. 448.

pag. 53. Multi ſcriptores (inquit Londinenſis) cum Polydoro conſentiunt.

Eorum primus eſt ἀνώνυμος, *authoritatis tamen* (inquit, perinde ac ſi eum familiariter noſſet) *gravis*. Hic quomodo cum Polydoro conſentiat, vide.

Iſte à Cantabro: Polydorus à Sigeberto, Oſtroanglorum rege, Cantabrig. academiam exſtructam aſſerit. iſte A°. Mundi 4095. Polyd. vero A°. Domini 630.

Neque anonymus iſte eundem tribuit ei academiæ conditorem, quem incertus ille author, à Polydoro citatus. Nam hic hominem Cantabrum, i. ex Cantabria oriundum: ille Cantabrum Hiſpanum (quaſi proprium ſit, & non gentile nomen) hujus inſtitutorem facit.

Sed nec cum Nigro Codice conſentit. In eo namque ſcribitur, Cantabrigiam à Cantabro, Ducis Partholini fratre, conſtructam eſſe: anonymus iſte à Cantabro duce conditam affirmat.

Inter eum vero & Londinenſem non levis diſſenſio: quum ille dicat, incepiſſe Cantabrig. acad. Anno Munpi 4095. Lond. vero 3588. nam ex quatuor ſupputationibus, in epiſtola citatis, poſtremam, tanquam veriorem, approbat.

*P. 449. * Secundo loco adeſt Bowlus, author Neonamienſis hiſtoriæ. Hujus authoritas non ideo rejicitur, quod ejus liber ſit manu ſcriptus, & nondum in publicum prodierit, (ut Londinenſis ſomniat) ſed quod diligentiſſimo noſtratium authorum indagatori Jo. Baleo & aliis ignotus eſt, & in catalogo Britannicorum ſcriptorum ne ſemel quidem nominatus eſt, nec à quoquam antehac (quod ſciam) pro authore habitus.

Hic non ſolùm Cantabrigiam eſſe antiquiſſimam, ſed à Cantabro etiam exſtructam, refert, &, varias clades ex direptionibus & vaſtationibus Danorum & Saxonum perpeſſam, explicat. Urbem intelligit: non academiam, quæ non erat.

Non conſentit cum Polydoro: & à Londinenſi in ipſa annorum ſupputatione diſcrepat.

Præterea, quæ dicit omnia ad Granteceſtrenſem academiam (ſi modo ulla fuerit) referenda ſunt: nec ullo modo ad hodiernam Cantabrigiam pertinent.

Adde etiam, quod Giganteam illam academiam ſtatuere videtur.

Producitur Lydgatus, poëta Anglicus, Galfridi olim Chauceri diſcipulus, qui ex Beda & Alfrido Cantabrum ducem, Par*tholini regis fratrem, academiæ Cantabrigienſis authorem facit. *P. 450.

Sed quod Bedam non ex Beda, nec Alfridum ex Alfrido, potius quam ex Lydgato, Londinenſis citare voluerit, ratio eſt, quia nihil tale habetur apud Bedam, in hiſtoria unde illa citat.

Lydgatus doctus quidem fuit: ſed propter hiſtoriæ fidem neutiquam probatus. Scripſit enim, Baleo teſte, ineptiſſima multa & fabuloſa: præcipue vero Beviſii Hamptonenſis res geſtas.

Huic non convenit cum Polydoro: nec cum Nigro Codice, & aliis pluribus, in quorum numero eſt Monumetenſis, quod Cantabrum ducem vocat: quum non

Cantaber (ſi iſti vera prædicant) ſed ejus frater Partholinus Hiſpanicæ claſſis dux fuerit.

Deinde in annorum ſupputatione, ubi refert, Cantabrigiam incepiſſe Anno Mundi 4348, diſſentit à Nigro Codice, ab authore anonymo & Bowleo.

Præterea, Niger Codex ſic habet[1]: "Iſtam autem "civitatem" (de Caërgranto, ſive Granteceſtria loquitur) "Guttelinus rex, filius Gurgunt, ædificiis & mu-"ris decorare ſtuduit". Iſte dicit, Cantabrum Cam- *P. 451. *brigiam, ſuper Cantam flumen, muro cinctam, turreque defenſam, condidiſſe.

Breviter, quicquid iſte probat (ſi modo aliquid probat) id totum ad veteris Grantæ ſive Granteceſtriæ, & non ad novæ urbis, laudem, referendum eſt.

Jeofflinus, abbas & Croylandienſis hiſtoricus, quum videret, opera ſuorum monachorum, vicinam urbem Cantabrigiam tam inſignem ſubito factam eſſe academiam, in hanc exſultationem præ gaudio erupit: *Jam magnam videmus* &c. Hic locus Londinenſis propoſito maxime adverſatur. Nam hinc ſcire licet, Cantabrigienſem academiam à Croylandienſibus monachis incepiſſe.

Alter nullius authoritatis ſcriptor anonymus, ex Lydgato citatus, à Polydoro & reliquis in temporum ſupputatione diſcrepat. hic (vel ob id ſolum, quod incertus eſt ſcriptor) merito eſt rejiciendus. Et ut maxime vera eſſent quæ narrat, nihil aliud, quam veteris Grantæ antiquitatem, celebrant.

De Warkwortho & Lanfranco Baleus ne verbum quidem dicit: ut veriſimile ſit, vel fictitios eſſe au- *P. 452. thores (ut & alii, *quos Londinenſis adducit) vel illi ſoli notos. Lanfrancus iſte, ex Warkwortho citatus, Polydoro, in iis quæ ſcribit, minus ſuccinit. Adde etiam, quod à reliquis omnibus in annorum ſupputatione longe diſſidet. Nec affirmat (ut Londi.) à Cantabro exſtructam eſſe academiam: ſed eo anno conditam dicit, quo rex Gurguntius ei & fratri Partholino Hyberniam inhabitandam dedit. Sic ut hujus authoritate appareat, Cantabrum una cum fratre in Hyberniam profectum eſſe, & ibi habitaſſe. Nam tantùm dicit, eodem anno Cantabrigiam originem ſumpſiſſe, quo hæc geſta ſunt: ſed à Cantabro exſtructam non dicit. Et ut maxime Cantabrum Grantanæ academiæ authorem probaret, non magis tamen pro novæ urbis antiquitate faciunt hæc, quam ſi quis perantiquam novam Severiam ſive Salisburiam probaret (quæ regnante Henrico 3° primùm incepit) quod vetus, Severum Cæſarem conditorem habuit. Nam vetus, & hodierna urbs, quæ Cantabrigia dicitur, ut ſitu, ita etiam nomine, pro duabus ſemper, & diverſis, ſunt habitæ.

---

[1] *Vide ad calcem Sprotti*, p. 264.

*Prodit alter genealogias contexens anonymus, atque ideo incertæ fidei ſcriptor. *P. 453.

Polydoro adverſatur etiam & iſte, & Nigri etiam Codicis authori, quod Cantabrum *ducem* appellat, non *ducis fratrem*.

Accedit etiam, quod Gildam citat teſtem: ſed Britannica lingua, qua ille non ſcripſit, quod magnum eſt depravationis indicium; maxime quum in Latino Gilda nihil tale reperiatur.

Jo. Harriſonus (quem paulo poſt artium & medicinæ doctorem vocat, & authorem non incelebrem, quanquam de eo nuſquam mentionem faciat Baleus, aut Geſnerus, vel quiſquam eorum, qui ſcriptorum catalogos confecerunt) affirmat, Gildam hunc, Albanium viz. certo quodam libro multa de Cantabrigia ſcripſiſſe. Si liber exſtet, cur non ex ipſo potius authore, quam ex recenti ſcriptore, Harriſono, iſta profers? Sed dejerare certe auſim, ne nomen quidem Cantabrigiæ eo in opere, ſi modo exſtet, reperiri: ut neque in aliis ejus, quæ adhuc ſuperſunt, operibus, aut in iis, quæ vel Cambrius, vel Badonicus, Gildas, quorum adhuc bene multa exſtant, conſcripſerat. Nam Britonum ætate incognitum erat, atque adeo inauditum, Cantabrigiæ vocabulum.

*P. 454. * Genealogiarum ſcriptor, Aluredum fundaſſe Oxonienſem academiam, ſcribit: quod Londinenſis non admittit. ut in lib. 2°. videre licet. Nec ſequitur, Cantabrigiam ea eſſe antiquiorem, niſi hodiernæ Cantabrigiæ, quæ ad radices montis **Whythill**, ut vetus illa, ſita non eſt, Cantabrum authorem facias. Et ideo παραλογισμὸς eſt, ex catachreſi vocabuli (*Cantabrigia*) natus: quod novæ urbi, & non veteri, niſi καταχρηστικῶς, nomen eſt.

Nicazius, Baleo incognitus, à reliquis in eo diſſentit, quod Cantabrum regis Hiſpaniæ filium vocat: quem Nigellus tantum Cantabriæ civitatis heredem, & aliquot alii ex apocryphis citatis Partholini ducis fratrem appellant. Certe non eſt veriſimile, paſſurum regem, ut, eo vivente, filii, propter ſeditionem ab illis excitatam, in exſilium relegarentur.

De doctoribus & poëtis quod refert, merum videtur eſſe commentum: quum nulla ſuperſint ab iiſdem monumenta conſcripta.

Quod Cantabrigiam ſtudiorum matrem appellat, ſi ſic intelligi vult, eam primam omnium fuiſſe academiam, unde ceteræ profectæ ſint, *P. 455. * hoc plane ridiculum eſſet. Nam, quos adfert Londinenſis, anonymi omnes, Nigri Codicis authoritatem ſequentes, dicunt, ab Athenarum Academia Cantabrum adduxiſſe philoſophos, qui eam inchoarunt. Et ab hac academia (de Athenienſi loquor) quamdiu ſtaret, non philoſophos ſolum, ac poëtas, ſed medicos quoque, oratores, matheſeos ac omnium aliarum artium profeſſores, qui non in Europa ſolum, ſed & in Aſia etiam, atque Africa, variis temporibus docuerunt, prodiiſſe in confeſſo eſt. Quod ſi verum ſit, ſequetur profecto, non Cantabrigiam Athenienſis academiæ, ſed hanc illius matrem potius appellandam eſſe.

Ea vero, quæ Nicaſius iſte Cantabrigiæ tribuit, merito poterit academia Oxon. tanquam ſua, ſibi vendicare. Ab hac enim ſemper exierunt, qui apud exteras quoque nationes, magna nominis celebritate partim ſcribendo, partim docendo vixerunt. Et ideo meritiſſime à Sylveſtro Geraldo, antiquo ſane & fide digno authore, inter 4or. primaria orbis gymnaſia numeratur. Nam in Itinerario Cambriæ, quo loco de generalibus ſtudiis loquitur, ad hunc ſcribit modum. "Viguerunt autem ſtudia in Ægypto: ut probat Alexander Neckam in libris de naturis rerum. Abraham docuit * quadruvium. i. 4or. artes. ſ. arithmeticam, geometriam, muſicam, & aſtronomiam. Demum cœpit nobilitari philoſophorum frequentia: & conſecratæ ſunt Athenæ deæ ſapientiæ Minervæ, ut dicit Auguſtinus 19° de civitate Dei cap. 8.

* P. 456.

"Poſtea, Carolo magno regnante, cœpit ſtudium florere Pariſiis. cujus fundatores fuerunt Rabanus, Alkwinus, Claudius & Jo. Scotus. Demum Oxoniæ in Anglia ſtudia floruerunt. Et, ſicut ait Alexander Neckam, ubi ſupra, juxta vaticinium Merlini, *Ad vada boum vigent ſtudia, ad partes Hiberniæ ſuo tempore tranſitura.*

Hîc libens à Londinenſi reſciverim, cur Oxoniam hoc loco potius quam Cantabrigiam nominet, ſi tam celebris fuerit academia, ut ille nuſquam non prædicat?

Præterea, ſi Merlini tempore, qui regnante Vortigerio, Britonum rege, vixit, vigebant ſtudia Oxoniæ (ut hoc vaticinium aperte teſtatur) quis negare poteſt, quin Britonum tempore, & ante Saxonum dominium, academia fuerit, quam Britanni etiam hodie **Redeichen** appellant: hoc eſt, *vadum boum*.

*P. 457. *Hæc adducta ſunt ex receptiſſimis authoribus: qualem ſi vel unum pro ſuæ ſcholæ antiquitate Londinenſis proferre poſſet, quantis exſultaret triumphis?

Guolfgangus Juſtus in catalogo academiarum ſcribit, eſſe qui Cantabrigienſem academiam antiquiorem ſtatuant, quam aut Polydorus, aut Baleus. At receptos, & fide dignos eſſe ſcriptores, non addit.

Geor. Lilius, Polydori ſecutus authoritatem, ac putans ſcholam (referente Beda & aliis) à Sigeberto conditam, academiam fuiſſe, & non potius pædagogium, in hunc de antiquitate errorem incidit.

Coriatus noſter modeſtior ſane eſt, quam ut ullam authoritatem, in his præſertim rebus, in quibus parum aut nihil hactenus elaborarit, ſibi vendicet: nec, niſi Cantabrigienſium more locutus, quicquam de hac re ſtatuit.

Granta & Granthamia Lincolnienſis non habent eam vocis affinitatem, ut inde in Latina lingua confuſio oriri poſſit: nedum in materna lingua, in qua altera **Grant**, *P. 458. altera **Grantham** dicitur. Et Stoweus * in pervetuſtis ſcriptoribus Cantabrigiam **Caer Grant**, **Granteceſter**, & **Grantbridge** dictam fuiſſe ſcribit: **Grantham** vero materna lingua appellatam nuſquam ait.

Conjecturam facit Londinenſis, urbem à Gorboniano non eſſe ædificatam, quia Monumetenſis, ubi de templis ab eo ædificatis ſcribit, de urbibus nullam mentionem facit. Pari modo Monumetenſis, quo loco de 30. Hiſpanorum navibus Partholino duce, & rege Gurguntio eiſdem ad Orchadum inſulas obviam facto, ſcribit, commodam habens occaſionem de Cantabro Partholini fratre, & de academia per illum fundata, loquendi, ne verbum quidem de ea re habuit. ergo, nihil tale unquam accidiſſe, ſimili cum Londinenſi, ſed longe fortiori, ratione, concludo.

Ne veterum & probatorum teſtimonio carere prorſus videatur, producit, ut alibi ſæpe ſolet, Ranulphum, & Henricum Huntudonenſem, in re minus neceſſaria, ut inde probet, non quod in controverſia eſt, Cantabrigienſem academiam Gurguntii temporibus authore Cantabro incepiſſe: ſed Cantabrigiam (ſeu verius Caërgrantum) perantiquam urbem eſſe, & ab iis inter præcipuas & nobiliſſimas *totius Britanniæ urbes, quod nemo negat, annumeratam eſſe. A Cantabro autem extructam eſſe urbem ne quidem uſquam comprobat, nec à quo primum academia inſtituta eſt, quod inprimis facere debuiſſet, horum teſtimonio declarat. *P. 459.

Huntudonenſis **Cairgrant** *Granteceſtriam* recte interpretatur, ſed eam hodie *Grantebrigiam* dici male addidit. Nam neque ex Beda, neque alio quoquam ſcriptore Brytannico (exceptis ſemper adulterinis) veterem urbem **Caergrant** *Cantabrigiam*, nec contra hodiernam *Cantabrigiam* **Caergrantam**, unquam eſſe appellatam probabis. Ab errore itaque non aliter Huntudon. & Ranulphus liberari poſſunt, ni dicas, illos aliorum ſcriptorum more, deletam, & non nunc exſtantem, urbem per vicinioris, & quæ veluti in ejus locum exædificata eſt, nomen reddidiſſe. Nam ad eum modum Baleus, de Alexandro Neckamo loquens, dicit, eum Verulamii, ſive ad Fanum Albani, natum, eodem nomine novam, & ſolo æquatam, urbem appellans, quum tamen diverſæ eſſent, & adeo vicinæ, ut altera ex alterius ruinis ſurrexerit.

*P. 460. * Poſtea Gildas, idem Ranulphus, Alfridus, & Radulphus Marrham in manipulo Chronicorum, Jo. quidam Ufforde in ſcuto Bedæ, Ninianus in Eulogio hiſtoriarum, Nennius & Aſſerus citantur, ſed ad illorum probationem, quæ nihil ad præſentem controverſiam attinent. Quid enim ad antiquitatem Acad. Cantab. facit, ſcire, quot urbes Brytannia antiquitus habuerat?

Laylandus in Aſſertione Arthuriana. “Eſt”, inquit, “in archivis etiam Grantæ Girviorum tabula diplo“matis, ab Arturio aliquando erogati in gratiam ſtu“dioſorum. Fidem tamen facti nondum ſatis excuſſi.

Fictum & adulterinum eſſe Arthuri diploma, his conjecturis facile ducor ut credam. Solenne ſemper fuit regibus regnorum & dominiorum ſuorum titulos chartis ſuis præponere: quod Juſtinianus (cui coætaneus regnavit Arthurus) fecit in principio libri Inſtitut. Idem feciſſet hîc Arthurus, nam ſuos habuit titulos, ut ex ſigillo ejus, Laylando teſte oculato, liquet: *P. 461. in quo, ut in Arthuriana Aſſertione ſcribit, talis *habetur inſcriptio: *Arturius Britanniæ, Galliæ, Germaniæ, Daciæ imperator*.

Adde quod Cadwalladrus, qui & ipſe rex Britonum fuit, diverſo utitur ſalutandi genere: quod etiam nonnullam adulterationis ſuſpicionem facit. Nam initium diplomatis tale eſt. “Cadwalladrus, divina favente “gratia, rex totius Britanniæ, omnibus Chriſti fideli“bus, tam nobilibus quam plebeiis, Salutem”. Nihil hîc ſimile, ſed diverſa omnia, adulterationis non leve argumentum, maxime quum utrique Britonum erant reges, nec adeo multi anni inter utriuſque regnum intercesſerant.

Præterea, Arturianum privilegium datum fuit Anno Domini 531. quo tempore, invito Arthuro, Eſt-Anglia à paganis Saxonibus occupata fuit. Nam, ut ſcribit Matthæus Florilegus, "Anno gratiæ 527. venerunt de "Germania Pagani, & occupaverunt Eſt-Angliam, i. "regionem Orientalium Anglorum, omnia latè depo-"pulabantur, & Chriſtianos nullo non crudelitatis ge-"nere afficiebant.

*Idem Florilegus hæc habet verba. "Anno gratiæ *P. 462. "511. videntes Saxones, qui Britanniam incolebant, "Uther Pendragon regem gravi infirmitate Verulamii "decumbere, convenerunt omnes in unum, ut omnes "inſulanos à finibus ſuis expellerent, & junctis viri-"bus fertilem patriam ſibi in perpetuum ſubjugarent. "Perluſtrantes itaque quaſque provincias, quum ne-"minem ſibi reſiſtere cognoviſſent, totam fere inſu-"lam à mari uſque ad mare devaſtare cœperunt, nec "prælatis eccleſiarum, nec rebus eccleſiaſticis parcen-"tes, Chriſtianitatem pene totam inſula deleverunt". Hæc geſta ſunt, ſi recte computat Florilegus, tredecim annis ante Arturiani diplomatis conceſſionem. Neque vero putandum eſt, minus tunc temporis in Eſt-Anglia (in qua eſt Cantabrigia) à Saxonibus in eos, qui Chriſtianam profeſſi ſunt religionem, ſævitum eſſe, quam antea, quum viribus non perinde valerent. Nam uno & eodem anno incepere Euro-Anglorum & Euro-Saxonum regna, teſte Florilego. Quare brevi poſt illorum huc adventum tempore ita ceſſavit Chriſtianæ religionis *cultus, ut ante pii Sigeberti tempora denuo non *P. 463. cœperit.

Si rem Chriſtianam promovere in hunc modum Arthuro adlibuiſſet, iſtud in ſua potius urbe Legionum feciſſet, quæ eo regnante academia fuit, ut teſtatur Monumetenſis, ac non incelebris quoque, utpote in qua fuerant, præter aliarum artium ſtudioſos, permulti etiam rei aſtronomicæ & aſtrologiæ pulchre gnari, qui curſus ſtellarum obſervabant, & prodigia ventura regi ipſi veris argumentis prædicebant.

Tempore Sigeberti non fuiſſe theologos & prædicatores Cantabrigiæ, liquet manifeſte ex iis, quæ ſcribit idem Matthæus Florilegus Anno gratiæ 649. ad hunc modum. "Rex Oſwy Sigebertum, regem Orien-"talium Saxonum, cum frequenter ad eum in provin-"ciam Northumbriorum veniret, hortabatur, ut fidem "Chriſti ſuſciperet. Tandem, amicorum auxiliante "conſenſu, à Finiano epiſcopo baptizatus eſt. Igitur "æterni regni jam civis effectus, ad patriam reverſus, "à rege Oſwy poſtulavit, ut aliquos *ſibi doctores da-"ret, qui gentem ſuam ad fidem converterent. At "ille mittens ad provinciam mediterraneorum, ad ſe "virum Dei Ced vocavit, &, dato illi ſocio presbyte-"ro quodam, miſit eos ad Saxones Orientales, ut ver-"bum fidei illis prædicarent". Eandem hiſtoriam narrat & Beda lib. 3°. cap. 22°. Jam vero, ſi fuiſſent Arturiano tempore, & poſtea quoque, qui, Cantabrigiæ theologicis litteris operam dantes, verbum Dei per totum regnum prædicare poſſent, ut videtur diploma innuere, cur à vicina potius Cantabrigia non petiit Oſwy, quam à longius diſſitæ provinciæ regulo?

*P. 464.

Porro, adulterationis quoque ſuſpicionem adauget, quod voce *(Cantabrigia)* utitur in diplomate, quæ ab Anglicana lingua originem ſumpſit. Alioqui, ſi ab Anglico vocabulo (**bridge**) Britonibus prorſus incognito, to, ac minus idcirco uſitato, ortam quiſquam non credit, unum aliquem, ſi poteſt, proferat ex tota antiquitate Britannicum ſcriptorem, qui hoc nomine (*Cantabrigia*) vel ſemel utitur.

* *Diploma Honorii primi.* * P. 465.

Hæc ſunt adulterationis indicia. Primo, datum eſt anno ſecundum incarnationem verbi 624. Qualis autem eo tempore fuerit Angliæ ſtatus, ex Matthæo Weſtmonaſterienſi & aliis cognoſcere licet. "Anno" (inquit) "gratiæ 624. defuncto rege Orientalium Anglo-"rum Redbaldo, Eorpenwaldus regni gubernacula ſuſ-"cepit &c." Jam vero Eorpenwaldo, ſive (ut Beda vocat) Carpualdo, Eſtangliam regente, Paganiſmus adhuc per totam illam provinciam invaluit. Nam licet Carpwaldus, Eduini ſuaſu, baptizatus fuerit, brevi tamen poſt tempore (ut inquit Beda lib. 2°. cap. 15°.) occiſus eſt. Poſt cujus mortem provincia illa in errore permanſit, uſque dum ejus frater Sigebertus, rerum potitus, primus ibi publicitus receptæ Chriſtianitatis author exſtiterit. Sed dices: Quamvis Pagani circum circa habitabant, manſere tamen Cantabrigienſes à Paganiſmi labe ſemper puri. Hoc quomodo fieri potuerit, nondum video: quia veriſimile non eſt, reges pati voluiſſe, regni ſui inter primarias * numeratam urbem ab iis habitari, quorum religioni maxime adverſarentur. Saxones autem, nondum ad fidem converſi, ita Chriſtianiſmum exoſi ſunt, ut funditus exſtirpandum curarent: quod Monumethenſis libro ultimo his verbis teſtatur. "Interea miſſus eſt Auguſtinus à beato "Gregorio Papa in Britanniam, ut Anglis verbum Dei "prædicaret, qui, pagana ſuperſtitione cæcati, in illa "inſulæ parte, quam habebant, totam deleverant Chri-"ſtia- * P. 466.

"ſtianitatem". In parte autem Britonum adhuc vigebat, quæ, à tempore Eleutherii papæ habita, nunquam inter eos defecerat. Si ergo in Eſt-Anglia, nondum ad Chriſti fidem converſa, prorſus deleta eſt Chriſtianitas (ut illius verbis utar) ubi tum temporis erant theologi Cantabrigienſes, ubi archiepiſcopus & eccleſiarum præpoſiti, aut eorum officiales ſeu viſitatores generales, quos doctores & ſcholares Cantab. tantopere metuebant? Quænam fuit paterna illa Rom. pontificis pro infidelibus ſolicitudo? quodnam excommu- *P. 467. nicationis genus, quo illos magis *perterrefacere potuit, quam hodie Turcam aut Judæum, ſi eo in illis ſævire placuerit?

Adde, quod Pontifex, in Campania natus, relicto natali ſolo, Cantabrigiæ, inter Chriſtiani nominis hoſtes, *in minoribus* (ut ait) *agens, poculum ſalutaris doctrinæ hauſerat* ſcilicet.

Præterea, dicit Honorius, ſe, talis indulti conceſſione, *Eleutherii, Fabiani, Leonis, Simplicii, Felicis & Bonifacii veſtigiis inhærere*: quaſi ipſi ante id temporis talia indulta conceſſerint, quum conſtet, Eleutherium nullam ſibi in Anglos univerſalem juriſdictionem, ut neque in alias regiones extra Romanæ ditionis ambitum, ſibi vendicaſſe. Quare non niſi à Lucio rogatus, cum Eluano & Medwino, nunciis regiis, Fugatium & Damianum in Britanniam, ad fidem Jeſu Chriſti regi & inſulanis prædicandam, miſit, quorum demum miniſterio baptizati ſunt, & in credentium numerum admiſſi. Poſt eccleſiam verò eo loci confirmatam, & ritibus quibuſdam inſtructam, illi Romam reverſi ſunt. *P. 468. At *Britones poſt receptam fidem nunquam Romanum pontificem pro univerſali epiſcopo, ut nec ejus ſucceſſores uſque ad Auguſtini tempora, habuerunt, uni archiechiepiſcopo ſuo, cui ſummam obedientiam præſtabant, ſubjecti.

De Auguſtini vero in Angliam adventu hæc proxime ſubjungit Monumethenſis. "Poſtquam autem venit "Auguſtinus, invenit in eorum provincia 7. epiſcopa"tus & archiepiſcopatum religioſiſſ. præſulibus muni"tos, & abbatias complures, in quibus grex Domini "rectum ordinem tenebat. Inter ceteras erat in civi"tate Bangor una quædam nobiliſſima, in qua fertur "fuiſſe tantus numerus monachorum, ut quum eſſet in "7. portiones cum præpoſitis ſibi prioribus monaſte"rium diviſum, nulla harum portionum minus quam "ter centum monachos haberet, qui omnes labore ma"nuum ſuarum vivebant. Abbas autem eorum Dino"tus vocabatur, miro modo liberalibus artibus erudi"tus, qui Auguſtino, petenti ab epiſcopis Britonum "ſubjectionem, & ſuadenti, ut ſecum genti Anglorum "communem *evangelizandi laborem ſuſciperent, di"verſis [1] argumentationibus, ipſos ei nullam ſubjectio"nem debere, neque ſuam prædicationem inimicis "ſuis velle impendere, quum & ſuum archipræſulem "haberent, & gentes Saxonum patriam propriam eiſ"dem auferre perſtarent. Unde eos ſummo habebant "odio, fidemque eorum & religionem pro nihilo ha"bebant, nec in aliquo Anglis magis quam canibus "communicabant". Hactenus Monumethenſis.

De hac re vide Florileg. Anno gratiæ 603.

*P. 469.

Adde, quod ea ætas Pontificum Ro. bullas prorſus ignoravit. Nam Platinas author eſt, Bonifacium tertium, patria Romanum, à Phoca Imperatore primum, magna tamen contentione, obtinuiſſe, ut Pontifex Rom. univerſalis eccleſiæ ſupremum caput haberetur, ejuſque ſedes aliarum omnium prima. Falſum itaque eſſe conſtat, longo ante Bonifacii ætatem tempore, epiſcopos Rom. bullas ſuas Cantab. conceſſiſſe.

---

[1] *Subintellige*, reſpondit.

*P. 470. *Sergii diplomatis impoſtura.*

Sergii ætate nondum bullæ inventæ erant: ſed (ut inquit Polydorus lib. 8. de inventoribus rerum) Joanne ejus nominis 22° Romæ pontificatum gerente, initium accepere, longo poſt Sergii papatum tempore.

Cadwalladri diploma.

Eiſdem argumentis evertitur quibus Arturianum, & aliis non paucis.

Primò, utitur nomine (*Cantabrigia*) Britonibus incognito.

Deinde, à Grantino comite, Cantabri filio, urbem illam muris cinctam dicit: quum Niger Codex id regi Guitelino tribuat; & unus ex productis teſtibus, Cantabro.

Præterea, quamvis Cadwalladrus ſe totius Britanniæ regem ſcriberet, in Saxonum tamen regionibus tantum potuit, quantum illi permiſerunt: tantum abeſt, ut aliis, quam ſuis Britonibus, imperare potuerit, inclinato præſertim jam Britannicorum regum imperio, & ad ruinam, Saxonibus indies magis magiſque prævalentibus, feſtinante.

*P. 471. *Sed hoc maxime adulterationis fraudem detegit, quod Cadwalladrus ſubito in diplomate, tanquam ſui oblitus, Romani pontificis ſibi aſſumit perſonam, excommunicatione perſtringens quotquot aliquid in hujus privilegii caſſationem tentaverint.

Fabuloſam è Burtonenſis Cœnobii annalibus hiſtoriam ſubnectit, qua probet, non ſolum academiam Cantab. ante Lucii regis tempora exſtitiſſe, ſed & fidem quoque Chriſtianam, licet non publice, in Britannia receptam fuiſſe. ubi de doctoribus vaniſſimum eſt figmentum. Nam ſi prædicatores intelligit (quid enim aliud intelligat haud ſcio) hii nondum ſacri baptiſmatis lavacro ſunt perfuſi: ſin autem voluerit gradus ejuſmodi honorarios fuiſſe eo tempore, quibus hodie ſuos nobilitant Academiæ, mihi quidem non ſit veriſimile.

Ex Arthuriano diplomate conjecturam facit, Eluanum & Medwinum Cantabrigienſis olim academiæ alumnos fuiſſe, quod ibi ſcriptum ſit, prædicatione doctorum Cantabrigiæ Lucium Chriſti fidem amplexum fuiſſe. Sed vana ſunt utraque: tum hæc conjectura, tum Arthuri diploma.

*Prodit rurſus alius ſcriptor anonymus genealogicus, unde hæc deſumuntur argumenta. Martia, uxor Guthelini, artibus erat inſtructa: ergo ſtuduit Cantabrigiæ, aut ſaltem in aliqua academia. Cantabrigia Guithelini regia fuit: ergo fuit academia. *P. 472.

Prioris argumentationis vis in eo ſita eſt, quod tam erudita Martia non fuiſſet, niſi in aliqua academia ſtuduiſſet. Baleus tamen ſcribit, Probam Martiam, omnibus pene liberalium artium diſciplinis imbutam, plura & inaudita proprio ingenio adinveniſſe.

Quod ad ſecundam attinet. Qui Guthelini regiam dicit, id ipſum non probat tamen: ut neque, Cantabrigiam primam Orientalium Saxonum urbem fuiſſe. Nam Aſſer, primam Nordovicum fuiſſe, dicit.

Ægre præterea probabitur, Martiam Cantabrigiæ inter philoſophos ſtuduiſſe: ſed regni gubernacula poſt mariti obitum ſuſcepiſſe, & rempub. filio nondum regni gubernationi, ob teneram ætatem, maturo, ſibi ſubjeciſſe, à Galfrido Monumetenſi, & aliis compluribus, proditum eſt.

*P. 473. *Annales Wigornenſes magnæ eſſe authoritatis, ideoque *magnos* vocatos, ſummopere contendit, cum de authore, tum de authoritate æque incertus. Horum author (quiſquis fuerit) in ipſo limine impingit, Cantabrum (contra multorum, quos citat Cantabrigienſis, teſtimonium) *ducem* appellans: niſi per *ducem* dignitatis hodiernæ titulum intelligat, quo ex illuſtribus magnatibus multi hodie in Chriſtianorum regionibus inſigniuntur. Sed hujuſmodi honorum gradus & tituli, quales ſunt Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronûm, tum temporis non fuere in uſu. Denique, cum nullo eorum, quos Caius Cantabrig. citavit, in annorum ſupputatione concordat.

Non in univerſum communi opinioni jura cedunt: ſed, tacentibus Legibus, prævalet conſuetudo & communiter recepta opinio. Communis tamen hic error verius quam opinio, Cantabrig. academiam Oxonienſi eſſe antiquiorem, apud ſolos Cantabrigienſes invaluit, cui ſtandum cur ſit, non video. Vulgus præterea omnis erroris parens eſt & magiſter.

*P. 474. *Mures pro leonibus, pro veteranis militibus mendaces & parum ſibi conſtantes ſcriptores adfers: quorum alii anonymi ſunt, alii incertæ & ſuſpectæ fidei, alii etiam apocryphi, alii elingues ac muti, quidam vero ita obſcuræ notæ, ut ne nomina quidem eorum cuiquam antehac innotuerint. Quotuſquiſque horum veteranorum (qui vix tyronum nomen merentur, à te primùm in aciem producti, paucos admodum excipio) vel ſemel nominatus eſt, nedum in teſtimonium vocatus, vel à Tritemio aut Geſnero, ſive à Laylando, Baleo,

leo, vel Foxo, aut hujus claſſis quopiam alio, qui ex profeſſo de iis, qui literis aliquid mandarunt, ſcripſerit? Hos tamen, quæ tua eſt dementia, tanquam veros ac idoneos teſtes admittis, idque rejectis, aut non requiſitis ſaltem, illorum teſtimoniis, qui apud nos approbatiſſimæ ſemper fidei ſunt habiti. Hos adverſum me pugnare quis miretur, quum & ipſi ſibi, & tibi etiam nonnunquam, ſub cujus militant ſtipendiis, auſi ſint repugnare? Adeo ut, in tanta diſſentientium varietate, pene dixerim mendacitate, nihil quicquam certi colligas.

Authores, qui à Londinenſi citantur, fere ab Edouardi tertii principatu ſcripſerunt. Maxima vero illorum pars Henrici ſexti ætatem non ſuperat. Quidam multo ſunt recentiores, & aliquot adhuc vivunt. Horum aliqui, bellandi penitus ru*des, mutuis ſe vulneribus conficiunt: peritque ac in nihilum recidit conſpirantium ſcriptorum, ac veteranorum, ſi Diis placet, militum acies inſtructiſſima. *P. 475.

Veteranos tres tantum in aciem productos video, Gildam, Bedam, & Beverlacenſem, qui tamen in adverſum non feruntur: quantumvis Lydgatus & alii, illorum authoritate abutentes, multa, quorum illi ne per ſomnia quidem meminerunt, eis aſcribant.

Jam ſi quis, Neuſtriorum Duci coætaneus, hanc cauſſam defendendam ſuſcepiſſet, ubi, quæſo, ex his ſuffragantes ſibi ſcriptores inveniſſet? Quòd ſi nullus tum temporis fuerit, qui vel ſemel Cantabri tui meminit, qua fiducia auſi ſunt poſteriores, tot præſertim Britannicis & Saxonicis etiam ſcriptoribus tacentibus, citra vetuſtatis teſtimonium, hujuſmodi commenta ſcriptis ad memoriam mandare? Nam, ut ipſe quoque recte judicas, poſteriorum ſcripta ad veterum authoriritatem, qui vel illis diebus vixerant, aut quam proxime acceſſerant, examinanda ſunt. Proinde, quum inter veteres de his rebus altum ſit ſilentium, ab his tuis primùm nata & conficta eſſe quis dubitabit?

*P. 476. *Sin autem vera fuerint, quæ tui teſtes ſcribunt, magnæ profecto negligentiæ, vel ſaltem hiſtoriarum ignorantiæ, vel utriuſque, optimi & receptiſſimi [1] quique rerum Britannicarum, Saxonicarum, Anglicarumque merito condemnandi ſunt, qui hujus de Cantabro hiſtoriæ ne ſemel quidem meminerunt. Quorum catalogum ſubjungere non gravabor, ideo, ut candidus lector non ſolum intelligat, inter ſcriptores quos quibus præferat, ſed ut ſciat etiam, quod non veriſimile ſit, ea, quæ affirmas, vera eſſe, nullis præſertim horum tibi ſuffragantibus.

Receptæ & probatæ fidei ſcriptores Britannici, Saxonici & Anglici, tam veteres quam recentes, qui Cantabri, & Cantabrigienſis per eum [2] fundatæ, hiſtoriam, verius fabulam, intactam reliquerunt.

Nennii Britanni chronicon vetuſtiſſimum.
Gildas Albanius.
Gildas Badonicus.
Gildas Cambrius.
Aſſer Meneyenſis.
Joſephus Damnonius.
Galfredus Monumetenſis.
*P. 477. *Beda.
Gotcelinus.
Gervaſius Dorobornenſis.
Gervaſius Tilberienſis.

---

[1] *Subaudi*, ſcriptores. [2] *Supple*, Academiæ.

Henricus Huntudonenſis.
Speculum hiſtoriale Vincentii.
Gulielmus Malmesburienſis.
Gulielmus Neoburgenſis.
Ponticus Verumnius.
Alphredus Beverlacenſis.
Hiſtoria regia.
Chronica Chronicarum.
Caradocus.
Nicolaus Trivethus.
Rogerus Hovedenus.
Matthæus Pariſius.
Simeon Dunelmenſis.
Gualterus Hemmingfordus.
Radulphus de Diceto.
Philippus Bergomas.
Joannes Capgravius.
Giraldus Cambrenſis.
Richardus Hagulſtadenſis.
Elias Trickinghamus.
Gulielmus Riſhanger.
Thomas Rudburnus.
*Ranulphus Hygdenus. *P. 478.
Mauricii Chronicon.
Rogerus Ceſtrienſis.
Matthæus Weſtmonaſterienſis.
Joannes Hardingus.
Richardus Ciceſtrienſis.
Radulphus Niger.
Thomas Walſinghamus.
Eadmerus Dorobernenſis.
Joffridus Croylandenſis.
Gulielmus Rhievallenſis.

Hiſtoria Jornallenſis.
Petrus Bleſenſis.
Jo. Sarisburius.
Thomas Wicamius.
Marianus Scotus.
Saxo Grammaticus.
Rogerus Wyndorus.
Adamus Muremuthenſis.
Thomas Wykeus.
Jo. Tiberius.
Antoninus.
Jo. Eureſdenus.
Jo. Burgenſis ſive de Burye.
Faſciculus temporum.
Jocelim Brakelondius.
Ja. Myddendorpius.
Laylandus.
*P. 479. *Baleus.
Polydorus.
Caxtonus.
Joannes Major.
Hector Boëthius.
Paulus Æmilius Veronenſis.
Georgius Lilius.
Galfridus Chaucerus.
Hawlus.
Froyſardus.
Lanquetus.
Rhegino Otho.
Beatus Rhenanus.
Joannes Gouërus.
Fabianus. Cum multis aliis, cum antiquioribus tum recentioribus, quorum nomina me fugiunt.

[1] Iſtuc vero, quoniam, ejuſmodi authorum ſuffragio deſtitutus, eorum maxime eges, qui obſcuri, incogniti, apocryphi, recentes, & anonymi fere omnes, nullius plane, vel dubiæ ac parum ſynceræ, fidei deprehenduntur, quantumvis elogiis tuis, ut inde eis authoritatem parias, commendati, quo melius inopiæ ſuccurram tuæ, do tibi, ut hii etiam de numero tuorum ſint teſtium, quando ita vis, hac tamen lege, ut, ſi inter ſe parum concordes, in rebus non parvi ponderis aut * momenti, reperiantur, quoniam ſic meriti ſunt, ſuſpecti habeantur. * P. 480.

Si itaque pro teſtibus idoneis non ſint admittendi, qui de tempore, perſonis, aliiſque rerum circumſtantiis, parum ſibi conſtantes deprehenduntur: id quod ff. *de teſtibus* L. *ob carmen*, Accurſius habet ſuper verbo *aſſiſtit*. & Leo 3us in Canone *nihilominus* quæſt. 7. Si qui falſo, vel varie, teſtimonia dixerint, à competentibus judicibus puniri debeant, L. *qui falſo*, ff. *de teſtib.* quid illis 27. quæſo, fiet, quorum teſtimonio tam probe ſe fulcitum iri putat Cantabrigienſis? Hos etenim, opinionum varietate miſere fluctuantes, ita ut nullo modo conciliari poſſint, ex eorum inter ſe collatione ſic accipies.

Nigri Codicis author Cantabrigiam incepiſſe dicit Anno Mundi 4321.

Primus ſcriptor Anonymus 4095.

Bowlus, Nigri Codicis fidem ſecutus, 3588.

Beda & Alfredus, Anglice loquentes apud Lydgatum, vel, ſi mavis, ipſe Lydgatus, 4348.

Secundus ſcriptor anonymus 4317.

Chronicon Morganenſe 4848.

---

[1] F. iſtos.

Nicaſius Cadnæus 4415.

Author anonymus magnorum annalium Wigornenſium 3868.

*P. 481. * Vetuſtus ſcriptor anonymus, ab antiquario in epiſtola citatus, 1829.

Alter ejuſdem conditionis ſcriptor, ibidem productus, 4091.

Hîc inter hos bene conſentientes, atque adeo contra veritatem credo conſpirantes, teſtes, ter mille annorum, eoque amplius, (diſcrepantiam certe levem) ſi rationem, ex quorundam inter ſe collatione, inire volueris, labor admodum levis oſtendet.

Præterea, tam de re ipſa, quam de perſona, aliiſque circumſtantiis non parum multis, hos ut æque incertos & varios eſſe ſcias, hæc tibi intuenda propono.

Eorum unus à quodam, nomine Cantabro, exſtructam, nominatam, & muris cinctam, fuiſſe Cantabrigiam ſcribit.

Alter, exſtructam quidem, ſed à Grantino Comite, ejus filio, nomen accepiſſe, & à Guthelino muris decoratam eſſe, affirmat.

Tertius aſſerit, à Bartholomæo duce, homine Cantabro (quaſi dicas Hiſpano, gentile eſſe, non proprium viri, nomen innuens) conditam eſſe. ut apud Polydorum lib. 5°. videre licet.

Et qui à vicino flumine Cante, ſive Granta, nomen profluxiſſe contendit.

*P. 482. * Chembrigiam alius, regis Gurguntii filiam & Cantabri uxorem, nomen urbi contuliſſe ſcribit.

Adde quod quidam Cantabrum ducem, alii ducis Partholini fratrem, quidam regem, alii civitatis Cantabriæ heredem, nominant.

Ex horum quoque eſt numero, qui ſcriptis prodidit,

dit, Gurguntium regem Partholino duci, & Cantabro, ejus fratri, Hiberniam inhabitandam dediſſe: unde, eum in ea fuiſſe opinione, recte conjicias, Cantabrum huc adductum à rege neutiquam fuiſſe, ut nec Cantabrigiam condidiſſe, verum mage cum fratre Partholino in Hybernia conſediſſe.

Scriptorum, quibus inſiſtit, numerus jam venit examinandus, in epitomen miræ paucitatis non ſine cauſſa coërcendus.

Primus occurrit anonymus ſcriptor, à Polydoro citatus, pag.46. Hunc ſuſpectum reddet pag.445. Nam Polydorus, eo quod Sigebertum ſtatuerit Cantabrigienſis academiæ fundatorem, *in eo tamen lapſus, huic numero non inſeritur. pag.45.46. 1. *P.483.

Secundus anonymus, minio & atramento in charta (ut ait) pergamena ſcriptus Anno Domini 1447. pag. 53. Hic cur nihil agat, pag.448. oſtendit. 2.

Rogerus Boulus, incertus & obſcurus author, de quo nullum exſtat doctorum teſtimonium, facile contemnitur. pag.54.449. 3.

Proximus eſt Lydgatus. Hic, quia non ſuam, ſed Bedæ & Alfredi, neſcio ex quibus libris, transfert ſententiam (nam tale nihil in eorum Latine ſcriptis reperitur) non admittitur. pag. 55. 450.

Tertius prodit anonymus author admodum incertus: certò itaque exſulat. pag. 57. 451. 4.

Jo. Warkeworth, ſcriptor credo Utopienſis, libro neſcio quo, Lanfrancum quendam, æque ignotum, ad Cantabri hiſtoriam, verius fabulam, comprobandam citans, merito erit repudiandus. pag.58.451.

*Author anonymus, qui veterem principum Britannicorum & Saxonicorum genealogiam conſcripſit. Hujus fidem expende mecum pag.58.59. & 452.454. 5. *P.484.

6. Richardus Deviſenſis, monachus Wintonienſis, Grantanam commemorat academiam, non Cantabrigienſem. pa.60.

7. Jo. Harriſonus ex Gildæ libro, nulli forſan viſo, multa de Cantabrigia, donec Gildam ipſum producat, ſomniare videatur. pag.60. 453.

8. Nicaſius Cadnæus, nulli prius, quod ſciam, quam Londinenſi notus, aut in teſtimonium productus, exinde fingendi, quæ voluerit, conſequutus eſt veniam. pag.60. 454.

Guolphgangus Juſtus, ſi ex ipſius verbis, quouſque progreſſus hac in re fuerit, conſiderare volueris, nihil magis quam Polydorus aut Lilius pro te facere videbitur: hoc eſt omnino nihil. pag.60.457.

Georgius Lilius de Cantabro ne verbum quidem facit. Hunc cum Polydoro errantem, & ſcholam ſeu *P. 485. pædagogium * academiæ titulo ornantem, ibi tum in teſtium numerum admittere animus eſt, quum tu Sigebertum Cantabrigienſis ſtudii primum inſtitutorem agnoveris. pag.61. 457.

Coriatus noſter hodie vivit. Hîc, Cantabrigienſium more locutus, nihil quicquam arrogare ſibi, in hac præſertim re, cujus pene eſt ignarus, nec debet nec vult. pag.61. 457.

9. Stouëus Londinenſis, adhuc vivus, tuo ſuaſu à veritate devius. Invenias in hoc homine, præter conatum, nihil: ita ut facile & literas & judicium & conſtantiam deſideres. cujus tamen verba ſi diligenter examinaveris, contra te facere in quibuſdam comperies. pag.61. 457.

Ja. Middendorpius ex Polydoro errandi anſam arripuit. pag.64.

Ranulphus Ceſtrienſis & Henricus Huntudonenſis, apud quos de Cantabro altum ſilentium, Cairgrantum antiquam fuiſſe urbem affirmant: præterea nihil. Hinc tua tam elumbis & parum firma *conſequutio: *ergo hodierna Cantabrigia eſt academia admodum antiqua.* pag. 64.65. & 458.459. *P.486.

Bedæ hiſt. eccleſiaſtica Angl. Cur Bedam hîc proferres, non video, niſi hanc ex eo egregiam elicere rationem volupe eſt: *Beda ſcribit, antiquitus fuiſſe* 28. *urbes in Britannia: ergo Cantabrigienſis academia eſt perquam antiqua, & à Cantabro exſtructa.* pag.67. 459.

Diplomata & indulta Arthuri, Honorii primi, Sergii primi, & Cadwalladri, tanquam adulterina rejiciuntur omnia, pag. 69. & ſequent. uſque ad 95. & 460. cum ſeq. uſque ad 471.

Burtonenſium annalium ſcriptor anonymus ideo ſuſpectæ fidei mihi videtur, quod ſolus ea ſcribit, nec quenquam alium ſibi aſtipulantem habet. pag.95.471.

Alîus ſcriptoris genealogiarum anonymi leves quas de Martia conjecturas adfert, ad antiquitatis aſſertionem nihil facientes, in ſuum authorem rejicio. pag. 100.472.

*Magnorum Wigornenſium annalium author, nullius notitiæ, ac perinde nullius, aut non magnæ, authoritatis, ſuis è latebris exſiliens, veritatis limites quibus in rebus tranſilierit, videto pag.101.473. 10. *P.487.

Communis adducta opinio (Cantabrigienſium ſolùm) quam fidem mereatur, aliorum eſto judicium. pag.101.473.

Alios tres, Dolenſem neſcio quem, Gerardum Cornubienſem, & Florentium Wigornienſem, pauciſſimis admodum, dubium ſanè an tibi ipſi, notos, tanquam mutas perſonas in ſcenam adductos, poſtquam quid teſtentur reſciverim, ſimne probaturus an recuſaturus, tandem intelliges. pag. 101.

Ubi nunc eſt glorioſa illa acies regum, pontificum, ducum, ſigniferorum, militum, veteranorum, triariorum, & quid non? Vides, integrum exercitus tui robur diſſipatum & fuſum, relicta duntaxat imbelli anonymorum, incognitorum, & tyronum multitudine, concidiſſe. Nam ex viginti ſeptem, & eo amplius, decem vix reliqui fiunt. His ego veniam lubens con-
*P. 488. cedo, quoniam per im*prudentiam peccarunt ſcio. Quòd ſi prius ſciſſent, ſe pro Cantabro duce Utopienſi, tanquam pro aris & focis, depugnaturos, non opinor militiæ tuæ nomina dediſſent. Tu igitur hos quoque, ſi me audis, quoniam nulli tibi futuri ſunt uſui, perſolutis quamprimum ſtipendiis, exautorabis.

pag. 104. Cairgrantum fateor, poſtea Granteceſtria, quæ hodie non exſtat, ſane pervetuſta olim urbs fuit, Britonum tempore condita. Sed quid hoc ad hodiernam Cantabrigiam, quæ non ante veteris excidium, idque alio in loco, ſurrexerat? Perinde enim facit, qui novæ Cantabrigiæ antiquitatem per veteris initium probare velit, atque is, qui novam Severiam, ſive Salisburiam, quæ urbs regnante Henrico ejus appellationis tertio primum incepit, parem antiquitatem cum veteri, quæ Severum habuit conditorem, nactam eſſe contendit.

pag. 105. Ut ſcias, Cantaber ſitne proprio nomine appellandus, an Partholimus ſive Bartholomæus, Authoris incerti, à Polydoro citati, verba ipſa excutiantur. "Ferunt" (inquit) "poſitum fuiſſe olim oppidum, nomine Chergrantium, ad radices vicini montis Whythill, eoque, docendi cauſa, rege Gurguntio, Belini filio,
*P. 489. "Bartholomæum *quendam hominem Cantabrum perveniſſe, & illum deinde duxiſſe uxorem regis filiam Chembrigiam, condidiſſeque oppidum ex uxoris nomine Cantabrigiam. &c". Hunc Monumetenſis Partholimum vocat.

De Cairgranti & Granteceſtriæ mœniis alicubi mentionem factam puto: de Cantabrigiæ muris non item, niſi apud te, & tuos. Proba igitur, eandem urbem Cantabrigiam & Granteceſtriam fuiſſe. pag. 105.

Hîc non de veſtra iſtac nova, ſed de veteri, à Saxonibus deleta, urbe loquuntur Huntudonenſis, & ſi qui ſint alii: qui tametſi ſicco pede (quod aiunt) Oxoniam præterierint, ſicut & quamplures alias florentiſſimas hodie in Anglia urbes: æque tamen boni ac præſtantes authores, & multo quidem vetuſtiores, hujus meminerunt; ut Aſſer ſive Aſſerius Menevenſis, Sylveſter Gyraldus Cambrenſis in Itinerario Cambriæ, Mauritius, & Gaufridus Monumetenſis, & alii complures. ibidem.

Galf. Monumetenſis lib. 7. eam inter nobiles Britanniæ civitates regnante Arthuro numeravit: idque excluſa (ut tuis utar verbis) & nullo loco habita Cantabrigia. Ejus hæc ſunt verba. “Venerunt nobilium * civitatum conſules, Moruid conſul Claudioceſtriæ, Mauron Wigornenſis”. paucis deinde interpoſitis, “Aderat conſul Salesburienſis, Jonathal Dorcaſtrenſis, & Boſo Ridochenſis”. (i. Oxenfordiæ.) &c. *P. 490.

Mauricius etiam, qui chronicon ſcripſit à nativitate Domini uſque ad Cadwallum, regem Britonum, eadem, de rebus geſtis Arthuri loquens, ferme ſcribit. Ab hoc conſule Boſone, Oxonia antiquitus dicta eſt **Cair Boſo**, teſte Roſſo.

Urbis Cantabrigienſis quod ad nomen attinet, tres origines facit Londinenſis: nempe Cantabrum, Grantinum neſcio quem conſulem, Cantabri filium, & Cantam ſive Grantam flumen. A qua iſtarum originum dictio *Cantabrigia* nomen ſumat, quod inprimis ſcire cupiebam, non explicat. Si à Cantabro, cur non *Cantabria* quam *Cantabrigia* potius dicitur? nam ſic analogiæ ratio ipſa ſuadet. pag. 107.

Ni-

Ibidem. Nigri Codicis author ſcribit, à Grantino comite ædificatum ibi pontem fuiſſe: id agens fortaſſe, ne quis dubitaret, ab initio veterem urbem dictam fuiſſe Cantabrigiam ab illo ponte, qui tamen multis poſtea annis, regnantibus Saxonibus, exſtructus dicitur, & novæ urbi nomen dediſſe. Cujus rei certiſſimum eſt *P.491. argumen*tum, quod dictio (**bridge**) Angloſaxonicum eſt, (ut ſæpius dictum eſt) non Britannicum, vocabulum. Et ideo falſiſſimum indubie eſt, Cantabrigiam ſive Grantbrigiam veteris urbis nomen Britonum temporibus fuiſſe, ſed Cairgrantum à vicino fluvio, qui *Granta* ſive *Gronta* & non **Cante**, dicitur, authoribus Felice in vita D. Guthelaci Crulandenſis, & Gulielmo Rameſegano. Unde ipſa etiam urbs ab antiquiſſimo ſcriptore Nēnio in urbium elencho *Granta* dicitur.

pag.107. Aſſerius Menevenſis, qui tamen longo poſt Bedam tempore ſcripſit, ſemel atque iterum loci cujuſdam (**Grantbridge**) dicti (ſic enim vocat) meminit. Sed à nemine credo eo antiquiore ſcriptore hoc nomen uſurpatum eſt. Londinenſis tamen vult, omnem omni ætati & tempori quadrare, & quaſi fortuitam eſſe appellationem.

pag.108. Oxonienſis in aſſertione ſua cum Laylando dicit, Grantam à vicino flumine Granta nomen habuiſſe, quæ poſterioribus ſeculis *Grantabrigia*, i. *Grantanus pons*, & hodie, ſed corrupte tamen, *Cantabrigia* & *Cambrigia* dicitur. verum vocabuli etymon ex illius, non ſua, ſententia aperuit.

pag.108. *P.492. *Londinenſis authores ſuos, in temporum ſupputatione diſcrepantes, gloſſematis ſuis excuſat, ſed ineptiſſime, per Euſebium, Martinum, Oroſium, Biblia, 70. interpretes, Bedam, Dionyſium, & Judæos: partim etiam per ſcribarum oſcitantiam. Hæc inter eccleſiaſticos ſcriptores variarum gentium, ætatum & temporum, admittenda forſitan excuſatio: ſed in iſtis prophanis talis temporum varietas admitti non debet. Non poteſt igitur hac ratione eorum diſſonantia conciliari: niſi ter mille annorum diſcrepantiam prophanis concedendam putes, ubi in eccleſiaſticis ſcriptoribus (quod ad hujuſmodi rerum circumſtantias attinet) nuſquam ſupra 300. annos indultos eſſe ſcias.

Aſtute faciunt, dum de induſtria diſſident hiſtorici, quos numerat Londinenſis: qui ne viderentur in mendacio conſpirare, varia maluerunt quam omnino eadem de re una prodere, præſertim ubi citra vetuſtatis teſtimonium loquuntur, ſine quo nullius ſunt authoritatis quæ illi ſcribunt. Quis enim ex poſteriorum ſeculorum ſcriptoribus certi quicquam de rebus, à ſuo tempore remotiſſimis, ſcribere poteſt, quod ex vetuſtioribus hiſtoricis non collegerat? Jam vero nullus ex Londinenſ. decade Gulielmi, Neuſtriorum ducis, *ætatem anteceſſerat: nullus pro ſe veterum teſtimonium adfert. Nihil igitur agerent, tametſi conſentirent, tam obſcuri ſcriptores. Ad hæc 100. ſunt, aut eo amplius, recepti & approbatiſſimi authores, ſuperius nominati, qui Cantabrum alto ſilentio pertranſeunt. *P. 493.

De Lucio inter ſcriptores levis error, fortaſſe duorum, trium, aut 10. annorum, admittitur, de tempore mortis, regni, ætatis, & ejuſmodi. Hîc poterit eſſe excuſationi locus: ſed illi incredibiliter diſſentiunt; nec quiſquam eorum, uno excepto, Gurguntium, te authore, anno Mundi 3388. regnantem, Cantabro coætaneum facit. Nec in eo per omnia conveniunt, viz. Cantabrum authorem ejus academiæ fuiſſe: nec commoda aliqua conciliatione componi poſſunt. pag. 109.

Gurguntium & Cantabrum neſcio qua arte contem- pag. 113.

poraneos eſſe colligis, quemadmodum Eleutherius & Lucius, qui, tuorum ſcriptorum teſtimonio, diverſis ſeculis vixere.

pag. 116. Alphredus, teſte Aſſero, Danorum metu totam propemodum Weſtſaxoniam occupantium, in Æthelinga & alibi ad tempus deliteſcens, poſtea, recuperato regno, multa pia & egregia facinora perfecit. Pauciſſimi tamen poſt ejuſmodi fortunæ ludibria in integrum reſtituti ſunt: in quorum numero Cantabrum fuiſſe adeo non conſtat, ut nec in rerum natura exſtitiſſe unquam.

pag. 114. *P. 494. * Æque ingratitudinis notam ſubire debet, qui Galeni temperatum, Quintiliani Oratorem, Homeri οὔπνα, aut Ariſtotelis perfecte felicem male tractaverit, atque is qui Cantabrum tuum, hominem nobilem, ſed Utopienſem, probris inſectatur.

pag. 115. & ſeq. Cantabri tui tam incerta ſunt omnia, parentes, natales, patria, vitæ conditio, cognatio, fortuna, exſilii cauſſa &c. ut mirum ſit, te, tanquam de his omnibus certiſſimum, eum tum nobilem genere, tum neſcio cujus regis aut ducis filium, affirmare auſum eſſe. Hîc autem quid attinet tam multa de Bruto, Antenore, Brenno, Conſtantino magno, Richardo 2°, & aliis commemorare, quum hos aliquando vixiſſe, & tales quidem fuiſſe, quales ab hiſtoricis paſſim prædicantur, nemo dubitet? Cantabrum autem non niſi pauci apocryphi, iidemque anonymi, memorant, ita tamen, ut de eo nihil quicquam certi ſtatuant.

Stultum eſt, urbis alicujus initium ei tribuere authori, de cujus vita aut conditione apud fide dignos authores nuſquam conſtet. Sed ut concedatur, Cairgrantam aut Granteceſtriam à Cantabro eſſe exſtructam, ac inibi ejus opera & impenſis academiam inſtitututam, qualem maxime exoptat Londinenſis, quæ tamen veterum ſcriptorum teſtimonio comprobare nunquam poterit: quid hoc ad hodiernæ Cantabrigiæ *antiquitatem facit, quæ tunc temporis non fuit? Alia ſiquidem vetus, alia nova urbs: quæ non tam nomine, quam ſitu etiam erant diverſæ. Proinde ad novam non ſpectant, quæ de veteris initio, incremento, & per Saxones everſione, ut neque fabuloſa omnia, quæ de Cantabro referuntur: niſi putes forſan, novam urbem jure quodam hereditario veteris antiquitatem ſortiri: ac ſi quis ideo Fani S^ti^. Albani antiquitatem ab urbe veteri Verulamio peteret, quod proxime poſt hujus excidium in vicino admodum loco ſurrexerat. Duo igitur reſtant probanda. Primum viz. de quo orta eſt contentio, Cantabrum olim fuiſſe, ac talem qualem Cantabrigienſes illum faciunt: Secundum, veterem & novam urbem, eandem omnino fuiſſe. *P. 495.

Sed, ut error omnis in re controverſa manifeſtior evadat, Laylandum in annotationibus in Cygneam Cantionem, quo loco de Granta loquitur, audiamus.

"Percognito", inquit, "jam Grantæ fluminis curſu, non erit erudito injucundum lectori cognoſcere, quæ fata veteris, & incrementa novæ Grantæ fuerint: utque academia, quæ ibi longe florentiſſima eſt, exordium ſumpſerit. Subſerviam igitur, ſed compendio, ſtudioſorum votis. Granta, antiqua quidem illa, concuſſa bellis Saxonicis, & civibus vel fugatis, vel interfectis, indies *magis magiſque ad ruinam inclinabat: id quod ex 19° cap. lib. 4^i^. hiſt. Bedæ apparet. Nam deſolatam ſuo fuiſſe tempore ſcribit, Nova autem, quæ nunc *Grantanus pons* dicitur, Saxones conditores habuit. At cujus hoc factum regis imperio, ex hiſtoria, quod ego ſciam, nulla liquido *P. 496.

"conſtat. Conſtat autem, Sigebertum, regem Orientalium Anglorum, cujus ditionis & tunc Granta fuit, ac Felicem Burgundionem, epiſcopum Dunovicanum, novæ urbi faviſſe. Conſenſus etiam ſcriptorum illis attribuit gloriam gymnaſii ibidem, auſpice Chriſto, inſtituti. c". Cujus ex verbis apertiſſime liquet, non hodiernam urbem, quæ *Cantabrigia* dicitur, eandem eſſe cum ea, quæ antiquitus *Cairgrantum*, & *Granteceſtria* vocabatur. Non enim hîc, ut Londinenſis ejuſque mercenarii, omnia temere confundit: ſed ſuum utrique urbi nomen & locum docte ac diſerte tribuit.

Vocabulum porro **Grantbrydge** recentius fatetur, dum initio ejuſdem annotationis ita ſcribit. "Granta" (nam hoc nomen utrique urbi commune eſt) "Britannice" (inquit) "**Cairgrant**, Saxonice **Grantceſtre**, & vocabulo recentiori **Grantbridge**, corrupte autem, mutata *G* in *C*, & ablata *R* litera, **Cantebridge**; & mutata rurſus *N* in *M* & ſublata *T*, **Cambridge** dicta eſt" Hæc doctiſſ. pariter ac diligentiſſ. antiquarius Jo. Laylandus, vetuſta nomina à recentioribus, * P. 497. ſynceraque à corruptis, diſtinguens, ac ſuum denique *cuique genti ac ætati nomen tribuens, clariſſime ſcribit. Quæ omnia Londinenſis ſuo more confundit pag. 107. his verbis: *En civitatis nomina* &c. Quæ ejus profecto ignoratio dicam an diſſimulatio? magnam hîc confuſionem parit, ipſiſſimam dubio procul totius controverſiæ noſtræ parentem.

Idem quoque Laylandus veteris urbis ſitum ab hodierno diverſum monſtrat, quo loco Grantæ fluminis curſum deſcribit: cujus hæc ſunt verba: *Ab antiqua Granta, jam villa ruſtica, ad Grantanum pontem, oppidum nundinarum frequentia, & academiæ celebritate cognitiſſimum, pergit.* &c. Ecce tibi utramque urbem, novam & veterem, cujus adhuc manere vetus nomen, quantumvis tu id diſſimulatum cupias, certum eſt. Nec dubium, quin eodem in loco ſteterit, ubi modo ruſtica illa villa eſt, quæ in hodiernum uſque diem antiquum nomen retinet, vulgò **Grantceſtre** dicta, quæ tamen magna ex parte, exceptis ruſticanis aliquot ædificiis, vel ager eſt compaſcuus, vel aratrum hodie patitur.

Tradit Baleus in Edwardo Seniore, Laylandum ſecutus authorem, *hiſtoriographos aliquot, inter quos* (inquit) *ſunt Ranulphus Higdenus Ceſtrienſis & Jo. Roſſus Warwicenſis, attribuiſſe huic gloriam Grantanæ academiæ, violenter à Danis concuſſæ, & poſtea reparatæ.* Tantum Baleus ex Laylando. Ceterum, ut quod verum eſt libere *dicam, nihil tale à Ranulpho commemoratur, ut neque apud Roſſum Danicæ cladis mentio habetur. Hic namque, neſcio quem ſecutus authorem, veteris urbis excidium (de quo meminit Beda lib. 4. cap. 29.) Gregorianæ academiarum ſuſpenſioni aſcribit, quum revera (ut antea non ſemel dixi) Saxonum violentia deleta eſt longo ante Danorum in hanc inſulam appulſum tempore. Neque unquam poſt ædificata aut reparata legitur apud ullum, præſertim idoneum aut certæ fidei, ſcriptorem, niſi quis forſan novæ urbis alio in loco exſtructionem veteris reparationem nimiſquam abſurde vocare velit. Urbs ergo illa, quam ob ſuſpenſionem deſtructam ac deſolatam dicit, vetus indubie Granteceſtria fuerat, non quæ hodie Cantabrigia dicitur, quam eo tempore vix inceptam fuiſſe facile crediderim. Et quod poſtea per Edwardum ſeniorem factum ſcribit, in nova urbe factum eſſe quis dubitat? Nam vetus, longo ante ejus ætatem tempore, tantum non funditus everſa eſt. Ideoque quam hic vocat *repara-*

pag. 130.

*P. 498.

tionem, *primaria* procul dubio hodiernæ academiæ *fundatio* fuerit, niſi mavis, à Croylandienſibus monachis initium accepiſſe. Nam ad Sigebertum quod attinet, academiam non fundavit, ſed pædagogium, quaſi futuræ academiæ fundamentum, jecit.

Sed jam Roſſum[1] ipſum, ſive potius Thomam Rud-
burnum ex Roſſo loquentem audiamus. “Rex Ed-
“wardus, dictus *Senior*, patri ſuo Aluredo hereditarie
“ſucceſſit, qui quamvis patri in literatura erat inæqua-
“lis, potentia tamen erat major. Proficientes etiam
“in ſcholis adamavit, & ad dignitates eccleſiaſticas,
*P. 499. “ſecundum *merita ſua, moribus & vita ſublimavit.
“Propterea ad Clerimoniam augmentandam, ſicut pa-
“ter ejus Oxoniam, ſic ipſe Cantabrigiam, ab antiquo
“cum ceteris ſtudiis generalibus ſuſpenſam, deſola-
“tam, & deſtructam, iterum ad primam gloriam ere-
“xit, necnon ibi aulas ſtudentium, & doctorum ma-
“giſtrorumque cathedras & ſedilia, ut dilectiſſimi cle-
“ri nutritor, amator, & defenſor, ſuis ſumptibus eri-
“gi & fabricari præcepit. Ab Oxoniæ namque Uni-
“verſitate, quam pater ſuus nobilis rex Alfredus ere-
“xerat, magiſtros artium, quas liberales vocamus, pa-
“riterque in ſacra theologia doctores advocavit. Hæc
“Thomas Rodburne in Chronico majori”. Subjun-
git idem Roſſus. “Sed plenius hæc vidi Wintoniæ
“in abbathia de Hida in quadam antiqua tabula, cu-
“jus copiam inde habui, & habeo. Et in dicta abba-
“thia ambo reges prædicti Aluredus & Edwardus ſunt
“conſepulti. Eſt etiam idem proceſſus ibi in bene in-
“dictata nobili chronica, quæ de vetuſta & antiqua
“manu iterum, ne periret, nova manu & placida ſcri-

---

[1] *Vide Roſſi Hiſt. regum Angliæ à nobis edit. p.* 96.

“pta eſt, ut egomet vidi benevola licentia Domini abbatis ejuſdem loci”. Hucuſque Roſſus.

Quibus etiam quæ ex Chronico D. Swithuni citantur adjicito, & veram hodiernæ academiæ originem habeto, quæ à noſtra, ut vides, promanârat. Nam cum Granteceſtrenſi, ut ſæpe diximus, nihil nobis negotii.

Quod ad privilegium Edwardi Senioris attinet, ſi nihil aliud, ſaltem ineptæ illæ ac pueriles locutiones, & regia majeſtate indignæ, adulterationem manifeſte arguunt. Accedit * etiam, quod ejus ætate nomen (ut videtur) *Cantabrigia* in uſu adhuc non fuit. Nam Aſſer, qui circa illa tempora vixerat, eandem urbem ſemel atque iterum **Grantbridge**, at nuſquam *Cantabrigiam*, appellat. Ex ejuſdem igitur architecti officina bullæ ac dyplomata veſtra omnia videntur eſſe profecta.

* P. 500.

Aliam adhuc affert jacentis academiæ ſuæ per Croylandienſes monachos inſtaurationem, quam alii *primam* ejus *fundationem* (& meritò quidem, ſi minus Edwardum Seniorem pro veſtro conditore agnoveritis) appellarunt. Nam & hodiernæ ſcholæ ſuum etiam dare conditorem oportet: qui nullo modo (ut ſæpiſſime eſt dictum) Cantaber fuerat, cui ſatis ſuperque fuerat Granteceſtrenſem exſtruxiſſe. Sed quoniam Croilandienſium monachorum factum attingis tantum, ſuppreſſis fere quæ rei veritatem illuſtrare queant, integram hiſtoriam ex Petri Bleſenſis coronide, quam Jeoffridi hiſtoriæ addiderat, recitare hìc libet, quæ in hunc habet modum. “Jeoffridus, abbas Croylandiæ tempore *Henrici primi*, miſit ad Cottenham manerium ſuum juxta Cantabrigiam Dominum Giſlebertum commonachum ſuum, cum aliis tribus monachis, ad impetrandam benevolentiam vicinorum ad reædificationem Croylandiæ, quod ut facilius efficeretur, ad-

pag. 132.

Belloclerici viz.

"adeptus eſt abbas indulgentiam Papæ omnibus largientibus. Hi igitur, conducto horreo magno Cantabrigiæ, palam profeſſi ſunt logicam, philoſophiam, *P. 501. & theologiam: * & infra annum adeo excrevit auditorum numerus, ut ſeſe in turmas dividerent, ſecundum morem Aurelianenſis ſtudii. Et ex hoc parvo fonte emanavit magnus ille fluvius, qui nunc per magiſtros & doctores ſuos totam Angliam irrigat". Hæc Petrus Bleſenſis, qui Henrici ſecundi, cui erat à ſacris, vitam deſcripſit, ut in ejus epiſtolis videre licet: de cujus hiſtoriæ fide, quum tam vicinus illis temporibus vixerit author, quis dubitare poterit? Quare, nec mirandum eſt, ſi Jeofflinus abbas, quem Croilandenſem hiſtoricum appellat, quum videret vicinam Cantabrigiam tam ſubito monachorum ſuorum opera inſignem factam eſſe academiam, in hanc, præ gaudio, proruperit exclamationem, (quam ſupra pag. 57. *Cantabrigiæ laudationem* in margine libri dici invenies:) *Jam magnam videmus, jam lætificatam* c.

pag. 134. Alcwinum non ſtuduiſſe Cantabrigiæ credibile eſſe quid vetat, hac de cauſſa, quod ejus præceptor Beda, non ibi, ſed in Giruicenſi cœnobio docuerat?

Baleus oſtendit, Bedam diſcipulos habuiſſe Rabanum, Clementem, & Jo. Scotum: non tamen Cantabrigiæ, ſed in Girwicenſi & Wirmuthenſi monaſteriis. "Nam," ut ſcribit Florilegus A°. *727.* "erant doctrina & ſcholæ Anglorum, à temporibus S^{ti}. Auguſtini, per Romanos pontifices interdictæ, propter aſſiduas hæreſes, quæ in adventu Anglorum in Britanniam *P. 502. emerſerant &c." Et ideo ad majora ſolum mo*naſteria bonarum literarum profeſſio Gregoriano decreto relegata eſt, teſte Laylando & aliis. Itaque (ut idem ſcribit Laylandus) "Theodorus & Adrianus docebant

“bant Duroverni Cantiorum, Maydulphus Bladuni, quod oppidum hodie *Maydulphi curia*, Angl. **Malmeſbury**, vocatur, ubi etiam Aldelmus, vir regii generis, prælegebat. Boſillus & Oſtophorus in ſinu Phario ſtudia bonarum promovebant artium. Flaccus Albinus, qui & Alcwinus, Iſurovici, hoc eſt, Eboraci, profitebatur. Acca idem præſtitit Haguſtalduni. Beda vero Gerovici, & in Vedræ fluminis oſtiis, ut alios omittam multos”. Hæc Laylandus.

Bedæ locus in Epitome hiſtoriæ gentis Anglorum. pag. 136.

“Hæc de hiſtoria eccleſiaſtica Britannorum, & maxime gentis Anglorum, prout vel ex literis antiquorum, vel traditione majorum, vel ex mea ipſe cognitione ſcire potui, Domino adjuvante, digeſſi Beda Dei famulus & presbiter monaſterii beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ad Wirimundam & Giruum: qui natus in territorio ejuſdem monaſterii, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus ſum educandus reverendiſſimo abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido; cunctumq; ex eo tempus vitæ in monaſterii habitatione peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedi: atque inter obſervantiam diſciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in eccleſia curam, ſemper *aut diſcere, aut docere, aut ſcribere dulce habui. Decimo nono autem vitæ meæ anno diaconatum, triceſimo gradum presbyteratus, utrumque per miniſterium reverendiſſimi epiſcopi Joannis, jubente Ceolfrido abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti presbyteratus uſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum, hæc in Scripturam ſanctam, meæ meorumque neceſſitati, ex opuſculis venerabilium patrum breviter an-

* P. 503.

"notare, ſive etiam ad formam ſenſus & interpreta-"tionis eorum ſuperadjicere, curavi". His Bedæ verbis quam male conveniat interpretatio, vel divinatio potius, Londinenſis noſtri pag. 136. aliorum eſto judicium.

Affirmat Baleus, Bedam nunquam Britanniæ limites egreſſum eſſe. Nec dubito, quin illi opinionis ſuæ ratio optime conſtiterit. Non enim ſolus eſt in ea ſententia Baleus, ſed Ranulphus quoque, & alii authoritatis non contemnendæ. Tu tamen mortuo jam homini tutò convitiari poteris: quando (juxta proverbium) *mortui non mordent*. Quod ad Oxonienſem attinet, abſolute nihil quicquam pronunciat: ſtudiorum autem gratia Bedam non exiiſſe monaſterium dicit, ex collatione tantùm locutus. pag. 416.

Excuſari in eo poterit Baleus, quod ætatem omnem ſub uno abbate in cœnobiis Wirmuthenſi & Giruicenſi Bedam exegiſſe ait, præſertim ſi quis ex hiſtoria perpetuam fere Benedicti à monaſterio ſuo abſentiam con-
* P. 504. ſideret: quem Ranulphus lib. 5°. cap. 16°. * quinquies Romam adiiſſe, & pene tota vita peregrinatum eſſe affirmat.

At ſi id quoque offendit, quod ex uno duo faciat monaſteria (nam Aſſer, Florilegus & aliquot alii unius tantùm meminere) dubium tamen non eſt, quin in duobus (ut Baleus dicit) vixerit, Geruicenſi viz. & Wirmuthenſi, quod Beda ipſe affirmat: quorum utrunque à præfato Benedicto Biſcopo fundatum erat, & alterum D. Petro, alterum D. Paulo dicatum: de quibus idem Ranulphus loco ſuperius citato ex primo Gulielmi Malmesburienſis de pontificibus ita ſcribit. "Duo "monaſteria" (de Benedicto loquitur) "S^ti^ Petri & "Pauli ſuper ripas Wyri fluminis in gyrum hinc inde "conſtruxit, quibus utriſque jure abbatis præfuit" &c. Quæ duo monaſteria, quoniam ab uno eodemque regebantur abbate, pro uno à ſcriptoribus habentur. In iis autem fertur, eundem Benedictum 600. monachos ſub Benedicti Nurſini inſtituto foviſſe.

Baleus ut à Gregorio 2° Bedam per literas vocatum fatetur, ita à Sergio non vocatum nuſquam (quod ſciam) ſcribit. Nec dubito quin probabili ratione ductus hæc aſſeruerit: nam & rem magis veriſimilem facit, quod Platina de Leone 3° Imperatore in vita Gregorii 2ⁱ ſcriptum reliquit. Nam de tollendis è Chriſtianorum templis divorum imaginibus eo tempore inter Ro. pontificem & Imperatorem ſumma contentione agebatur. Non mirum igitur, ſi in tam gravi controverſia Romam tantus * theologus, pro illo ſedando ſchiſmate, ab eo Pontifice vocatus fuerit. * P. 505.

De Bedæ Romam profectione ſi tecum contendere liberet, Ranulphum Ceſtrenſem, ſummæ fidei ſcriptorem, ignoto tuo ſcriptori opponerem, qui longe ſecus ſcribit. Cujus verba lib. 5°. cap. 24. hoc modo ſe habent. "Hîc ſuccumbit ingenium, deficit eloquium, "ſufficienter admirari hominem" (Bedam intelligit) "à ſcholaſtico exercitio tam ſemotum, ſub tantillo vi"tæ ſpacio, tam ſobrio ſermone tanta elaboraſſe volu"mina; ex quibus conjicio, illum Romæ nunquam "fuiſſe, quamvis aliqui contendant, eum Romam iviſſe, "ut libros ſuos eccleſiaſticæ convenire doctrinæ præ"ſens aſſereret, vel, ſi reſultarent, apoſtolico nutu cor"riperet". Hujus authoritatem nemo ſanæ mentis minus approbati ſcriptoris qualicunq; teſtimonio poſtponet. Hinc colligas, eundem Bedam nec Cantabrigiæ ſtuduiſſe, nec in aliqua academia verſatum fuiſſe, quum dicat, à ſcholaſtico exercitio illum ita ſemotum fuiſſe. In academiis namque omnia diatribis ac ſcholaſticis conflictatiunculis fervere ſolent. Præterea hoc addo. Si unquam in eo ſtuduerit gymnaſio, longe profecto ingratiſſimus haberi debet, qui ne ſemel quidem de altrici academia per omnem ſuam hiſtoriam mentionem fecit.

Si Beda à Sergio papa, ut ſcribis, graviſſimis de cauſſis Romam accerſitus fuerat, non eſt veriſimile, illum, quaſi pontificii mandati oblitum, aut aſpernatum, Pariſiis aliquandiu profitendarum literarum gratia commoratum fuiſſe, *& non potius velis equiſque, ut aiunt, eo properaſſe quo eſſet vocatus, ne, qui vocarat, longiorem in itinere moram ſui contemptum interpretaretur. *P. 506.

Locum iſtum ex T. Livii libro 7°. decad. 1ª productum, ubi de Curtio lacu ſermonem habet, ibi tum nihil pro te facere comperies, quum proxime præcedentia verba rite expenderis. Ita namque ſcribit. *Cura non deeſſet, ſi qua ad verum via inquirentem ferret. Nunc famæ rerum ſtandum, ubi certam derogat vetuſtas fidem.* Hæc Livius. Hujus loci genuinus ſenſus docet, non antea ad vulgatæ famæ præſidium confugiendum eſſe, quam, ad veri inveſtigationem omnem aliam tibi deeſſe rationem, cognoveris, quod hîc uſu venire neutiquam poterit. Nam, ut recentiores taceam, approbatiſſimæ fidei ſcriptores veteres, Aſſer nimirum, Malmesburienſis, Rogerus de Ceſtria, Ranulphus Higdenus, Matthæus Florilegus, & alii complures, de Bedæ vita, moribus, doctrina, & obitu, diligentiſſime ſcripſerunt, nihil omittentes, quod de eo ſcitu dignum judicarunt. Sed apud hos, & ſimiles ſcriptores, quod Cantabrigiæ ſtuduerit inveniri non poteſt. Ad vulgus igitur & Cantabrigienſes tanquam fabula rejiciatur. Neque enim hîc Livius famæ ſic ſtandum cenſet. O-

Oxonienſis pag. 399. his verbis, *Quocirca, multo probabiliora ſunt* c. de urbe tantum non de academia eſt locutus, ac de ſolo Gorbomanno, de Sigeberto non item: hunc non aliter academiæ Cantabrigienſis inſtitutorem admittit, niſi quatenus futuræ (ut ſæpe dictum eſt) academiæ veluti fundamenta primus jecerit. Nam quæ Laylandus, Polydorus, Baleus, & *alii recentiores, hac de re ſcribunt, eatenus amplecti debet, quatenus veterum inſiſtunt veſtigiis, à quibus ſi aliquando exorbitent, non video, cur debeat adhæreſcere. Neque ideo eo loci probabilius eſſe quicquam contendit, quod ſenſerit, hoſpites nunquam fuiſſe de aliena republica bene meritos, ſed quod fere majore conſtent fide, quæ regum potentia perficiuntur, quam quæ à tenuioris fortunæ hominibus, miſeris præſertim ac calamitoſis, geſta narrantur, qualem fuiſſe Cantabrum negari non poteſt. *P. 507.

Author Promptuarii linguæ Latinæ *probabile* vocat, quod licet verum non ſit, videtur tamen rationibus probari poſſe. i. credibile, veriſimile, &c. pag. 151.

Gulielmus Parvus Neoburgenſis lib. I°. cap. 28. fabuloſam hanc ſcribit hiſtoriam. "Dum in lapidicina "quadam petra ingens ferramentis finderetur, apparuere duo canes, capacem ſui in eadem petra concavitatem replentes abſque omni ſpiraculo. Videbantur autem eſſe ex eo canum genere, quos leporarios "vocant, ſed vultu truces, odore graves, pilorum expertes: quorum unus, ut dicitur, cito defecit, alterum ſtupendæ edacitatis Henricus, Wintonienſis epiſcopus, diebus plurimis in deliciis habuit." Hæc G. Parvus, apud quem in eodem & præcedenti cap. multa parem vanitatem reſipiunt.

Non diſſimile eſt quod Sylveſter Gyraldus, in Itine-

*P. 508. nerario Cambriæ, de Pygmæis, *à puero quodam, antrum ingreſſo, repertis, narrat. Et quod Ranulphus Ceſtrienſis lib. 7°. cap. 22°. Henrici 2ⁱ. temporibus contigiſſe narrat. Sexcenta hujuſmodi alia apud non contemnendos authores occurrunt, quibus, propter narrantium authoritatem, adhibere, abſque delectu, fidem, ſtultum quidem eſſe dixeris. Legendi ſunt igitur etiam probati ſcriptores cum delectu & judicio.

157. Concipio quidem aliam, quam tu hactenus hiſce de rebus prodidiſti, veritatem, quam licet corporeis oculis intueri nequeas, mentis tamen acumine, ſi rem expiſcari liberet, facile poſſes intelligere. Sed quando iſtud facere in animum inducere non potes, age, ipſemet mentis feneſtras aperiam tibi, ut omnia intuenti clariſſime appareant. Primum, ſentio, meras eſſe & aniles fabulas, quæ tu ac tui de Cantabro ſcribitis. Deinde, ſi unquam Granteceſtriæ fuerit academia, illam quidem omnino diverſam eſſe ab ea, quæ hodie Cantabrigiæ floret. Cenſeo præterea, vocabulum *Cantabrigia*, ſeu potius *Grantbrigia*, recentius eſſe nomen, nec antea cognitum, quam novæ inditum urbi fuiſſet: quæ ipſa ſane Alfredi tempore adeo obſcura erat, ut Aſſer, de illa locutus, nec urbis nec pagi nomine dignatus ſit, ita A°. 875. ſcribens. " Altera quoque pars, " cum Guthran, & Osketello, & Auando, tribus Pa-" ganorum regibus, ad locum, qui dicitur **Grantbrige**,
*P. 509. " pervenit". Hæc ille, prorſus nulla de acade*mia facta mentione. Cenſeo etiam cum Beda, Matthæo Florilego, Rogero de Ceſtria, Ranulpho Ceſtrienſi, ac aliis antiquis ſcriptoribus, Sigebertum ejus academiæ non fuiſſe primum conditorem, ſed pædagogium inibi conſtruxiſſe, & ita veluti futuræ academiæ fundamenta jeciſſe: quemadmodum, & veros hodierni gymnaſii inſti-

ſtitutores, ſi non Edwardum Seniorem, Alfredi filium, pro fundatore agnoveritis, Croylandienſes monachos Henrici 2^{i} temporibus (ut ex Petri Bleſenſis authoritate liquet) fuiſſe non ſemel dixi.

Erant aliquando ſummo in pretio glandes, quorum tamen uſus, repertis frugibus, vileſcere cœpit. Ita & fabuloſa veterum barbaries, ſimplicitati juncta, ſuos quondam habebat admiratores, quam tamen inſecuta doctior ætas non immerito contempſit, &, repertis veritatis frugibus, ἅλις δρυὸς exclamant omnes. Hæc non ideo dico, quod antiquis ſcriptoribus ſuam deberi venerationem negare velim, ſed quòd ita deberi ſciam, ut vetuſtatis ergô eorum mendacia & errores ne amplexemur. Eatenus enim recipiendi ſunt, quatenus vera, aut veris conſona, ſuis ſcriptis nobis explicant. 161.

Ranulphus Ceſtrenſis lib. 3. cap. 22. ſic habet. "Cir- 162.
"ca hæc tempora Gurguntius Bartruc, filius Belini,
"regis Britannorum, rediens de Dacia, tributa negan-
"te, invenit juxta Orchades 30. naves, Balenſibus *ple- *P. 510.
"nas, de oris Hiſpaniæ illuc advectas, quas cum duce
"illorum Bartholomæo miſit ad terram Hiberniæ,
"omni incola tunc carentem". &c. de Cantabro ne gry quidem.

Quod porro aſſeris, ex Gildæ de geſtis Britonum & Matthæi Florilegi authoritate, rectius *Partholomum*, ſive *Partholinum* ex aliis, quam *Bartholomæum*, ſcribi oportere: certe *Partholomus* apud hunc neutiquam habetur, ſed in quibuſdam manu ſcriptis codicibus *Protholoin*, in aliis vero *Partholoim*, legitur. Similiter quidam codices Monemuthenſis *Partholoim*, quidam *Paraloim*, alii vero *Bartholmi*, habent. Et proinde, in tanta lectionum varietate, mihi tutius videbatur, cum Polydoro, Ranulpho, ac incerto illo authore, barbarum nomen in *Bartholomæum* vertere, quam in diverſa, nullo ducente, diſtrahi.

162.163. Quum Londinenſis alibi, Gurguntii temporibus Cantabrigiam à Cantabro conſtructam eſſe dixerit omnium conſenſu: adduxit Oxonienſis ingentem ſcriptorum numerum, 80. viz. & eo amplius, receptiſſ. ſcriptores, qui in hoc, cum paucis illis anonymis ſuis, ac minus receptæ fidei authoribus, nec conſenſerunt, nec Cantabri ſemel quidem meminerunt. Nuſquam hic argumenta depromit ab authoritate negative, ut Londinenſis.

163. Matthæus Florilegus, licet ſuppreſſo Oxoniæ nomine, mentionem ejus fecit, quo loco de eleemoſinis Alfredi loquitur his verbis. "Secundam denique partem,
"quæ ex annuo ad eum cenſu ſpectabat, in tres dividens
*P.511. "por*tiones, primam pauperibus, 2^{am} cœnobiis, ter-
"tiam ſcholæ, quam ex multis Galliæ aliiſque remotis
"regionibus congregaverat, clericis & doctoribus, ſe-
"cundum ſingulorum ſufficientiam, deputaverat". Hæc
Florilegus, Aſſerum Menevienſem veluti interpretatus: cujus verba in alium ſenſum Londinenſis miſere detorquet.

167. De titulo hiſtoriæ à Beda conſcriptæ, & capitis numero, rebus non magni momenti, nimium curioſus eſt Londinenſis. Nam quod ad titulum ſpectat, nihil refert, hac an illa inſcriptione utaris: caput autem in impreſſis codicibus eſt 18^{um}. quod in ſcriptis eſt 17^{um}.

ibidem. Cur Londinenſis ſibi id indulgeat, quod Oxonienſi non concedit? Nam is unum & eundem authorem ex Lydgato, & alibi ex Malmesburienſi, Gyldam, non qua lingua ſcripſerat, ſed Cambrice loquentem, & Alphredum Beverlacenſem ex eodem item Lydgato citat.

Quæ de veterum teſtimoniis dixit Oxonienſis, non ita ſunt accipienda, ac ſi affirmaret aut ſentiret, illos Sigebertum Cantabrigienſis academiæ authorem nominatim facere: nec ita Bedæ verba (ut alii, qui inde primam Cantabrigienſis academiæ originem colligunt) accipi oportere cenſet. Sed juxta probatiſſimorum judicium & conſenſum, quæ à Beda, Florilego, & aliis de Sigeberti ſcholis referuntur, interpretatus,* ex ſuppoſitione ad hunc modum argumentatur. Si Cantabrigiæ Sigebertus ullam omnino ſcholam inſtituit, talis equidem fuerat, qualem in aliis regni ſui locis inſtituerat. ergo alterum ſequi debet, fuiſſe eas omnes vel grammaticales (ut vocant) ſcholas, vel (quod nemo concedet) academias. Nunc autem, ne vocis ignoratio confuſionem pariat, Academia appellanda venit, non quælibet ſchola, ſed celebre approbatumque gymnaſium, ubi non tam linguarum, quam omnium ingenuarum artium, publica eſt profeſſio. *P. 512.

Hoc audacter affirmare auſim. Si Sigebertum primum academiæ iſtius fundatorem, hoc tamen ſenſu, ut ſæpe dixi, quod primus futuræ academiæ quaſi fundamenta, locato inibi, ut dicunt, pædagogio, jecerit, non agnoveris, ejus vel Edwardum ſeniorem, vel Croylandienſes ſaltem monachos pro primis inſtitutoribus, agnoſcas eſt neceſſum. 168.

Pugnantia loqui Oxonienſem ex eo contendit, quod affirmaverit, Bedam expreſſe Grantanæ ſcholæ non meminiſſe: & eundem Bedam aperte confirmaſſe, pædagogium fuiſſe, quod à Sigeberto inſtitutum eſt. Et ut re ipſa, quæ ſibi minime contradicunt, pugnare videantur, fingit, Oxonienſem pædagogium iſtud Cantabrigiæ, tanquam materiæ ſubjectæ, accommodaſſe, quod nuſquam facit, ſed alios * quidem non poſtremæ notæ ſcriptores iſtud facere dicit. *P. 513.

169. Laylandus in annotat. in Cygneam cantionem ita ſcribit. "Conſtat autem, Sigebertum, regem Orientalium Anglorum, cujus & ditionis tum Granta fuit, ac Felicem Burgundionem, epiſcopum Dunovicanum, novæ urbi faviſſe. Conſenſus etiam ſcriptorum illis attribuit gloriam gymnaſii ibidem, auſpice Chriſto, inſtituti". Hinc colligitur quod quærit Londinenſis. Nam ſi faverit novæ urbi, ut hic affirmat, ubi potius ſcholam illam, ſive unam potius ex ſcholis, quam in adamata urbe collocaſſet? Idem colligunt Baleus & Polydorus ex eodem Bedæ loco.

pag. 173. Dubium eſſe ſi cui fortaſſe videbitur, unam an plures condiderit ſcholas Sigebertus, ei ex Beda prima ſtatim fronte apparebit, unam condidiſſe tantum, ex aliis vero duobus, plures. Alioqui non dixiſſet Florilegus, *ſcholas per loca inſtituit*. i. in diverſis regni ſui locis. Sed nec veriſimile eſt, poſteriores duos à Beda diſſentire voluiſſe. Idem ergo ſcribunt omnes indubie, quod ad verborum ſenſum attinet, nimirum non unam tantum, ſed diverſas ſcholas à Sigeberto conditas eſſe. Sic & Matthæus Florilegus & alter ille, qui *regiæ hiſtoriæ* author fuerat, verum Bedæ ſenſum nobis explicuere: *quemadmodum & ante illos Gul. Malmesburienſis de Pontificibus & Rogerus de Ceſtria fecerunt, oſtendentes, Sigebertum *ſcholas per loca poſuiſſe*, ſed non omnes in uno aliquo loco. Neque item novum videri debet, *ſcholam* aliquando pro *ſcholis* accipi. Nam ſic habet Matthæus Florilegus, A°. gratiæ 727°. "Erant enim doctrina & ſchola Anglorum, à temporibus S^ti^ Auguſtini, per Romanos Pontifices interdictæ, propter aſſiduas hæreſes", &c. Ubi videas aperte, *ſcholam* idem quod *ſcholas* ſignificare. Quod ad numerum itaque attinet, nihil refert *ſcholam* an *ſcholas* dixe-

*P. 514.

xeris. Nec ideo à Polydoro & Baleo diſſenſeram, quod verbum *ſcholam* apud Bedam in *ſcholas* verterit, ſed quod Bedæ verba non ad veritatem hiſtoriæ, perinde ac debuerant, ſed ad reddenda ejus academiæ initia paulo illuſtriora, immutârant, quaſi plures eo loci ſcholas Sigebertus, contra quam Beda aſſerit, poſuiſſet.

Sigebertum *ſcholas per loca poſuiſſe* non ſic refert Florilegus, quaſi omnes in aliquo uno loco poſuiſſet, ſed variis in locis regni ſui. Nam & eadem alibi loquendi forma utitur idem author A° gratiæ 649. his verbis. "Qui" (de Cedda loquitur) "accepto epiſcopatus "gradu, ad provinciam rediit Orientalium Saxonum, "ubi per loca fabricavit eccleſias, presbyteros & dia"conos ordinavit." Ubi intelligendum eſt, * Ceddam non tam uno in loco plures ædificaſſe eccleſias, quam in ſingulis urbibus & pagis ſingulas. Quare infirma admodum videtur ea Londinenſis ratio. Scribit Florilegus, *Sigebertum ſcholas per loca ordinaſſe* (adde etiam cum Polydoro hæc verba ſi placet) *Cantabrigiæ præſertim: ergo Cantabrigiæ varias ſcholas condidit: & conſequenter* (ex falſa ſuppoſitione) *academiam.* Nam ſomniat, Oxonienſem per *ſcholas* in plurali numero *academiam* magis, quam per *ſcholam* in ſingulari numero, deſignare: & id dari oportere ſibi perſuadet, Sigebertum ſcholas plures Cantabrigiæ, ex hoc præſertim Florilegi teſtimonio, poſuiſſe. Hîc tamen nihil adeo præter chymæras ſibi fingit, neutrumque horum aſſequitur.

pag. 174.

* P. 515.

Non ita malè colligis, Academiam noſtram *ſcholam* fuiſſe *grammaticalem* in initio. Nam, ut ſcribit Raynulphus lib. 6. cap. 1. "Alphredi tempore nullus in toto "occidentali regno grammaticæ doctor extitit. Quam"obrem" (inquit) "ad conſilium beati Neoti abbatis,

pag. 175.

"quem crebro viſitaverat, ſcholas publicas variarum "artium apud Oxoniam primus inſtituit, quam multis "privilegiari procuravit". &c. Quibus verbis aperte liquet, grammaticam docentium inopiam cauſſam fuiſſe vel præcipuam, cur Alphredus collapſas ad Iſidis vadum ſcholas Neoti monitu repararet. Itaque ſcholam *P. 516. ibi grammaticalem haud dubie *inſtituit, ſed ita tamen, ut cum ea quoque alias bonarum artium ſcholas ordinarit, quemadmodum ex præcedentibus Ranulphi verbis liquido apparet.

Roſſus item de eadem re, ubi collegii Univerſitatis ab Alphredo fundati mentionem facit, hæc habet verba.

"[1] In prima dictæ Univerſitatis fundatione ipſe nobilis rex Aluredus infra urbis Oxoniæ mœnia doctores in grammatica, artibus, & theologia tribus locis "in nomine S^tæ^ Trinitatis ſuis ſumptibus inſtituit. In "quorum uno, in alto vico verſus portam orientalem "ſituato, 26. grammaticis & omnibus neceſſariis ipſam "aulam dotavit, & eam, propter ſcientiæ inferioritatem, parvam Univerſitatis aulam appellari decrevit, "& ſic in diebus meis appellata eſt. Aliam aulam verſus muros urbis boreales, ubi jam dicitur vicus ſcholarum, in ſumptibus neceſſariis pro dialecticis ſeu "philoſophis 26. abundanter conſtruxit: & hanc minorem aulam Univerſitatis appellari præcepit. Tertiam, in alto vico verſus portam orientalem fundatam, primæ aulæ occidentaliter contiguam, aulam "pro 26. theologis appellans, ſacræ ſcripturæ ſtudium "daturis, ordinavit, quibus & expenſas ſufficientes abundanter exhibuit. Multæ præter has in brevi aulæ

---

[1] *Vide Roſſum noſtrum, p.77.*

“ aliæ ſingularum fa*cultatum à Burgenſibus urbis & *P.517.
“ comprovincialium circumjacentium, deinde à remo-
“ tioribus provinciis, ſunt exortæ, licet non de regiis
“ expenſis, ſed regio gratioſe exemplo, feliciter cre-
“ verunt.

Hæc Roſſus de primis academiæ noſtræ ſtudioſorum ædibus. Habebant hæ. 3. ædes unum tantum præfectum, quem *Magiſtrum* vocabant: & tam parva quam minor aula etiam hodie à Magiſtro quidem & ſociis collegii Univerſitatis poſſidentur. His ſimilia ſcribit Baleus in Neoto.

Hoc ipſum, quod Roſſus ſcribit, confirmatur quodammodo ex aſſervatis collegii ipſius monumentis, quæ, lite pendente inter Gulielmum Abbatem de Oſney & Ricardum Magiſtrum collegii ſupradicti, primis annis Henrici ſexti, ab eodem Ricardo Witton, vocato ab adverſario in jus per nomen *Richardi Witton, cuſtodis ejuſdem collegii* c. ex archivis collegii coram judicibus ad hunc modum exhibebantur. [1]“Et prædictus Ri-
“ cardus in propria perſona ſua proteſtando dicit, Quòd,
“ ubi prædictus Abbas breve ſuum prædictum et c. tu-
“ lit, ipſum Ricardum per idem breve per nomen cu-
“ ſtodis magnæ aulæ Univerſitatis Oxon̄ nominando,
“ dicit, quod ipſe eſt magiſter ipſius aulæ, & per no-
“ men Magiſtri aulæ prædictæ cog*nitus, ac non per *P.518.
“ nomen cuſtodis magnæ aulæ prædictæ. & quod ipſe,
“ & omnes prædeceſſores ſui, Magiſtri ejuſdem aulæ,
“ per nomen Magiſtrorum ejuſdem aulæ, cogniti, ac
“ per nomen Magiſtrorum magnæ aulæ prædicti impla-
“ citati extiterunt. Quia dixit, quod magna aula præ-

---

[1] *Vide Briani Twyni Apolog. Antiq. Acad. Oxon. p.*189. *ut & Gloſſar. noſtr. ad Petr. Langtoſtum, voc.* **writ.**

“dicta eſt quoddam antiquum collegium, ex fundatione & patronatu prædicti Domini regis nunc, & progenitorum ſuorum quondam regum Angliæ, viz. ex fundatione quondam Domini Alfredi, quondam Regis, progenitoris Domini regis nunc prædicti, ante tempus à toto tempore cujus contrarii memoria hominum non exiſtit, ad Magiſtrum & 78. ſcholares, viz. ad 26. ſcholares gramatic. 26. ſcholares philoſophos, & 26. ſcholares theologos, ibidem erudiend. edocend. & ad fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti, S^{tæ} quoque eccleſiæ, ac jura, leges & conſuetudines Regni ſupportand. manutenend. & ſuſtentand. ac per nomen Magiſtri & ſcholarium magnæ aulæ prædictæ habiles facti & incorporati, ad quæcunque terras ſeu tenementa ſibi perquiſit. & in poſterum perquirend.” &c.

Frivola admodum eſt ea, quam ſibi fingit Londinenſis, numerorum diſtinctio. Neque, quod ad numerum attinet, curat quicquam Oxonienſis, *ſchola* an *ſcholæ* *P. 519. dicantur: tantummodo indicat, quænam ſit *genuina Bedæ lectio, à qua Polydorus & Baleus, nulla cogente neceſſitate, receſſerunt. Senſum igitur ab iis, quæ adjiciuntur, circumſtantiis potius quam a nudis verbis, quæ polyſema plane & ambigua ſunt, eruit. Florilegus & Malmesburienſis, dum *ſcholas* in plurali Sigebertum condidiſſe affirmant, idque *per loca*, Beda vero *ſcholam* in ſingulari, nonne aperte inter ſe diſſentiunt? Quum itaque exiſtimandum non ſit, hos adeo fideles hiſtoricos temere voluiſſe à Beda reſilire, eoſdem, ſpecie ſola diſcordes, ſic commoda conciliatione componit, ut dicat, Bedam in eodem, quo illos, ſenſu locutum fuiſſe, ipſiſſimamque Bedæ ſententiam recentiores hoſce παραφραστικῶς, tanquam interpretes, explicuiſſe:

tantumque Bedæ *ſcholam* ſingulariter, quantum apud illos *ſcholas* in numero multitudinis, complecti. Nam *ſcholam* pro *ſcholis* interdum accipi novum non eſt. Si hæc tibi minus ſatisfaciant, velim mihi reſpondeas ex horum teſtimonio, unamne an plures ſcholas condiderit Sigebertus: & ſi plures, grammaticaleſne, an academias? Si unam tantum, num Malmesburienſis, Florilegus, & alii à Beda diſſentientes, quod plures ſtatuant, falſi ſint opinione: an ipſe potius Beda, multitudinem ad unitatem redigens? *Nam & ſic veteres, *P. 520.
eoſque principes, hiſtoricos temeritatis, inſcitiæ, & vanitatis argues. Præſtaret, opinor, hos concordes facere, priuſquam à recentioribus Baleo, Laylando, Polydoro, Lilio, &c. qui ex veterum monimentis pendent, ſuaque inde hauriunt, certi quicquam colligas, quod cum eorum ſcriptis conveniat. Qua in re quam præpoſtere faciat, qui veterum ſcripta ad recentiorum normam, & non econtra, examinaverit, æquus rerum æſtimator viderit.

Multis irretiri plexibus ex hoc Bedæ loco videtur Londinenſis, qui ſic habet: “Sigebertus inſtituit ſcholam, in qua literis pueri erudirentur, juvante epiſcopo Felice, quem de Cantia acceperat, eiſque pædagogos ac magiſtros, juxta morem Cantuariorum, præbente”, c. Hîc nullum non movet lapidem, quo lectori tenebras offundat, fumoque tectus evadat. Queritat, verbum *literis* deeſſe: voces iſtas *Cantuariorum more* ad *doctores*, non ad *literas*, referri debere. Ubi forſan tales adhibitos doctores & magiſtros à Felice pueris imaginatur, quales erant Theodorus & Adrianus Dorobornenſes, ut hac ratione academiam ſcholam illam fuiſſe probet. nam quid aliud ex eo ſibi velit, non eſt facile divinare.

Sed præterquam quod iſti magiſtri & pædagogi nuſquam à Beda vocantur, ita nec Cantuarios hîc pro Dorobornenſibus, ſed ipſis *potius Cantiis, accipi, ut aliâs ſæpe, facile crediderim, & Bedam nihil aliud ſignificare, quam inſtitutionem & docendi formam talem ibi præſcripſiſſe ac ordinaſſe Felicem, qualis erat Cantianis, apud quos antea vixerat, uſitata. *P. 521.

Ad hæc, ſcholam illam academiam non fuiſſe, vel illud probat, quod ibidem eſt apud Bedam. *Mox ea, quæ in Galliis bene diſpoſita vidit, imitari cupiens, inſtituit ſcholam* &c. At quas, obſecro, tum temporis in Gallia ſcholas habebant? Certe Academias non potes dicere, niſi aliquas ex publicis Sarronidarum gymnaſiis forte ſuperfuiſſe contendas. Relinquitur ergo, grammaticales illum ſcholas, quales erant per ea tempora in Galliis, ad imitationem condidiſſe.

Pædagogium eſt, in quo adoleſcentum & puerorum cœtus, pædagogorum & præceptorum opera, literis ac moribus informantur. Academiam longe aliter definiendam ſcimus: nimirum, celebre approbatumque duntaxat gymnaſium, ubi non tam linguarum, quam omnium ingenuarum artium ſeu liberalium ſcientiarum, publica eſt profeſſio. de qua publica artium profeſſione in illa Bedæ deſcriptione ne verbum quidem. Sequitur igitur, Bedam pædagogium ac ſcholam grammaticalem nobis deſcripſiſſe, aut certe mancam & imperfectam prorſus academiæ finitionem tradidiſſe.

*P. 522. *Puerorum appellatione eos omnes complexum eſſe Bedam exiſtimo, qui nondum ex ephebis exceſſerunt, eoſque inſuper ipſos, qui tametſi juniores facti, primis tamen literis capeſſendis ætate non inidonea cenſebantur. Non enim unius ſunt ætatis, qui hodie in ludis literariis grammaticæ operam navant, ſed alii aliis adultiotiores & ætate grandiores. Obtinuit tamen loquendi conſuetudo, ut συλλεπτικῶς *puerorum* nomine comprehendantur etiam ii, qui puerilem ætatem diu exceſſere, vel ob id, quod his ſe dedunt ſtudiis, quibus pueri fere inſiſtunt.

Quia, ob grammaticam docentium inopiam, in Weſt- pag. 184.
ſaxonum præſertim regno, primam Oxoniæ grammaticalem ſcholam ordinavit Alfredus, idcirco nonnunquam de univerſa ſchola ſcribuntur, quæ in unam tantum, hoc eſt, grammaticalem, quadrant, quæ aliarum prima & quaſi parens (ut ſcribit Ranulphus) fuerat.

Quemadmodum in aliis, ita etiam in academiis, non ibidem.
ſemper tempus & longa dies profectionis eſt parens: ſed contra, interitus fit nonnunquam & excidii cauſſa. Academias autem aliquas obſcura habuiſſe initia, & non niſi ſenſim temporiſque progreſſu ad ſummam nominis celebritatem perveniſſe, concedi poterit: omnes nequaquam. Sed quid ad Cantabrigiam, quæ in prima inibi ſcholæ per Sigebertum inſtitutione, academia ut hæc noſtra Alfredi tempore, non incepit, ſed à parvis pædagogii initiis, non niſi longo poſt tempore à jactis per Sigebertum fun*damentis, in juſtam aca- *P. 523.
demiæ magnitudinem accrevit?

Polydori verba de incipiente academia Oxonienſi ſic habent. "Oxonia ſtatim à principio tum divinarum "humanarumque literarum ſtudiis, tum mira hominum in literas incumbentium frequentia, multo celeberrima eſſe cœpit: deincepſque uſque eo floruit, "ut jam facile cum quovis alio totius Chriſtiani orbis "gymnaſio de nominis gloria certare poſſit.

Quoniam incertus admodum & ignotus author eſt, quiſquis ille fuerit Chronici S^ti^ Swithuni author, nec qua fide ſcripſerit ex idonei cujuſquam ſcriptoris teſtimonio (quod ſciam) conſtet, parum aut nihil apud quenquam valere debet hîc nuda illius aſſertio, nulla vetuſtatis authoritate corroborata. Conjicere licet, monachum aliquem ex eo cœnobio fuiſſe, quod Wintoniæ vulgò D. Swithuni vocatur, eumque olim Cantabrigiæ literarum tyrocinia poſuiſſe, & ideo multa ex affectu potius quam hiſtorica fide conſcripſiſſe. Proinde, hujus qualicunque authoritati Roſſum oppono, qui ſcribit, aſtipulante etiam Thoma Rodburno, Cantab. academiam Edwardum ſeniorem non reparatorem ſed primum authorem habuiſſe.

*P. 524. *Stobæus fingit, varias à Theodoro & Adriano poſitas academias, quarum apud Bedam nulla fit mentio.

Bedæ vero locus, quem pervertiſſe videtur, in hunc modum ſe habet.

“Pervenit autem Theodorus ad eccleſiam ſuam”, (& paucis interjectis) “moxque peragrata inſula tota, quaquaverſum Anglorum gentes morabantur (nam libentiſſime ab omnibus ſuſcipiebatur atque audiebatur) “rectum vivendi ordinem, ritum celebrandæ Paſchæ “canonicum, per omnia comitante & cooperante Adriano, diſſeminabat”. &c.

De ſchola vero ab eiſdem Theodoro & Adriano inſtituta, paulo poſt ad hunc modum ſcribit Beda. “Et “quia literis ſacris ſimul & ſecularibus” (ut diximus) “ambo abundanter erant inſtructi, congregata diſcipulorum caterva, ſcientiæ ſalutaris quotidie flumina in “rigandis eorum cordibus emanabant: ita ut etiam “Metricæ artis, [1]Aſtronomicæ & etiam Arithmeticæ “Eccleſiaſticæ diſciplinam inter ſacrorum apicum vo“lumina ſuis auditoribus contraderent. Indicio eſt,

---

[1] Aſtronomiæ *al.*

"quod uſque hodie ſuperſunt de eorum diſcipulis, "qui Latinam Græcamque linguam æque ut propriam, "in qua nati ſunt, norunt". Hæc de Theodori & Adriani ſchola Beda: quæ haud dubie, ut Laylandus & alii teſtantur, Doroberni fuit.

*Sed quod ad Cantiana ſpectat initia, non aliud plane arbitror intellexiſſe Bedam per illa verba, *juvante epiſcopo Felice, quem de Cantia acceperat, eiſque pædagogos & magiſtros, juxta morem Cantuariorum, præbente*, quam, Felicem Sigebertinam ſcholam ad œconomiam grammaticalium ſcholarum, quæ ſtatim, ut credibile eſt, poſt Auguſtini adventum paſſim per totam Cantianam provinciam inſtitutæ erant, & non Theodorianæ, quæ tum non erat, ordinaſſe. Nam Honorii, Cantuarienſis archiepiſcopi, tempore, cui ſucceſſit Theodorus, ſcholam Cantabrigienſem ordinavit Felix, viz. anno Domini 636. ante Theodori pontificatum annis plus minus 30. Unde fieri non potuit, ut in ſchola ordinanda Theodori œconomiam imitatus fuerit Felix, niſi eandem forſan in ſpiritu prophetico præviderit. Et vel hinc apparet, quam probus hiſtoricus Stobæus ſit, qui à fideliſſimo Beda in rebus, à memoria noſtra tam remotis, diſſidet. *P. 525.

Bedæ tempore ita deleta & everſa erat Granta illa civitatula, ut nunquam ullius beneficio eodem loco, in quo prius fuerat, reſurgeret, ſed diverſo plane, nempe ſeſquimilliari, aut eo amplius, à veteri diſtante: de qua re non ineleganter Laylandus.

De his ſup. habes plura.

Olim Granta fuit titulis urbs inclita multis:
Vicini à fluvii nomine nomen habens.
Saxones hanc belli deturbavere procellis.
Sed nova pro veteri non procul inde ſita eſt.

*P. 526. *Quòd ſi poſt Saxonicam cladem urbs ea reparata fuerit, & ad priſtinam (ut vult Londinenſis) celebritatem reſtituta, dicat tandem, cui tam eximium facinus acceptum ferri debebit.

pag. 190. Non tantùm ob numerum ſcholaſticorum celebrem initio fuiſſe academiam Oxonienſem teſtatur Polydorus, loco ſupra adducto pag. 523. ſed & tandem à publica variarum artium profeſſione incepiſſe refert. Hujus unius ſufficiet ad numerum confirmandum authoritas, donec poteris antiquiori ac meliori refellere. nec eum ita vanum eſſe ſcriptorem exiſtimo, ut ex ſe iſta confinxerit, ſed ex alio potius ſcriptore quopiam hauſerit. nec eſt quiſquam veterum, qui in hoc ei adverſatur. Cur igitur ejus fidem hîc ſuſpectam habeas, quem toties pro te, interdum autem ubi veterum veſtigiis per omnia (ſalva tanti viri reverentia) non inſiſtit, adducis?

quod prudens Lond. omiſit.

Non ſum equidem tuæ opinionis, ut exiſtimem, numeroſiſſimam fuiſſe academiam noſtram regnante Henrico 3°, quantavis fuerit tum temporis, hoſpitum ſcholaſticorum migratione Pariſienſi, facta acceſſio: ſed potius Edwardi 3ii ætate. Cujus rei fidem facit, quod per eos dies fuerunt, præter collegia, 140. aut eo amplius ſtudioſorum ædes, quas *aulas* vocamus. Sed nec ea ædium multitudo capiendis ſcholaſticis, qui tum Oxoniæ ſtudebant, ſufficiebat. Itaque ad petitionem

*P. 527. *academiæ, indultum eſt ab eodem rege, ut ſcholaſticis, quoties ædium inopia laborarent, liceret, ſi quas oppidanorum domus ſibi commodas viderent, poſt earundem taxationem occupare, &, excluſis prioribus inquilinis, inhabitare. In ea tempora, creſcente indies magis magiſque ſcholaſticorum multitudine, (fertur enim, academicam turbam ad numerum quindecim millium tunc temporis fuiſſe) varii ac funeſti tumultus inter eoſdem crebro inciderunt: quorum unum Rogerus Ceſtrienſis, de Edwardo 3° ſcribens, A° Domini 1325 contigiſſe refert, "quo tempore" (ut verbis ejus utar) "ſcholares in magiſtros ſurrexerunt, univer-"ſitatis leges mutabant, malefactores ac pacis pertur-"batores fovebant" &c. Alter vero, teſtante hiſtoria regia, fuit magnus & cruentus ille conflictus, qui A° Domini 1350. inter ſcholaſticos & oppidanos fuerat, quum hi, tantæ illorum multitudini & viribus impares ſe eſſe ſentientes, Abyndonenſes & alios complures confœderatos in ſubſidium contra illos vocarunt: atque ita magna ſcholaſticorum ſtrages, inermibus ab armatis per inſidias oppreſſis, facta eſt. Quære in archivis Oxonienſ. academiæ.

Pariſienſium tranſlatio, ne ad noſtram academiam, tanquam ad celebriorem ſcholam, facta videretur, cauſſam eſſe divinare ve*rius quam probare inſtituit Londinenſis, viciniorem ad Galliam ſitum, fortaſſe tamen nec Lutetiis nec Galliæ propinquiorem, ſi ad calculos deveniendum eſſet, demonſtrare poterit. * P. 528.

Gymnaſia publica Gregoriano decreto ſublata fuiſſe non Laylandus ſolum, ſed una Matthæus Pariſius, & Roffenſes annales, quos ipſemet etiam teſtes pro hac re adducis: Matthæus Florilegus & Baleus. pag. 193.

Matthæus Florilegus anno gratiæ 727. ita ſcribit. "Erant enim doctrina & ſcholæ Anglorum, à tempo-"ribus S^ti Auguſtini, per Romanos pontifices interdi-"ctæ, propter aſſiduas hæreſes, quæ in adventu Anglo-"rum in Britannia emerſerant.

De eadem re Baleus item ſub nomine Felicis Burgundionis ſic habet. "Hujus etiam hortatu & ſuade-"la Sigebertus prædictus, earum tum partium rex, "Cantabrigiæ, quæ ejus eo tempore ditionis erat, A°. "Domini 636. gymnaſium inſtituit, juxta formam à "Cantiorum recenti ſynagoga receptam. Antea enim "erant per Gregorium primum tranſlata Britannorum "gymnaſia, ad monaſterium monachorum, ſub Pelagianorum abigendorum fuco, ne noviter plantatæ religioni impedimenta darent, quorum tamen (Britannorum ſcilicet doctorum) vix unus aut alter ex bellis, ut dictum eſt, relinquebatur.

*P. 529. *Idem quoque Baleus ſub nomine Maildulphi pædagogi. "Habebant" (inquit) "in monaſteriis ſolennioribus privatas ſcholas tunc prælati, futuris commodis proſpicientes, dum adhuc non eſſent in Anglorum gente gymnaſia publica, propter ſibi contrarias Britannorum & Scotorum opiniones, quas ipſi "timebant, viſumque illis erat, loricatum hunc ſatellitem, ad Cairbladon, Viſiſaxonum urbem, quæ alio "nomine Durotellus Bladuni nuncupatur, collocare, "ut ipſis Britannis os obſtrueret, qui illam, ut ſibi "viciniorem, ſæpenumero frequentarent. Cœnobium "ergo eorum opere adjutus Maildulphus erexit anno "Chriſti 865. ut ſcholam illic publicam tam Græcæ 685. "quam Latinæ linguæ aperiret, ac artes prælegeret. "quæ ab eo deinceps una cum urbe cognomentum accipiens, **Maidulphesbery**, i. *Maydulphi curia* (nunc verò, ſed corrupte, **Malmesberye**) in rei geſtæ memoriam, diceretur. Hæc Baleus. Hinc apparet prorſus in Anglorum gente non fuiſſe gymnaſia publica, quamdiu illud Gregorii decretum, & aliorum ſequentium Pontificum Rom. ſuſpenſio, invaleſcebat. Invaluit autem uſque ad Aluredi ætatem, cujus beneficio Oxoniam primùm omnium poſt eandem interdictionem reſuſcitatam conſtat. Hæc Roſſus in hunc narrat modum.

dum[1]. "Quæ Oxonienſis academia poſt univerſitatum "ſuſpenſionem veluti Lucifer in aurora prima Anglo"rum Univerſitas in Anglia effulſit. * Et certum eſt, *P. 350. "quod ab Aluredi regis tempore, quo per eum fuerat "Univerſitas iſta fundata, fides catholica per hoc re"gnum ſtetit ſana & inconcuſſa, non obſtante Pagani"ca ex Danmerchia cum Anglicis frequenti commixtio"ne, divina hoc operante clementia, quæ lucem Oxo"niæ ſolarem viz. ſcientiæ ſalutaris nunquam paſſa eſt "enormiter eclypſari.

Londinenſis, Cantabrigiam (quia tum non erat, opinor) minime fuiſſe obnoxiam Pontificiæ interdictioni, contendit, eoque argumento, quod quum eo tempore acerrima fuerit Pelagiani dogmatis oppugnatrix, conſervatam ac ſtabilitam potius quam oppreſſam aut everſam à Pontifice ſit veriſimile. Sed quo tandem modo Pelagianis reſiſtebant? Concionibus? At non facile ad Pontificis aures ob locorum invicem diſtantiam perferri potuerunt. Si ſcriptis: cur non opera ipſa unà cum authorum nominibus in lucem ſunt edita? Id tamen confirmant egregii teſtes Rogerus Bowlus, & commentarii Cantabrigienſes: Niger viz. Codex, & Jo. Lydgatus aliquo modo, ut Londinenſis ex eo colligit.

Oxoniæ antiquitus fuiſſe academiam, quam priſca ætas Belliſitenſem appellabat, eamque longe ante pontificium hoc edictum promulgaretur per bellorum (ut veriſimile eſt) tumultus & civiles diſcordias deletam, & non ante Aluredi tempora reſtitutam fuiſſe, alibi non tam nudis verbis aſſertum, quam non contemnendis teſtimoniis comprobatum eſt. quo major impudentia eſt affirmare, ante *tempus promulgati edicti *P. 531.

---

[1] *Vide Roſſum noſtr. p.* 39.

ſcholam noſtram non fuiſſe, nec Britonum temporibus apud nos ſtetiſſe academiam.

pag.195. *In hiſtoria Roffenſi, Matthæo Pariſio, & Florilego ſcribitur* (inquit Londinenſis) *Epiſcopos Romanos interdixiſſe, non autem ſuſtuliſſe Academias.* Et hoc ideo dicis, ne ipſorum interdictio generalis aut longo tempore duraſſe videretur. Primùm, generalem fuiſſe aperte docent tum ipſa Florilegi tum Balei verba, quæ ſupra recenſuimus. Durationis præterea argumentum eſt, quod Ina, rex Viſiſaxonum, authore eodem Florilego, A° gratiæ 727. *Romæ, conſenſu Gregorii Papæ, domum, quam ſcholam Anglorum* (hodie S^{ti} Thomæ hoſpitalem vocatam) *ſuis impenſis ædificari fecit, ad quam reges, & genus regum, cum epiſcopis, presbyteris, & clericis, in doctrina, & fide catholica erudiendi venirent, ne quid in eccleſia Anglicana ſiniſtrum, aut Catholicæ unitati contrarium, doceretur, & ſic, in fide ſtabili roborati, ad propria remearent.* Hæc Florilegus. Quorſum iſta Inæ proviſio, niſi ad ſupplendas vices ſublatarum academiarum? Huc etiam facit, quod non per unum aliquem Ro. Pontificem, ſed diverſos, doctrina & Scholæ Anglorum interdictæ erant tot continue ſeculis à S^{ti} Auguſtini temporibus, ut nihil de earum ſublatione dubitandum ſit, præſertim quum extra Monachorum cœnobia paſſi non fuerint eaſdem apud Anglos frequentari. Nec brevis quælibet interdictio
*P.532. ſublatio eſt ejus rei, * quæ interdicitur: ſed ea duntaxat, quæ perpetua, & multis continue ſeculis durat. Illa non manet diutius, quam pro offenſa à delinquentibus ſatisfiat: hæc perpetua & irrevocabilis à ſublatione non differt. hanc duplicem interdictionis rationem æquivocatione confundit Londinenſis pag. 196.

pag.200. Videtur hic Deviſienſis, aliquando Cantabrigienſis academiæ fuiſſe alumnus, & proinde magis ex affectu, quam hiſtoriæ fide aut veterum conſenſu, multa ſcripſiſſe, præſertim ubi in aliquid incidat, quod ad gloriam, decus, famam, aut antiquitatem ejus academiæ pertineat. Hunc itaque tametſi, ob exquiſitam Britannicarum hiſtoriarum cognitionem, commendet Baleus, fidem tamen in his præſertim deſideres, quæ præter veterum authoritatem de Penda ſcriptis ſuis prodidit, quem veriſimile non eſt literarum fautorem adeo inſignem fuiſſe & academiam condidiſſe: ut conjicere licebit ex iis, quæ de eo Beda, Malmesburienſis, Matthæus Weſtmonaſterienſis, Ranulphus Ceſtrienſis, & alii ſcribunt.

Oxonienſem hiſtoriam ex Lelandi ſententia Cantabrigienſium philoſophorum à Crekelada ad noſtram academiam tranſlationem approbare, impudentiſſimum eſt figmentum. Lelandi namque verba ſic habent. "Hiſtoria enim rerum memorabilium, quam academia "Iſiaca religioſe ſervat, aperte pronunciat, ſcholas, fa-"ma antiquitus inſignes, à Græcolada fuiſſe Belloſi-"tum tranſlatas". &c. Ubi hîc quæſo *Pendæ, aut *P. 533. Cantabrigienſium philoſophorum mentio? Immo verò hæc potius, quæ ſequuntur, in noſtra reperies hiſtoria. "Fertur inter bellicoſos quondam Trojanos, "quando cum duce ſuo Bruto inſulam tunc Albion, "poſtmodum Britanniam, ac demum dictam Angliam "triumphaliter occuparunt, quoſdam philoſophos ad-"ventantes locum habitationis ſibi congruæ in ipſa in-"ſula elegiſſe, cui & nomen, viz. Grekelade. Hi phi-"loſophi, qui Græci fuerant, uſque in præſentem diem "quaſi ſui veſtigium reliquerunt. A quo quidem lo-"co non longe municipium Oxon̄ noſcitur eſſe ſitum, "quod propter amnium, pratorum, & nemorum amœ-"nitatem, Belloſitum olim antiquitas appellavit", &c.

Si qua igitur fuerat à Græcolada ad Belliſitenſem academiam tranſlatio, ea quidem, hujus hiſtoriæ teſtimonio, Græcorum fuit, non Cantabrigienſium philoſophorum.

Oxonienſium ſemper fuit, Cantabrigienſes, tanquam ſuos, amare, colere, & fovere. Illi igitur, qui à Cardinali Wulſæo non coacti quod ſciam, ſed ultro & ſua ſponte à tenuiori fortuna ad lautiorem vitæ conditionem vocati, ædes Chriſti acceſſerunt, eo Oxonienſi academiæ magis ſunt *obſtricti, quo minori ei ornamento vel uſui eſſe potuerunt. Nam ut erant docti ſane viri, cum his tamen in omni literarum & linguarum peritia conferendos antagoniſtas hîc tum fuiſſe conſtat, & illi repererunt. Fuerunt illi quidem Pacidiani, ex literario veſtro cœtu lectiſſimi, &, ut fama refert, totius academiæ veſtræ flos & decus: at invenerunt hîc quidem æque præſtantes Eſernios, cum illis in literariam arenam nunquam non deſcendere paratiſſimos. Quo minus erant ad collegii, quod Wulſæus parabat, inſtitutionem aut ornamentum neceſſarii Cantabrigienſes: nec tam illi noſtros, quam noſtri illos, ornarunt, à quibus beneficia accepere, non dedere itidem.

*P. 534.

Fuerunt certe Richardus Foxus, Thomas Rotheramus & Gul. Smytheus literarum ac literatorum ſummi fautores: ſed non ita in omni literarum genere præſtantes, ut inde conjicias, eos pontifices factos: ſed hinc maxime, quod aliarum virtutum commendatione regium in ſe favorem promeruerint. Proinde nec Cantabrigia, cujus alumni fuerunt, illos ita ornavit literis, ut propterea dignos effecerit, qui ad Pontificiæ dignitatis apicem proveherentur. Hi fundatores exſtiterunt collegiorum aliquot Oxonienſium. Nos hoc nomine illis plurimum debemus: Cantabrigiæ nihil.

*Nec aliunde obtigit, quòd maxima iſta beneficia, *P. 535. ac ſempiterna memoria digniſſima, Oxoniæ potius quam Cantabrigiæ, in qua, te authore, educati ſunt, collocare libuit, quam quod hîc magis arriderent illis omnia, doctrina, mores, inſtituta, juventutis educatio, pietatis cultus, εὐταξία, ritus, conſuetudines, & externæ ceremoniæ, ipſaque demum Oxoniæ dignitas, nominiſque celebritas, quam apud eos, quos alioqui vel ipſius naturæ impulſu haud dubie prætuliſſent.

Aulæa pretioſa, à Foxo dono data Aulæ Penbrochianæ, non vulgare erat beneficium, etſi privatum, & non ſemper duraturum: publicum eſt, quod in Oxonienſes contulerat, & nunquam intermoriturum. Ex beneficiorum itaque collatione ſatis apparet, utri impenſius faverit academiæ. Idem de aliis duobus judicandum.

Crocus, renaſcentibus primum in Germania bonis literis, Lipſiæ Græca prælegebat, & Camerarii primus in Græcis præceptor fuit, ut ipſe in quadam Græca ante Theocritum præfatione teſtatur. Nec mirum eſt, ſi magnæ eruditionis apud eos *cenſeretur, qui eo tem- *P. 536. pore politiores literas vix deguſtarant. Juvenis qualis fuerit, haud ſcio. Talem autem fuiſſe, qualem Eraſmus & Joachimus Camerarius prædicant non ambigo. Senex factus, omnium pene, quæ didicerat, eſt oblitus: quanquam ne tum quidem, quum maxime ingenio ac eruditione vigeret, judicio quicquam valuit. Aſſerenti itaque illi fidem non adhibebimus.

In Britannia regnante Alfredo (quæ erat ejus æta- pag. 205. tis in literis cæcitas & ignorantia) reperiri vix potuerunt (illique non niſi in monaſteriis) qui in reſuſcitandis bonis literis, pene exſtinctis & ſepultis, quicquam adminiculi præſtare poterant. Ideoque Malmeſburienſis in vita Alfredi ſcribit, *non aliam ob cauſſam* *doctiſſimum virum Grimbaldum ab eodem Alfredo in Angliam eſſe vocatum, niſi ut literaturæ ſtudium, in Anglia ſopitum & pene ſepultum, ſua ſuſcitaret induſtria,* &c. Ubi ergo erant (ſi vere ſcribit Malmesburienſis) literatiſſimi illi Cantabrigienſes doctores, qui Oxonienſem inchoarunt academiam, & ſuis prælectionibus per ipſa initia tantopere ornarunt? Grimbaldum hunc, *P. 537. una cum *Erigena, apud Oxonienſes theologiam, aliaſque diſciplinas, inter initia (utcunque tibi reclamare libeat) docuiſſe, apud multos quidem non contemnendæ authoritatis ſcriptores invenies: at Cantabrigienſes eo apud nos munere tunc temporis perfunctos eſſe, plane commentum eſt.

Jo. Erigenam, antequam in Galliam proficiſceretur, in monaſterio S^{ti} David, in quo monachum induerat, literis à tenera ætate imbutum fuiſſe, credibile eſt.

Scribit Baleus, *illum, dum Anglos Daci crudeles bellis ac rapinis vexarent, & omnia hîc eſſent bellorum tumultibus plena, longam peregrinationem Athenas uſque ſuſcepiſſe, annoſque complures literis Græcis, Chaldaicis, & Arabicis inſudaſſe: omnia illic inviſiſſe philoſophorum loca ac ſtudia, immo & ipſum oraculum Solis, quod Æſculapius ibi olim conſtruxerat: ac, inventis tandem, quæ longo quæſierat labore, in Italiam & Galliam reverſum eſſe, ubi, ob inſignem eruditionem, Carolo Calvo, & poſtea Ludovico Balbo acceptus, Dionyſii Areopagitæ libros de cœleſti hierarchia, Conſtantinopoli miſſos, Latinos fecit, anno Domini* 858: *P. 538. *profectum ilico* * *in Britanniam, in Menevenſi monaſterio, quod Davidis Fanum dicitur, ubi fuerat natus, monachum ſe feciſſe, in ultimis Cambriæ finibus,* c.

De eo ſic etiam ſcriptum reliquit ante illum Hector Boëthius, lib. Scotorum hiſtoriæ 10^{o}. “Cui & plurimum contulit ornatus Jo. Scotus noſtras, ipſi coæ-

"vus, vir divinarum rerum ſcientiſſimus, qui complu"res annos Athenis literis Græcis inſudavit. Unde à "Ludovico, Romanorum imperatore, accitus in Gal"liam, præter alia ſtudiorum monumenta, jubente ipſo "Ludovico Auguſto, hierarchiam Divi Dionyſii fecit "Latinam.

Et paulo inferius. "Profectus aliquanto poſt tem"pore in Britanniam Caroli tertii, Romani principis, "legatus ad Aluredum, Anglorum regem, optimo prin"cipi gratulaturus, quod, poſt partam adverſus Danos "victoriam, pacem cum Scotis ac Francis, jam tum "ſociis & confœderatis populis, coluerit, perſtiterit"que in officio: ob eximiam eruditionem, Anglica no"bilitate vehementer hortante, ex legato Aluredo fa"ctus eſt hoſpes, regiiſque liberis adhibitus præce"ptor." c.

Ex iis, & quæ ab aliis etiam ſcriptoribus de eo referuntur, facile judicare poterit *candidus lector, quam veriſimile ſit, hunc, de quo tantopere gloriatur Londinenſis, Cantabrigienſem, ut ſomniat Nigellus, aliquando fuiſſe. De iſtoc homine varii varia commemorant autores, parumque inter ſe conveniunt. *P. 539.

Scoti, literarum gratia, priuſquam academias habuerunt, non Cantabrigiam ſolùm, ſed & Oxoniam quoque appulerunt. Refert enim Jo. Major, Edwardi primi temporibus duos Franciſcanos adduxiſſe ſecum ex Scotiæ oppidulo, nomine **Duns**, tria circiter milliaria à Beruico diſſito, puerum quendam Oxoniam, qui poſtea à patriæ urbis nomine *Duns* vocabatur. Hujus fama ſcholaſticæ eruditionis ergò, cujus erat peritiſſimus & facile ſubtiliſſimus indagator, apud omnes, ad hunc uſque diem, exteras nationes percrebuit.

Crawfordum & Ridleium adeo contendit Oxonienſes non fuiſſe, ac ſi in eo cardo rei verteretur. Sed qua arte illos Oxonienſium albo eximit, operæ pretium eſt audire. *Nullo* (inquit) *gradu Oxoniæ erant inſigniti: ergo non ſunt dicendi Oxonienſes.* Quaſi nemo dici poſſit Oxonienſis, niſi qui literaria fuerit laurea apud nos donatus. *P. 540. *Cur igitur in Cantabrigienſium ſint numero Eraſ. Roterodamus, Jo. Major Scotus, Illuſtris Do. N. Bacon ſummus totius Angliæ Cancellarius, Rich. Taverner, Jo. Drum, & alii nonnulli, qui in academia Cantabrigienſi nullos honorarios titulos ſunt conſequuti? Denique, cur H. Sumnerus, Guil. Bettes, & Jo. Akers, qui apud Cantabrigienſes bacchalaurei, apud Oxonienſes facti ſunt artium magiſtri? Contra, cur D. Rich. Coxum, Elienſem epiſcopum, (qui non ſolum magiſter artium, juvenis adhuc, apud nos creatus eſt, ſed & eccleſiæ Chriſti Decanus, ac ſummus demum academiæ noſtræ Cancellarius factus) cur item Gualt. Haddonum, collegii non ita pridem apud nos Magdalenenſis præſidem, Oxonienſes aliquando fuiſſe neges, certe non video, ni putes forſan, in eum minus recte Oxonienſis nomen quadrare poſſe, qui prius Cantabrigiæ ſtuduerat. Sin autem Oxonienſis ſit dicendus, qui moderator aut ſocius perpetuus fuerit alicujus apud nos collegii (quod nemo ſanæ mentis, opinor, negaverit) Crayfordum & Ridleium cur non perinde noſtros ac veſtros fuiſſe exiſtimem, quum non modo in ſodali- *P. 541. *tium collegii Univerſitatis Oxon̄ utrumque olim aſcriptum, ſed & Crayfordum Magiſtrum ejuſdem Collegii conſtitutum, & in ea adminiſtratione fuiſſe defunctum, ex ejuſdem collegii monumentis evidentiſſime appareat? Horum neuter, credo, præ pudore ſe Londinenſem, quod Caius, potius quam Oxonienſem, dici maluiſſet. Vere utique Oxonienſes erant, quod nos didicimus: Lumina & ornamenta fuiſſe non tam noſtræ academiæ, quam veſtræ dicimus.

Jo. Erigena ſi Bedam diſcipulus audiviſſet, nunquam potuiſſet ad Aluredi tempora ætatem prorogare. Quod oculatiſſimum Baleum non latuit, in hunc modum ſcribentem. "Videbit vigilans Argus, non ſatis congrue-"re, quod legentem Bedam audiverit, & hucuſque vi-"xerit, niſi centum & ſeptuaginta annos ſaltem illi "conceſſerint.

Jo. Erigenam Oxoniæ docuiſſe ſcribit Baleus, non ſine veterum authoritate. "Hoc viro" (inquit) "exi-"mio, tanquam geniali quodam ſydere, adornavit Al-"phredus academiam ſuam, Oxoniæ inchoatam. Erat "enim ille primus, qui publice illic *bonas artes pro-"fitebatur". Huc transfer quæ de Erigena in vita Neoti ſcribit Baleus. *P. 542.

Tu ſi collapſæ ac deſolatæ academiæ tuæ reparationis gloriam uni Bedæ, eidemque monacho & pauperi, tribuis, cur non multo magis hoc idem initio apud nos à pluribus, eiſdemque doctiſſimis viris, jubente Alfredo, ſumptuſque ſuppeditante, citra operam veſtram factitatum eſſe credis? Nam ſi vera ſunt, quæ narrat tuus Chronicorum D. Swithuni author, afflictæ res veſtræ, incenſa à Danis, ac funditus pene deleta, Alphredi tempore Cantabrigia, vos, quod ad literarum profeſſionem attinet, nobis inutiles effecere. Ideoque, doctos viros Alfredus è monaſteriis ſæpius ad ſe vocaſſe legitur: è Cantabrigienſi gymnaſio nunquam. Teſtis hujus rei ſit Malmesburienſis, de Weſtſaxonum imperitia in hunc ſcribens modum: "Præterea, quia nul-"lus in ſuo regno literarum erat peritus, evocavit è "Mercia Wicciorum epiſcopum Werefrithum, qui, "juſſu regis, Dialogorum Gregorii libros in Anglicum "ſermonem convertit," c.

Idem alibi eadem etiam de re ſcribens, non obſtante ea literarum infantia, in Alfredi regno & Auſtrinis partibus ad Thameſim uſque, in reliqua tamen Anglia do-
*P. 543. *ctos fuiſſe ſignificavit, ibidemque Grimbaldum ab Alfredo accerſitum ſic commemorat. "Cauſa evocatio-"nis Grimbaldi fuit, ut literaturæ ſtudium, in Anglia "ſopitum & pene ſepultum, ſua ſuſcitaret induſtria". c. Nec temere ab eo inſerta eſt particula (*pene*) quò intelligeremus, doctos aliquot etiam per ea tempora, licet non adeo multos, in Anglia comparuiſſe. Quos ſi tu Cantabrigienſes fuiſſe contendas, cur (obſecro) apud exteros quærebat Alfredus, quod in Anglia Cantabrigiæ, non ita procul à ſe diſſitæ, obtinere potuerat?

Supererant ergo tum temporis in omni literarum genere præſtantes viri, iique omnes fere ex Angliæ & Walliæ ditionibus oriundi, quos ille tacite hoc loco excepit, quorumque pars magna, Alfredi & liberorum ejus erudiendorum gratia, in regia verſabantur, Neotus, Adulphius, Plegmundus, Aſſer, Jo. Erigena, Ethelſtanus, Werwulphus, Dunwolphus, Werferthus, vel, ut habet Malmesburienſis, Werefrithus, c. Unde Baleus, ſub nomine Werfridi, ex Capgravo & Laylando hæc ſcribit. "quum feliciſſimus princeps Alfredus Acade-"miam ad Iſidis vadum inſtituiſſet, excellentis doctri-"næ viros in ſuo palatio nutriebat, qui non modo li-"teras illic profiterentur, verum etiam interpretationi "Latinorum authorum ſedulo incumberent. Inter hos
P. 544. " in aulam vocatus Werfridus, tanquam anteſignanus "prænituit.

pag. 215. Quam multa hîc vana ac commentitia veræ hiſtoriæ Londinenſis admiſceat de Cantabrigienſibus, Lupo & Germano aſſociatis, candidus lector facile cognoſcet, ſi quæ Beda eccleſiaſticæ Anglorum hiſtoriæ lib. primo mo cap. 17°, Jac. Philippus Bergomas lib. 9. cap. 61, Platina in Cæleſtino 1°, & Hilario, Ranulphus Ceſtrenſis lib. 5°. cap. 20°, & Martinus Polonus in ſupputationibus ſcribunt, perlegere non gravabitur.

Matthæus Florilegus A° gratiæ 896. ejuſdem etiam hiſtoriæ meminit: ſed in quibuſdam ejuſdem authoris exemplaribus pro **Cantebrigge**, **Gantebrigge**, & in aliis quoque **Quantebrigge**, legitur. In libro autem collegii animarum quidam, locum, ut videtur, emendaturus, pro eodem vocabulo ſubſtituit *Glouceſtriam*, ſed quam recte, viderint alii.

Danos Anglis maximam intuliſſe cladem certum eſſe mihi perſuadeo. Monaſteria tamen non ita direpta erant & deleta, quin bene multa remanſerint ſalva & intacta: & quæ Danicus evertit furor, ſalvis fundis ac prædiis non adeo longo poſt tempore ſunt reparata. Matth. Florilegus Anno * gratiæ 870. deſtructa à Danis monaſteria recenſet, hæc viz. “monaſterium Lindisfernenſe monachorum, in quo tunc ſedes erat cathedralis; cœnobium Tynemuenſe ſanctimonialium; Girſenſe ſive Girvicenſe, & Wiremithenſe, in quibus Beda presbiter legitur educatus; Streneſhalenſe ſanctimonialium, quod beatiſſima Hilda abbatiſſa fundavit, & multas in eo virgines congregavit; Crulandienſe, Thorneienſe, Rameſeienſe, Hamedenſe, ſive Petroburgenſe, & Elienſe” c. Hæc ſolùm enumerat Florilegus, quæ brevi poſt tempore reſtituta, ad generalem uſque monaſteriorum ſuppreſſionem ſub Henrico 8° durarunt. Sed demus, omnia fuiſſe deleta funditus, ſequiturne propterea & doctos omnes, qui in ipſis erant, una interiiſſe?

*P. 545.

A quibuſdam hiſtoricis, qui, quod longo poſt tempore vixerint, Danicos impetus conjectura magis quam certa cognitione deprehenderunt, pleraque ſunt hyperbolis, ad rei indignitatem augendam confictis, expreſſa, quibus, inter cetera, poſt deleta funditus monaſteria, doctis quoque exhauſtam tum temporis Angliam, ad miram doctorum hominum paucitatem monſtrandam, referunt. Nam aliquos ſuperfuiſſe abunde multis ſuper declaravimus. Quod ſi in his per omnia urgendum cenſeas, vide, ne te tuo jugules gladio. Nam quî (obſecro) potuerunt Cantabrigienſes tui ad nos doctos viros, quos, te judice, non habebant, tranſmittere?

*P. 546. * Omnia cœnobia à Danis everſa non legimus. Imo conſtat, Alfredum ab uno Menevienſi monaſterio duos inſigniter doctos ad ſe vocaſſe, Jo. viz. Erigenam, ut ex Ranulpho Ceſtrienſi retulimus, & Aſſerum, ſeu, ut Malmesburienſis vocat, Aſſerionem: præterea & Neotum Glaſcouienſe cœnobium educavit, ut de ceteris taceam monaſteriis, quæ à Danica barbarie tuta utcunque, inter quæ Horniggeſſeyenſe, ut conjicio ex Florilego, uſque ad Alfredi tempora permanſere.

Banachorenſis monaſterii cur hîc mentionem facias, haudquaquam ſcio. Nam id longo ante Alfredi tempora ab Ethilfrido, ſeu Edilfrido, Northumbrorum rege, inſtigatione Ethelberti, vel, ut Beda ſcribit, Edilberthi, Cantiorum Reguli, occiſis & fugatis monachis, deletum eſſe conſtat, quod Auguſtino, à Gregorio, pontifice Romano, ad fidem Chriſtianam Anglis annunciandam miſſo, ſeſe, ut author eſt Galfredus Monumethenſis, ſubmittere, eique in ſacro adeſſe miniſterio, recuſarent.

Quam præceps ſis & temerarius, quamque à probatis hiſtoricis in eo diſſentias, quod Banachorienſes monachos indoctos fuiſſe, uno Gilda excepto, exiſtimas, tam ex Galfredo & Jo. Capgravio, quam ex Beda, addiſcere poteris. Abbatem eorum Dinoothum, liberalium ſcientiarum non vulgariter peritum, commendat ille, alioſque permultos, ut Congel*lum, Elchutum, Nennium, Pelagium, Melkinum, qui, ut author eſt Jo. Capgravius in Sanctorum catalogo, illius olim celeberrimi collegii præſides primarii, mirandum in modum ſacrarum literarum ſtudia aſſidue provehere non deſtiterunt. Beda vero, quem pro te male citas, his aperte verbis tibi contradicit. "Venerunt (ut perhibent) ſeptem Britonum epiſcopi, & plures viri doctiſſimi, maxime de nobiliſſimo eorum monaſterio, quod vocatur lingua Anglorum **Bancornaburg**, cui tempore illo Dinooth abbas præfuiſſe narratur. *P. 547. ad ſynodum viz. ab Auguſtino congregatam.

Majorem literarum cultum in illis viguiſſe conſtat monaſteriis, in quibus præmia erant literarum profeſſoribus liberalius propoſita, quod in magnificentioribus ac locupletioribus fieri conſueviſſe quis dubitat? Ideoque, cum Laylando & Baleo, in illis ſcholas & quaſi privatas quaſdam academias fuiſſe dico, quas ſi Danicæ procellæ aliquandiu interrumpebant, non niſi temporaria tamen fuit ea interruptio, qualiſque, pace reddita, non ita multum obeſſe potuerat.

Hiſtorica veritas oſtendet, monaſteria aliquot ante Danorum adventum magna fuiſſe. Nam de Fano Albani, uno ex iis, quæ tu enumeras, ita ſcribit Florilegus A° gratiæ [1] 894. "Offa, congregato apud Verolamium epiſcoporum & optimatum ſuorum *conſilio, unanimi omnium conſenſu & voluntate, Beato Albano amplas contulit terras & poſſeſſiones innumeras, quas multiplici libertatum privilegio inſigni- *P. 548.

---

[1] L. 794.

“vit”. In chronicis quoque ejuſdem monaſterii ſcribitur, quod Baſilicam pulcherrimi operis idem Offa ibidem ædificavit. Falleris itaque, qui, tam tenues cenſus Alfredi ætate monaſteria habuiſſe, credis.

Utcunque tibi Malmesburienſem interpretari libet, multis poſſeſſionibus ac divitiis Alfredum ſua ditaſſe monaſteria fide digniſſimorum teſtimoniis conſtat. De iis enim ita ſcribit Rogerus Hovedenus. “Inter innumera bona, quæ rex Elfredus geſſit, duo nobiliſſima conſtruxit monaſteria; unum monachorum in loco, qui dicitur **Ethelinge**, id eſt, *nobilium inſula*, ubi diverſi generis adunatis monachis, primitus Johannem presbyterum & monachum, genere [1] Ealdſaxonum, abbatem conſtituit. Aliud quoque monaſterium juxta orientalem portam **Shaftesbrig** habitationi Sanctimonialium nobile conſtruxit, in quo propriam filiam Ethelgeoſam, devotam Deo virginem, abbatiſſam conſtituit. Quæ duo monaſteria terrarum poſſeſſionibus omnibuſque divitiis locupletavit.

Elredus etiam, Rhivallenſis abbas, in vita Alfredi hæc habet. “Duo nobiliſſima monaſteria, unum monachis in loco quod dicitur **Ethelinge**, alterum feminis in civitate quæ **Sheftbrige** dicitur, multis ſumptibus condidit, multis ditavit poſſeſſionibus, multis donariis adornavit. &c.

* P. 549. * His etiam Polydorus lib. 5. Angl. hiſt. ſuccinit.

Poſtremo doctis alendis antiquitus ſuffeciſſe monachorum opes & prædia, argumento eſt, præter cetera, vel unum illud Pharenſe, ſive Streneſhallenſe, cœnobium, à pientiſſima muliere Hilda conditum, quod, ob doctorum, qui in eo alebantur, multitudinem, facile celeberrimum. In hoc enim tam clara enituerunt virtutum, ac literarum lumina, ut totam late Britanniam ſuo fulgore illuſtrarint. Quippe alumnos habuit Boſam, Aetlam, Jo. Tatfridum, Wilfridum, Boſillum, Oſtophorum, & alios. Denique ex hoc eodem quinque prodiiſſe epiſcopos, quorum etiam nomina recenſet, Beda ſcribit lib. 4°. Angl. hiſt. cap. 23.

---

[1] *Potius, ut in Codd. impreſſis,* Ealdſaxonem.

Poteram hîc, ſi liberet, uni Malmesburienſi ſummæ fidei & authoritatis ſcriptorum teſtimonia, quæ recenſui, opponere: ſed quando aliter hic nodus haud incommode diſſolvi poſſit, ſtet ſua per me probato ſcriptori inviolata authoritas. Nam qui æquior eſt animi, cœnobiorum magnitudinem aut opulentiam ex ſola ædificiorum magnificentia & pulchritudine neutiquam æſtimabit. Ideoque fortaſſe prudentiſſimus princeps, eadem locupletiora potius quam magnificentiora efficere ſtudens, magiſque de parandis poſſeſſionibus quam de ædificiorum apparatu ſollicitus, quod in ſtructuræ luxum conſumere potuerat in coëmendis poſſeſſionibus impendere maluit, quæ perpetua ipſis eſſent ſuſtentacula futura. Pag. 220.

*Ex te, ſi recte memini, regnante Alfredo Cantabrigienſem academiam diremptam, ac Danica violentia miſere concuſſam incenſamque fuiſſe, didici. Quod ſi verum ſit, quos mihi ſuperfuiſſe literatos narras cum Erigena & Aſſero, monaſticæ religionis profeſſoribus, conferendos? Cur academiam appellas, quæ, veſtris etiam atteſtantibus ſcriptoribus, fugatis aut interfectis ſtudioſis, ne faciem quidem academiæ habebat? Cur noſtrî inſtitutricem tum Alfredi patris tempore facis, quæ ipſa Edwardi filii ætate reparatore indigebat? Pag. 221. *P. 550.

De Bedæ in Wyrmuthenſi cœnobio ſchola ita, libro de regibus 1°, ſcribit Malmesburienſis: "Pote-

"ritne ulla excuſatione hîc attenuari pudor, ut nêc in "eo monaſterio, ubi vivente illo totius literaturæ gy- "mnaſium exultabat, potuerit inveniri homo, qui me- "moriam illius firmaret, niſi exili & miſerabili ſtylo?

Florilegus Anno 872. hæc habet: "Legatos præ- "terea ad Gallias direxit, & inde S^tum Grimbaldum "ſacerdotem & monachum, ac virum in eccleſiaſticis "diſciplinis eruditum, nec non & Johannem presby- "terum ac monachum, bonis moribus adornatum, ex "ultimis etiam Wallorum finibus, de monaſterio etiam "S^ti David, ejus aſſenſu, ad ſuum accivit conſortium, "&c. Florilego etiam præter Baleum aſtipulatur Ranulphus quoque Ceſtrienſis, lib. 6. ut in Aſſertione pag. 415.

pag. 227. *P. 551. *Errandi anſam captat Londinenſis ex Florilego A°. 883. qui ſcribit, *eo anno in Angliam veniſſe Jo. Scotum, perſpicacis ingenii virum, & facundiæ ſingularis*: quaſi alium Joannem quam Scotum ex Menevienſi monaſterio prius vocaſſet, & hunc non ante ſuum è Gallia reditum (de quo hoc loco) ad ſe acciviſſet. Rei autem veritas ſic habet. Jo. Eriginam primum è monaſterio S^ti Davidis, anno, ut antea ex Florilegi authoritate dictum eſt, 872. circa Oxonienſis academiæ & Alfredi principatus initium, ad ſe vocavit, quo tempore res Anglicæ pacatiſſimæ erant, & Alfredus tantùm de literis cogitabat, ut ex eodem Florilegi loco apertiſſime liquet. Et ideo ante ſuam in Galliam profectionem ſeu fugam & eruditiſſimum fuiſſe, & ab Alfredo literarum commendatione accitum, non dubito. Hic idem itaque Jo. Scotus, Danis in Anglia ſævientibus, quum Alfredi res paulo eſſent turbulentiores, Gallico ad tempus uſus eſt ſeceſſu, donec, rebus domi pacatis, ad priſtinum munus ab Alfredo è Gallia eſſet revocatus,

tus, quod factum eſt, ut Florilegus ſcribit, A° 883. Atque hoc pacto duo hæc Florilegi loca, quæ ſpecie tantum pugnare videntur, commode poſſunt conciliari.

*Quantum firmitatis habeant argumenta, quæ eò adducit Londinenſis, ut probet, Eriginam non docuiſſe Oxonii, tu hîc mecum expende. Ea ſunt hujuſmodi. *P. 552.

Malmesburiæ docuit, & à diſcipulis ſuis graphiis ſeu pugionibus interemptus eſt. ergo Oxoniæ docere non potuit. Aliud. pag. 227.

Hector Boëthus Scotus in ſua hiſtoria ſcribit, eum Melduni docuiſſe. ergo nunquam docuit Oxoniæ. Rurſus. pag. 228.

Nec apud Aſſerum, diligentiſſimum rerum ab Alphredo geſtarum ſcriptorem, nec apud Saxonicas hiſtorias, ut nec apud aliquem vetuſtum authorem, eum Oxoniæ literas profeſſum eſſe reperio. ergo in ea academia nunquam prælegit. pag. 229. 231.

Nam ſi ei ſic ratiocinari licebit, quid de his cenſes?

Hæc aut illa non ſcribit Malmesburienſis. ergo nihil tale geſtum eſt.

Apud Hovedenum non legitur. ergo merum eſt commentum. Rurſus.

Nec Aſſer, nec Hovedenus, nec Malmesb. nec Huntingdonenſis ſcribunt, Jo. Scotum Alfredi liberis præceptorem eſſe adhibitum. ergo vani ſunt qui prodidere.

Apud Aſſerum, diligentiſſimum ſcriptorem rerum ab Alfredo geſtarum, non habetur. ergo nihil tale fuerat. Nam apud Aſſerum non ha*betur, novum monaſterium Wyntoniæ ab Alfredo fuiſſe exſtructum: quum Malmeſburienſis, Hovedenus & alii complures optimæ fidei ſcriptores, cum veteres tum recentiores, hoc tradant. *P. 553.

Adde etiam, quod Huntingdonenſis multa ſcribit de Alfredo, quorum Aſſer nuſquam meminit: eadem ipſa tamen, propter ſcribentis authoritatem, magnam apud omnes fidem obtinuerunt.

pag.231. Aſſer, de Alfredo ſcribens, hæc habet. “Inter cetera bona, quibus aſſidue & maxime ſtudebat, duo monaſteria conſtrui imperavit: unum monachorum in loco, qui dicitur **Athelinge**, in quo conſtituit Joannem abbatem, religioſum virum de genere antiquorum Saxonum”. &c. Hunc Joannem Aſſer nuſquam *Scotum* appellat.

Malmesb. Aſſerum indubie ſecutus eſt, qui hac de re in vita Alfredi hæc prodidit.

“Monaſteria, ubi oportunum videbatur, conſtruxit: unum in Athelingia, ubi eum latuiſſe ſuperior relatio aſſeruit, ibique abbatem Joannem conſtituit, ex antiqua Saxonia oriundum”; c. Vides, & hunc *Scoti* cognomen minime adjeciſſe.

Sed proximo poſt capite, quum de ipſo loquitur, ita ſcribit: “Hoc tempore creditur fuiſſe Jo. Scotus, vir perſpicacis ingenii & multæ facundiæ, qui dudum, concrepantibus undique bellorum fragoribus, in Franciam ad Carolum *transierat”, c. Certe ſi his duobus in locis de uno eodemque homine loqui Malmeſburienſem putas, judicium requiro. *P.554.

Sed hîc obiter notandum, ubi Malmesb. habet, *qui dudum, concrepantibus undique* c. Hovedenum habere, *qui dudum, relicta patria, ad Carolum Calvum tranſierat.* Unde colligas, illius natale ſolum Walliam fuiſſe, ut & Baleus refert (quæ miſere tum temporis, quemadmodum & Anglia tota, Danicis concutiebatur procellis) non Hiberniam, ut tu, neſcio qua ductus conjectura, ſomnias.

Huc etiam facit, quod de eodem ſcribit Matth. Florilegus Anno gratiæ 883°.

Quod ad Ingulphum ſpectat, ubi eandem recenſet hiſtoriam, Scoti nomen reticetur.

Polydorus Anglicæ hiſt. lib. 5° ſic ſcribit. "Fuit is "annus ſalutis noſtræ circiter 792, quum duos ferunt "monachos ex Hybernia, ſive ex Scotia, ut quibuſdam "placet, in Galliam delatos, ſe ſapientiam venalem habere, magna voce teſtantes, mercedis loco cibaria & "veſtiaria duntaxat petiiſſe: & iſtorum alterum, qui "Clemens nominabatur, à Carolo Lutetiæ retentum, "eique ex omni ordine civitatis traditos juvenes in "diſciplinam". hucuſque Polyd. Pag.233.

Falleris, profecto falleris, quantumvis boni antiquarii nomine te vendites, ſi ex hoc loco colligas, Jo. Scotum Erigenam unum ex duobus illis fuiſſe, aut id ſenſiſſe Polydorum, aut eos ſaltem, quos ipſe ſecutus eſt. Nam Carolo Calvo, * non autem magno illi (qui Lutetiæ & Ticini academias primitus inſtituit) familiaris erat Scotus, utpote vir altero poſt eum ſeculo natus. Et tametſi idem Polydorus paulo poſt Jo. Scoti mentionem faciat, non is tamen Erigena fuit, ſed Mailroſius, Alcwini Claudiique Clementis ſocius, ac Bedæ olim diſcipulus, dum Wermuthæ (ut ſcribit Baleus) profiteretur. Unde idem Baleus in Claudio Clemente: "Hic Claudius ille erat, qui Pariſiis, inter mer"catores Anglos, cum Joanne Scoto, Mailroſio dicto, "ſapientiam habere ſe venalem dicebat, nihilque pe"tere mercedis loco, præter victum & veſtes". &c. Duos iſtos Scotos turpiter confundit Londinenſis, præcipue vero pag. 208. 209. ubi multa Erigenæ tribuit, quæ nulli poſſunt alii quam Jo. Scoto Mailroſio convenire.

*P. 555.

Jo. Erigena non ideo dictus eſt Scotus, quod Scotia ei natale ſolum contigerit: ſed quod familiæ ſuæ forſan id nomen fuerit. (Hodie namque in Septentrionali Anglia familiarum id uſitatum eſſe cognomentum ſcimus.) Cui, epitheti loco, dictio *Erigena*, à Græco ἠειγενὴς *mane genitus*, adjecta eſt, quod literarum ſplendore ceteris omnibus, ceu rutilans aurora matutino ſolis jubare, præfulgeret.

Alfredum non ante, quam, Dacis regno penitus ex-
*P. 556. pulſis, ſumma jam pace frueretur, pietatis * operibus incubuiſſe, aut ſtudiis vacaſſe, minus recte judicas. Nam tametſi ſcribat Polyd. omnia illi ab initio principatus difficillima fuiſſe, non tamen id vult, quod tu ex eo inferre videris, nempe illum ita bellicis negotiis per ea tempora eſſe implicitum, ut his ſtudiis animum adjungere non poſſet: ſed id innuit potius, ſtatim, poſtquam principatui inauguratus eſſet, nempe intra menſis ſpatium, hæc illi contigiſſe, nec intra annum deſiiſſe. Nam apud Aſſerum legimus, "vixdum men-
"ſe regni ſui expleto, contra Dacos apud Wyltonam
"pagum prœlium commiſit, quo anno" (inquit) "Sa-
"xones & Angli maxima ex parte octo contra Paganos
"prœliis populariter ſunt attriti". Hæc ille. Poſt primum autem regni ſui annum, datum illi fuit à bellis reſpirandi tempus. Idem etenim Aſſer ſcriptum reliquit, Occidentales Saxones cum eiſdem Paganis eodem anno pacem pepigiſſe, ea conditione, ut ab eis diſcederent, quod & impleverunt. Dein factis induciis, non ante quartum regni ſui annum cum illis (ut ex eodem Aſſero & Huntedunenſi conſtat) bellum geſſit, quo tempore navali pugna eos adortus eſt. Sed renovatæ ſunt paulo poſt induciæ, quas non niſi pauco admodum tempore, nempe non niſi ad ſextum princi-

patus ſui annum, perfida gens ſervavit. Poſt autem ſummis rerum anguſtiis premebatur. Hinc eſt, quod ſcribit Hovedenus Anno 877. "Elifredus rex his die-"bus magnas ſuſtinuit tribulationes, & inquietam vi-"tam ducebat". *Porro ſub principatus ſui initium *P. 557. pietatis ſtudiis vacaſſe Alfredum, locupletiſſimus, præter ceteros, teſtis eſt Matth. Florilegus, qui Anno gratiæ 872. (fuitque idem regni Alfredi ſecundus) ad hunc ſcribit modum.

"Hic" (de Werfrido Wigornienſi epiſcopo loquitur) "ad petitionem regis Alfredi, libros dialogorum "Beati Papæ Gregorii in linguam Saxonicam tranſtu-"lit eleganter. Eundem poſtea epiſcopum rex Alfre-"dus, & Plegmundum Cantuarienſem archiepiſco-"pum, Ethelſtanum Herefordienſem, & Werebertum "Legeceſtrenſem antiſtites, viros optime literatos, ad "ſe vocans, multis eos donariis honoravit, ut eum in "diſcenda literarum ſcientia adjuvarent. Legatos præ-"terea ad Gallias direxit, & inde Sanctum Grimbal-"dum ſacerdotem & monachum, ac virum in diſcipli-"nis eccleſiaſticis eruditum, nec non & Jo. presbite-"rum & monachum, bonis moribus adornatum, ex ul-"timis etiam Wallorum finibus, de monaſterio Sancti "David, ejus aſſenſu, ad ſuum accivit conſortium, ut, "horum omnium ſapientia & doctrina, regis deſide-"rium creſceret, qui & in brevi ita profecit, ut libro-"rum omnium perfectam haberet notitiam". Hucuſque Florilegus.

Hinc intelligere poteris, Alfredum ſtudia & pia opera ad finem uſque ſui principatus non rejeciſſe, quod tu facere videris: ſed, paulo poſt principatus initium, bellicis negotiis minus quam antea impeditum, non alia de re magis, quam de literis & pietatis ſtudiis, cogitaſſe.

*P. 558. *Non recte, mea ſententia, accuſationem inſtituis tuam in univerſum monachorum ordinem, quaſi omnes monachi tales eſſent, quales tu, tuo indulgens ſtomacho, eos eſſe prædicas: & non in omni potius ætate ex eo fuiſſent ordine viri undecunque doctiſſimi, ſacrarum pariter ac profanarum literarum callentiſſimi, ut ex Hieronimi, Euſebii, Nicephori, Tritemii, Geſneri, Balei, & aliorum, lucubrationibus apertiſſime liquet.

Non Cantabrigienſium odio (ut tu falſo objicis) ſed veritatis amore, monachis quæ ſua ſunt tribuit. Neque, ob academiarum excellentiam, quas nullis non laudibus ornas, & recte quidem, ſi modo ullæ tum temporis in Anglia fuiſſent, ei committendum erat, ut potius, quæ ad illarum gloriam facerent, aſſereret, quam quæ ſunt hiſtoricæ veritati conſentanea.

Quorſum hîc equum in planitiem provocas? Academias literarum matres libenter agnoſcit, ſed ita tamen, ut nihilominus aſſerere non dubitet, doctiſſimos eo tempore in Anglia fuiſſe, quum nullæ adhuc academiæ eſſent. Quod ſi ei non credis, audi quæſo quæ ſcribit Jo. Major lib. 2. cap. 13. hiſt. Scot. de doctis quibuſdam monachis, natione Scotis. "Prima fronte" (inquit) "mirandum eſt, quomodo in orbis angulo, "ante univerſitatem omnem, viri tanta ſcientia pollerent. Sed, omnibus æqua lance trutinatis, ſtupendum minime eſt. Nam plerique qui Britanniæ fines "nunquam egreſſi erant, ut Bedas ait, Græce Latineque ad perfectum locuti ſunt". c. His verbis convincit errorem tuum de monachorum inſcitia: atque excellentem doctrinam à ſolis academicis non eſſe pro-
*P. 559. fectam, contra te demonſtrat. *Ut veſtium formæ, ita & hominum ſtudia, tempore mutantur. Fuit ſeculum,

in quo ſcholaſtica doctrina primas tenebat, majorque intelligentiæ quam eloquentiæ ratio habebatur. Alfredi ſeculo non ut nos eloquendi viribus, ſed abſoluta quadam ſcientiarum ac bonarum artium cognitione, doctrinam metiebantur. Et quamvis politior multo ſit hæc noſtra ætas quam illa fuerit, vereor tamen, ut cum ea poſſit multiplici artium ac ſcientiarum peritia comparari. Ita, quod diminutum eſt verborum apparatu, cognitione rerum abunde penſatum eſt. Vitium itaque illud, ſi modo vitium ſit dicendum, commune erat ejus ætatis, non monachorum proprium. Nec Cantabrigienſes (opinor) ſi eo tempore exſtitiſſent, ab hac barbariei labe ac corruptela, quæ totam late Europam poſſederat, immunes evaſiſſent: maxime quum apud eos intra paucos hoſce annos adeo meliorum literarum ſtudia refrixerint. Cujus rei fidem facit Eraſ. in epiſtola ad Henricum Bovillum ita ſcribens. "Ante annos ferme triginta nihil tradebatur in ſchola "Cantabrigienſi præter Alexandrum, & *parva logicalia* "ut vocant, & *vetera Ariſtotelis dictata*, *Scoticaſque quæ*"*ſtiones*", c. En veſtra ante paucos annos ſtudia, etiam tum, quum in Italia, & aliis quibuſdam orbis nationibus, linguæ ac bonæ literæ maxime florerent. Et tu, in illa communi eloquentiæ & melioris literaturæ πανολεθρίᾳ, ſolos monachos, propter Latinæ linguæ & eloquentiæ imperitiam, taxandos cenſes, quaſi ipſorum vitio id mali accidiſſet?

*Tres noſtra memoria fuerunt in eccleſia Anglicana precandi ritus: Sariſburienſis, Eboracenſis, & Banochorenſis; quorum hic quum à paucioribus admitteretur, pro minus probato habebatur. Itaque *Banochorizare* dicebatur, qui à legitimo precandi ritu aberrans, Banochorenſem orandi in templis conſuetudi- * P. 560.

nem imprudens ſequeretur. Poſtea vero generaliter hoc diverbio notabantur, qui à præſcripta orandi forma quocunque modo deviarunt, etiamſi ſecundum Banochorenſem ritum horarias ſuas preces non dicerent. Male ergo ad monaſterium refers, quod de urbe, quæ hodie epiſcopalis ſedes eſt, dicebatur.

Si, quod tu in epiſtola ad Oratorem pag. 14. ex Nigro Codice refers, Cantabrigia cœperit Anno Mundi 4321. hoc eſt, ante Chriſtum natum 878. regnante eo tempore Gurguntio, nec Anaximander (quem, referente ex Apollodori chronicis Diogene Laërtio, ſecundo anno 58^æ^ Olympiadis egiſſe ætatis 64^um^ annum, ac paulo poſt obiiſſe diem, legimus, hoc eſt, Anno Mundi, ut in chron. ſcribit Euſebius, 4650, ante natum Chriſtum 549,) nec Anaxagoras (quem ex eodem Laërtio floruiſſe didicimus Olympiade ſeptuageſima, hoc eſt, Anno Mundi 4720, & ante natum Chriſtum 479,) potuerunt ulla ratione Gurguntii temporibus Cantabrigiæ prælegere, quum longo poſt tempore vixerint. Sin autem veriorem exiſtimes ſupputationem eam, quæ cœpiſſe Cantabrigiam oſtendit Anno Mundi 3588, quod circa ea tempora fuerit Gurguntius, nam ſic ais pag. 15^a^, annon reclamant tempora, eoque magis?

*P. 561. *Cantabrigienſes non ante regnum Henrici tertii proprias ullas ædes aut ſcholas habuerunt. Cauſſa eſt: Daci circa annum Domini 1010, regnante Ethelfredo, ferro & igne omnia apud eos vaſtarunt & abſumpſerunt, cives, ſcholaſticos, ſcholas, civium ædes, bibliothecas, libros, &c. Alfredi filius Edwardus ſenior hæc omnia reparavit. Quis poſtea evertit? Nam Croylandienſes jacentia ſtudia reſuſcitarunt. Dicam quod res eſt. Edwardus Senior Sigebertinam ſcholam reparavit: Cantabrigienſem academiam Croylandienſium monachorum opera inchoavit. A-

Academiam noſtram à collegiis incepiſſe, hodiernam ſecutus appellandi conſuetudinem, dixi: non ignarus tamen quæ hodie collegia vocantur Mertonenſe, Oriellenſe, Exonienſe, & Univerſitatis, antiquitus, & in ipſa prima illorum erectione, aularum Mertonenſis, regiæ, Stapeltonenſis, & Univerſitatis appellationem ſubiiſſe: mutatis viz. pro temporum diverſitate, nominibus. Sed ut tibi dem, à ſolo collegio ſive aula Univerſitatis gymnaſium noſtrum incepiſſe: num inde colligis, non adeo antiquam eſſe academiam, quòd collegii nomen non niſi diu poſt Alfredi ætatem in uſu fuerat? Sed iſtuc inventum tibi plane non proderit. Nam aulam dixi non collegium primitus eſſe appellatum pag. 387. An potius, quod, quemadmodum una hyrundo non facit ver, ita nec unum collegium academiam? * Sed hæc quoque ratio ſatis infirma eſt. Nam quamvis appellatione una fuerat συνοικία, reipſa tamen (ut ex Roſſo & Laylando liquet) tria ſtudioſorum contubernia fuere, quæ, quod uni parebant moderatori, pro uno cenſebantur, non ſecus quam duo illa Bedæ monaſteria, Gerwicenſe ſ. & Wirmuthenſe, pro uno apud quoſdam ſcriptores habebantur, quod unus utriuſque Cœnobiarcha fuerat. Adde, quod ad Alfredi imitationem aliæ complures aulæ conſtructæ initio fuerunt. Apparet itaque, Aluredum, ante Mertonenſis & Baliolenſis collegiorum fundationem, perfectam nobis academiam inſtituiſſe.

*P. 562.

*P. 563. *Veriſſimum eſſe non dubito, quod ex Gilda Polydorus Angl. hiſt. lib. I°. refert. Britannicam nempe inſulam, ſtatim poſt inundationem illam aquarum, quæ incidit tempore Noachi, incolas obtinuiſſe. Nam, ut author eſt Jo. Annius in commentariis Beroſi, tam Britanni quam Galli Samothem, ſextum Japheti filium, primum generis ſui authorem habuerunt: unde Britanni primùm, deinde Galli, *Samothei* dicti ſunt. Atque in hujus quidem Samothei pietate, ac optimis inſtitutis, tota perſtitit poſteritas, donec Chami maledicti progenies mundum corrupiſſet. Quod ſane factum eſt regnante in Britannia Albione Mareotico, qui primus author fuerat, ut tam regnum quam nomen à Samotheis, religioſa Japheti ſtirpe, ad impiam Chami poſteritatem transferretur. Qua de re ita ſcribit Baleus, in eodem Albione Mareotico. "Sic enim poſt "aureum ſeculum in orbe toto, ducentorum & quinquaginta fere annorum, ſub Noacho ſanctiſſimo poſt "diluvium (de quo tanta ſcribunt Fabius, Myrſilus, "Trogus, Diodorus, & alii) ſequebatur in particularibus regnis, ad eandem circiter temporis menſuram, "ſub Japheti filiis ac nepotibus, ætas argentea, ut eſt "apud Virgilium, Ovidium, ac reliquos authores. "Tandem ſucceſſit, ſub opprimentibus Chameſenis *P. 564. "tyrannis, tempus omnino ferreum, * ſpurium ac "ſpurcum, degenerantibus à [1] piorum patrum inſtituto "filiis, ut author eſt Philo Judæus. Ita poſſederunt "eos, rectores abſque Domino, Eſa. 26. Atque hoc "in Britannia duravit ad Brutum uſque". hactenus ille.

In hac tanta morum corruptione ac ferina hominum crudelitate, omnibus quotidie in deterius labentibus, imbellis haud dubie multitudo paulatim à potentiori ac violentiori turba conſumpta penitus, ac ad internecionem uſque deleta, fuerit: ſic ut, ſub Bruti adventum, ſuperfuerint tantum potentiſſimi ac peſſimi illi oppreſſores, quos, ob immanem corporis vaſtitatem, Britannica hiſtoria *gygantes* appellat. Itaque bene conſiſtere poſſunt hæc utraque, quod & hæc inſula ſtatim à diluvio (ut inquit Polydorus) incolas habuerit, & quod ſub Bruti adventum non niſi à paucis gygantibus habitata fuerit. Atque hi procul dubio fuerunt, qui tot bellis Trojanos vexarunt: nam de aliis non legimus. Hæc ideo referre libuit, ut inde conjicias, quam vana ſunt, quamque ad inſtitutum tuum non faciant, quæ de Gygantibus initio operis, viz. pag.21. & quatuor proxime inſequentibus, ſcribit Londinenſis: ubi tempora gygantum incaute confundit, ac ſi omni tempore & apud omnes par literarum ac pietatis cultus fuiſſet.

Rerum Britannicarum compendio multa, ipſo authore indigna,(quem Baleus ob exquiſitam Britannicarum rerum notitiam tantopere commendat) ſciolorum opera inſerta videntur. Id vero hanc ſuſpicionem auget, quod longe ab aliis rerum Britannicarum ſcriptoribus diſſideat.

---

[1] Priorum *apud Baleum*.

*P. 565. *Laylandum ejuſdem aliquando cum hiſtorico noſtro, Roſſo, & Baleo, opinionis fuiſſe, indicat idem Baleus, de Roberto Canuto ſcribens his verbis. "Erant
" olim non procul ab Oxonio, antequam poneretur il-
" lic gymnaſium, florente Britannici nominis gloria,
" duæ ſcholæ, tum eloquentia, tum eruditione pollen-
" tes, ut Laylandus habet in vita regis Alfredi magni.
" Harum uni, Græcoladæ vocabulum ab ejus linguæ
" profeſſione, alteri ex Latini ſermonis promulgatio-
" ne, Latinoladæ nomen eſt impoſitum. Hæ nunc cor-
" ruptis vocibus Crikelada & Likelada vocantur".
Hæc Baleus. Idem Laylandus in annotat. in Polydorum: " Fuerunt tempore Britonum ad vadum Iſidis
" Græcæ ſcholæ, fuerunt Latinæ, quas præceptores,
" loci amœnitate capti, Calenam tranſtulerunt.

pag. 265. Pendæ crudelitatem Ranulphus lib. 5°. cap. 12. oſtendit, dum ſcribit, eum duos reges Northumbrorum Edwinum & Oſwaldum, nec non & tres Orientalium Anglorum Sigebertum, Egricum, & Annam, crudeliſſime interfeciſſe. Unde de eo cecinit poëta quidam referente Florilego, A°. Gratiæ 654, ad hunc modum:

Totus in arma furens, nullas, niſi ſanguine fuſo,
Gaudet habere vias.

Hinc ſcias, me de Penda non niſi, quæ boni ſcriptores, commemoraſſe.

*P. 566. *In Clement. conſtitut. lib. 5°. cap. 1°. de magiſtris, quum inter ſelectiſſimas totius Europæ, principeſque adeo & generales, academias Oxonia cenſeatur, rejecta Cantabrigia, quid habes amplius, quod obmurmures? Conſtitutionis hæc ſunt verba. " Ut igitur peri-
" tia linguarum hujuſmodi poſſit habiliter per inſtru-
" ctio-

“ctionis efficaciam obtineri, hoc ſacro approbante “Concilio”, (Viennenſi ſcilicet) “ſcholas in ſubſcriptarum linguarum generibus, ubicunque Romanam “Curiam reſidere contigerit, nec non & Pariſienſi, & “Oxonienſi, Bonon̄. & Salamantino ſtudiis providimus erigendas”. & quæ ſequuntur. Nulla hîc imperfectionis nota: ſed, quod tibi neutiquam placet, quæ in hac conſtitutione commemorantur academiæ, *ſtudiorum* nomine vocantur: quod perinde eſt, teſte gloſſatore, ac ſi *generales univerſitates* appelles. Ita enim ſcribit ſuper ejuſdem conſtitut. procemium. *Iſtud C. dicit, quod in civitate Romana, in civitate Pariſienſi, Oxonienſi, Bononienſi, & Salamantina, ubi eſt univerſitas generalis, debent eſſe duo Magiſtri, qui ſciant loqui idiomata, de quibus in textu*, c.

Oxonienſes cives, veteris, quod diu animis celarunt, odii impulſu, adulterinas regis literas ſcholaribus oſtenderunt, quibus rex Oxoniam die conſtituto venturum ſe ſignificarat, mandans, ut uterque, tam academicorum quam oppidanorum, cœtus ſolenni pompa in occurſum prodeant, & aliquot ab academia ſtadiis illum excipiant: hoc conſilio, quo univerſos ſcholaſticos ab ur*be in eorum perniciem evocarent. Quod & factum eſt. *P. 567. Ceterum, quum ad præſtitutum inſidiarum locum perveniſſent, prorumpentibus, ſubito hinc inde ſigno dato, qui inſidias tendebant, oppidanis, inermes, & nihil tale metuentes, ſcholaſtici, facile ab armatis oppreſſi trucidabantur. Sed, comperto poſt dolo, urbis præfectus, una cum civibus, læſæ majeſtatis convicti, perpetratum facinus partim capitali ſupplicio, partim vero privilegiorum jactura, ac aliis nonnullis graviſſimis pœnis, luebant. de hac ſeditione vide pag. 527.

Certum eſt, in turbulento illo, quo Henricus 3^{us} regnarat, ſeculo, gravi inter ipſum & optimates diſſenſione coorta, procerum factionem (ut varia tunc temporis fuerant per totum regnum partium ſtudia) ſecutos eſſe Oxonienſes, hac potiſſimum occaſione, quod eos rex academia prius ejecerat, quod ex Ranulpho conjicias: ſed quare ejecerit, aut quo in exſilium miſerit, non commemorat. In chronico tamen, cui titulus *Scala mundi*, ab optimatibus ad urbem Northamptonam Oxonia tranſlatos legimus, ut ſequitur: "Clerici "univerſitatis Oxon̄, quæ quidem univerſitas, juſſu "Britonum, illuc" (Northamptonam intelligit) "tranſ-"lata fuerat, ipſis ingredientibus & inſultantibus ma-"jora inferunt mala. &c.

Jo. Roſſus, neſcio quem ſecutus authorem, ſcribit, Oxoniam primùm à Mempricio, tertio Britonum rege, ædificatam fuiſſe, & ab eo **Caer Mempriſe** appellatam. Verba ejus [1] apponam. "Nihil boni" (inquit) "de Mempricio commemoratur, niſi quod probum fi-
*P. 568. "lium & heredem *genuit nomine Ebrancum, & "unam nobilem urbem condidit, quam à nomine ſuo "Caer Mempriſe nominavit; ſed temporum poſtea "decurſu Belliſitum, demum Caer Boſo, tandem Ri-"dochen, & ultimo Oxonia, ſive Oxenfordia, ob quen-"dam eventum, à quodam vado vicino per Saxones ap-"pellata eſt.

De nomine **Caerboſo** quod narrat, non eſt vero diſſimile: quia Boſo Arthuri temporibus, ut ex Galfredi lib. 7°. liquet, Oxonienſis urbis conſul (idem eſt, ut quidam interpretantur, *comes*) atque in magna admodum apud ipſum regem gratia fuit.

---

[1] *Vide Roſſum noſtr. p. 21.*

Walli noſtri, à veteribus indubie Britonibus oriundi, urbem **Redeechen** appellant: quæ vox, mea ſententia, Saxonici tantum nominis interpretatio eſt, à Britannicæ fortaſſe hiſtoriæ authore primum nata, quam Galfredus Mon. Gualteri, Oxonienſis archidiaconi, rogatu, à quo eandem accepit hiſtoriam, Latine vertit. Et ideo priſcis Britonibus, ante Saxonum adventum, incognitam vocem fuiſſe facile equidem crediderim: maxime, quum nulla conſtet veterum authoritate, vocabulum **Oxenforde**, ſive **Redeechen**, urbi ante Saxonum adventum inditum fuiſſe.

Sylveſter Gyraldus Cambrenſis in Itinerario Walliæ ex Alexandro Neckamo ſcribit de generalibus ſtudiis in hæc verba. "Viguerunt autem ſtudia in Ægy-
"pto, ut probat Alexander Neckam in libro de na-
"turis rerum. Abraham docuit quadruvium, i. 4. ar-
"tes; ſ. arithmeticam, geometriam, muſicam, & aſtro-
"nomiam. Demum, cœpit Græcia nobilitari philoſo-
"phorum frequentia: & conſecratæ ſunt Athenæ deæ
"ſapientiæ Minervæ, *ut dicit Auguſtinus 19° de ci- *P. 569.
"vitate Dei, cap. 8°. Demum, Carolo Magno re-
"gnante, cœpit florere ſtudium Pariſiis, cujus funda-
"tores fuerunt Rabanus, Alcwinus, Claudius & Jo.
"Scotus. Poſtea Oxoniæ in Anglia ſtudia floruerunt,
"&, ſicut ait Alexander Neckam ubi ſupra, juxta va-
"ticinium Merlini, ad *vada boum* vigent ſtudia, ad par-
"tes Hiberniæ ſuo tempore tranſitura". c. Nec quicquam refert, ſive Ambroſium ſive Caledonium Merlinum, quem & Sylveſtrem quidam appellant, vaticinii authorem facias, quum utrumque Britonum temporibus vixiſſe conſtet.

Quod vel maxime adverſum te facit, quodque hoc pag. 284. loco, inſerto parum ſyncere Bedæ nomine, diſſimulatum cupis, notandum cenſeo, Græcoladam illam, Græcis olim philoſophis inſignem, & non fictitiam tuam Cantabrigienſium Coloniam, à Penda, Merciorum regulo, inſtitutam, authorem hunc Jornallenſis hiſtoriæ intelligere: alioqui ante urbis Legionenſis academiam Græcoladienſe ſtudium fuiſſe non dixiſſet. Nam quis ignorat, Pendam longo poſt Arthuri ætatem, cujus Legionenſis illa, ut ex Galfredo patet, academia fuit, tempore vixiſſe?

Florilegus Anno gratiæ [1] 585. hæc habet: "Reges "Merciorum dominabantur in provinciis Glovernen"ſi, Wigornienſi, Warwicenſi, Ceſtrienſi, Derebienſi, "Scrobesberienſi, Notynghamenſi, Lincolnienſi, Leir"ceſtrenſi, Oxonienſi, Herefordenſi, Staffordenſi, "Northamptonenſi, Buckynghamenſi, Bedefordenſi, "Huntedunenſi, & Hertfordenſi. Reges Weſtſaxo"num dominabantur in provinciis Weſtſaxonum Bero"cenſi, Dorſcetenſi, Devonenſi, Suthamtonenſi, Suthe"rienſi, Wiltonenſi, Salesberienſi, & Bathonenſi". c.

*P. 570. *An tibi veriſimile videtur, quod pag. 118. confirmare ſtudes, Cantabrum nempe, patria exſulem, parum ſecunda fortuna uſum, in regno non ſuo, ubi nihil quicquam poſſedit, præter id quod precariò à rege obtinuerat, academiam, & eam quidem nobilem commode exſtructam fundaſſe: & non æque etiam probabile exiſtimas, Aluredum, præpotentem regem, utpote totius fere Angliæ Monarcham, quum jam à bellorum injuriis immunis eſſet, & tantum de literis provehendis cogitaret, potuiſſe à vicino ſuo Burrhedo, cujus & ipſe quoque affinis erat, precibus impetrare, ut liceret ei, in publicum non Weſtſaxonum modo ſed etiam

---

[1] *Potius*, 586.

Merciorum bonum, academiam intra ditionis ſuæ pomœria condere, quod vix hoſtis hoſti ſolet denegare? Nam ſi hoc tibi non videtur eſſe credibile, quam tu eis fidem adhibebis, quæ de Maydulpho Scoto à Florilego Aº gratiæ 872 prodita ſunt: qui non tantum dicitur Malmesburienſe monaſterium ab imis, quòd aiunt, fundamentis erexiſſe, ſed etiam tam Græcas & Latinas, quam variarum artium, ſcholas ibidem exſtruxiſſe?

Aſſeri verba ex libro de geſtis regis Alfredi, ubi de educatione regiorum liberorum loquitur, hæc ſunt: "Ethelueardus, omnibus junior, ludis literariis, divi-"no conſilio, & admirabili regis prudentia, cum omni-"bus pene totius regionis nobilibus infantibus, ac etiam "multis ignobilibus infantibus, ſub diligenti magiſtro-"rum cura traditus eſt; in qua ſchola utriuſque lin-"guæ libri, Latinæ ſcilicet & Saxonicæ, aſſidue lege-"bantur: ſcriptioni quoque vacabant, ita ut, ante-"quam humanis artibus vires haberent, venatoriæ ſci-"licet & ceteris artibus, quæ nobilibus conveniunt, in "liberalibus artibus ſtudioſi & ingenioſi viderentur.

*Et alio in loco hæc ſcribit: "Tertiam partem "ſcholæ, quam ex multis propriæ ſuæ gentis nobili-"bus pueris & ignobilibus ſtudioſiſſime congregave-"rat, dedit. *P. 571.

Gul. Malmesburienſis ita de Alfredo loquitur, lib. de regibus 2º. "Propterea in tota inſula ſtudium li-"terarum abolitum, quod quiſque magis vereretur pe-"riculum, quam ſequeretur librorum exercitium. Qua-"propter in hoc Anglis ſuis conſulere, ut prælibarent "tumultuarie", c.

Ergo per nationem, regionem, & gentem, ſuam, propriam, non Weſtſaxonum tantum regnum, ut tu arbibitraris, ſed Anglorum procul dubio gentem ſive nationem intelligit: ſub qua & Merciam quoque comprehenſam quis dubitat? Neque vero, quia ſcholæ, quam in regia ſua habebat, meminerat Aſſer, ideo ſequitur, illum de ſchola noſtra non intellexiſſe. Nam ex iſtis locis palam fit, Ethelwardum primum in regia, & deinde in academia (quam per ludos hîc literarios intelligit) educatum fuiſſe. Nam & Matthæus Florilegus ſic locum eundem interpretatur quum ait: "Edwardus & Ethelwardus ſemper in curia regis educati, pſalmos & libros Saxonicos docebantur". quæ verba in hoc ſenſu non ſunt accipienda, quaſi Ethelwardus non alibi, quam in aula, literis inſtitueretur, aut nihil didicerat aliud, quam pſalmos & libros Saxonicos (nam hoc ei adverſatur, quod ſequitur, quum ſcribit, *illum diligenti parentis cura*, * *cum aliis nobilibus regionis literali ſcientiæ applicatum eſſe, ut, antequam aptas humanis rebus & artibus vires haberet, liberalibus ſtudiis traderetur*) ſed hic potius genuinus, quanquam tectus, loci ſenſus eſt. *Quamdiu Ethelwardus una cum fratre Edwardo in regia educabatur, tamdiu pſalmos ſemper & libros Saxonicos docebatur: ſed poſtquam, patris cura, ludis literariis* c. i. Oxoniam amandatus eſt, liberalium artium ſtudiis operam navarat non inſtrenuam, in quibus adeo tandem profecit, ut Malmesb. pro literatiſſimo habitum eſſe ſcribat. Quin & eum quoque ibi ſtuduiſſe, veriſimile facit, quod Baleus, ſub nomine Ethelwardi junioris, Edwardi ſenioris filii, ex Mariano Scoto ſcribit ad hunc modum. "Marianus Scotus, hiſtoriographus illuſtris, ſcribit, hunc" (Ethelwardum) "diem obiiſſe ſupremum in Iſidis vado, ſeu Oxonio, inter literas, ibidemque fuiſſe ſepultum". hæc ille. Nunc utra expoſitio tua, an hæc noſtra, propius ad veram Aſſeri ſententiam accedat, lector judicet.

* P. 572.

Mirum ſane, quod tu recentiores ſcriptores excludis, qui nullibi veterum authoritati niteris. Nam, ſublatis anonymis tuis, quos pro nullis duco, una cum Bowlo, hiſtoriolæ veſtræ ſcriptore, Lydgato, Herriſono, Diviſenſi, eodemque corrupto, Nicazio Cadnæo, Guolphango Juſto, Coriato, Stoveo, & ſimilibus aliquot, quos mihi relicturus es Cantabrianæ academiæ aſſertores, veterum authoritate fidem rei facientes? Nam quotuſquiſque horum Nennium, Gildam, Joſephum Iſcanum, aut ſimiles vetuſtos & Britannicos ſcriptores, pro hujuſce rei confirmatione citat? Imo, quotuſquiſque horum his multo recentiorem Bedam, *niſi ficticium & Anglicana lingua loquentem, pro ſe *P. 573. teſtem adducet? Nam qui poterit eſſe teſtis, qui ne ſemel quidem Cantabrigienſis academiæ meminerit? Ut breviter dicam, tam procul abſunt tui à veterum teſtimonio, quos à te ſtare ubique gloriaris, ut auſim dicere, non eſſe quenquam ante Ranulphi ætatem bonæ ſaltem fidei ſcriptorem, aut qui ſibi vetuſtiorem aliquem etiam citra Gulielmi Nothi tempora, in ſui ſubſidium citare poſſit.

Quamvis non multum referre exiſtimem, quando ab Alfredo inſtituta fuerit Oxonienſis academia, dummodo ab eo inſtitutam conſtet; primo tamen aut 2° ejus regni anno factum id, non ita incredibile eſſe aut falſum, ut tu dicis, ante oſtenderam, pag. viz. 556. & nunc paucis repetam. Aluredus, poſt factas primo anno cum Dacis inducias, à bellis quietus uſque ad quintum regni ſui annum fuit. Sextus vero malorum initium fuit. Ceterum, non ante ſeptimum (ut ex Aſſero liquet) ad Athelingiæ paludes ſe recepit, quo tempore multis premebatur anguſtiis. Porro 2° anno tantum de literis cogitaſſe, antea ex Florilego docuimus. Fruſtra ergo de ejus per id tempus miſeriis narrationem inſtituis.

pag.318. 319. Miror hîc inconſtantiam tuam, quod tam multa de Aluredo ſcripta ex Florentio, Chronico Dunelmenſi, Gul. Somerſeto, Jo. Pariſienſi, Symeone Dunelmenſi, Ailredo Rhievallenſi, & aliis, tanquam vera citas, quæ apud Aſſerum non reperiuntur, quorumque pars magna ei plane adverſantur: cujus generis eſt, quod, Flo- *P. 574. *rentii authoritate, aſtruis, Alfredum in eadem inſula ad tres annos regno exutum latitaſſe; quum contra Aſſerus ingreſſum ſcribat Anno Domini 878, egreſſum vero anno eodem, ſeptima poſt Paſcha hebdomade. Rurſus, exutum regno non dicit, ſed Dacos, maxima ex parte Weſt-Saxonici regni incolas, ſuo dominio ſubdidiſſe. Nec regno extorrem fuiſſe Alfredum, ſed in regno tantum ſuo ad tempus latitaſſe ſcribit: "quo "viz. tempore Daci" (ipſius Aſſeri [1] verba ſunt) "mul-"tos ejuſdem Occidentalium Saxonum gentis ultra ma-"re compulere hoſtili vi, ut pro penuria atque pavore "navigarent atque abdicarent" (forſan *abderent*) "ſe "in Oceano. Nec Alphredum divitiis, ſed maxima regni parte, ſpoliatum, apud Aſſerum habetur: quo ſenſu cur Rhievallenſis verba non accipias item, non video. Quorſum igitur verba hæc tua? *Nam recentiores iſti ſcriptores*, c. pag.293. Rurſus illa? *Credendum potius in controverſiis ſcriptoribus vetuſtis quam recentibus.* pag.295. Rurſus? *Fidem & authoritatem majorem* c. pag.296. Denique & illa quoque, eadem pag.? *Poſteriores igitur examinabo ad primos illos* c. Nam ſi hæc vere & ex animo ſcripſeras, cur ab Aſſero jam diſſen-

---

[1] *In Annalibus nimirum, à v. doctiſſimo Thoma Galeo editis, p.* 166.

tis, & ad recentiorum authoritatem declinas? aut cur ejus de primo Alfredi anno verba in tuum ſenſum torquendo pervertis? "Anno Domini 871. Erant" (inquit[1]) "Saxones vel Angli maxima ex parte in eodem "uno anno" (viz. primo) "octo contra Paganos prœ"liis populariter attriti, in quibus octo prœliis unus "rex Paganorum & novem duces cum innumeris co"hortibus occiſi perierunt, exceptis quotidianis & in"numerabilibus irruptionibus", c. *Apparet igitur ex * P. 575.
Aſſero, hæc omnia, quæ hîc commemorantur, primo anno, & non primis annis, regni ejus, ut tu vis, geſta fuiſſe. Poſt primum vero annum omnia tranquilla per aliquot annos eidem Alfredo fuiſſe, ſequentia hæc apud Aſſerum [2] verba declarant. "Eodem quoque an"no" (viz. primo) "Occidentales Saxones cum eiſdem "paganis, ea conditione ut ab eis diſcederent, pacem "pepigerunt, quod & impleverunt". c. Commode itaque ſi non primo, altero tamen anno ab Alfredo academia inſtitui potuit.

Dani (inquit Londinenſis ex hiſtoria regia) *muſis formandis parum propitii, in Mercia, poſt Burrhedi expulſionem, uſque ad annum Aluredi* 22^{um} *regnarunt: ergo ante id tempus Oxonia muſarum ſedes eſſe non potuit.* pag. 322. 323. Reſpondeo, vitioſam collectionem eſſe, quia pro confeſſo aſſumit, quod eſt controverſum: nempe, bonarum literarum ſtudia Danos, rerum in Mercia potitos, ferre non potuiſſe. Non enim majori odio literas, quam Chriſtianam religionem, proſecuti ſunt pagani, cui ſemper hoſtes erant infenſiſſimi. Ceterum non legimus, propter Danorum ibi dominatum Chriſtianiſmum refrixiſſe. Et quod de religione, idem & de literis ſentiendum: adverſus quæ, quantumvis illis inviſa, bellum non eſt ſuſceptum, ſed contra incolas potius, quibuſcum pro imperio ac regni jure decertarunt. Multo minus etiam valebit ratio, ſi quiſquam conſideret, me ante Danorum in Merciam irruptionem, ipſo adhuc regnante Burrhedo, aſſerere, academiam noſtram ſumma regis Alfredi beneficentia incepiſſe.

---

[1] *Annal. p.*164. [2] *Ibid. p.*164.

*P. 576. *Baleus quo loco de veteribus academiis loquitur, ad hunc ſcribit modum. "Fallitur nimirum Polydorus Virgilius in annorum ſupputatione, ponens inſtitutum Cantabrigiæ ſtudium à Sigeberto rege ſexto ante initum principatum anno, dum eſſet adhuc in Galliis exul, & Oxonii per Alfredum 24° regni ſui anno, quum fuerit tamen à Martino 2° Ro. pontifice A° Domini 883 confirmatum, decimo ab ejus fundatione, & regni ipſius undecimo anno. Et ſic inter illas fundationes ſunt ſolummodo 236 anni; & non 265. ut ille in 5° Anglicæ hiſtoriæ ſcribit". Idem etiam in vita Neoti A°. Domini 873 conditam ſcribit, cui Roſſus ac vetus ille, quem inter teſtes tuos annumeras, genealogiæ principum Cambrorum, Britannicorum & Saxonicorum ſcriptor ſubſcribunt. Ceterum, ſi adhuc aliquis reſtet ſcrupulus, quomodo quæ aſſeruerim cum Polydoro & aliis conſentiant, quum inter nos unius anni diſcrepantia eſſe videatur, tolletur ilico conſideranti, quod ſecundo anno cœptum eſt, 3° perfectum & conſummatum. Non eſt autem inter nos 1000. annorum diſſonantia, qualem in tuis plerumque ſcriptoribus excuſare ſoles.

Haraldus levipes Danus urbem & academiam noſtram magna clade affecit, propter interfectos à noſtris nobiles Danos, qui ad Fani Frideſwidæ templum confugerunt. Sed quod tu addis, ſcholas noſtras non ante reſtitutas, quam Stephani tempore Robertus Pullenius, vir doctrina ac pietate [1] inſigni, acceptam cladem, reſuſcitatis ibi literarum ſtudiis, reſarciret, prorſus * inficior: niſi forſan per *reſtituere* ad priſtinam celebritatem publica literarum profeſſione reducere intelligas. Ideoque non ſcribit Laylandus, illum direptas ſtudioſorum ædes reparaſſe, ſed ſtudiorum alacritatem primùm, poſt cladem illam, apud nos excitaſſe, quæ prius languerunt. Fuiſſe enim Oxonii Gul. Nothi temporibus ſcholaſticos, licet non adeo, ut antea, numeroſos, cum alia non parum multa, tum illud inprimis teſtatur, quod, inter monumenta collegii noſtri, in codice quodam perantiquo, nempe ante bis centum annos ſcripto, legitur in hunc modum. "Memorandum, "quod circa annum Domini 800um Rex Alredus, aliâs "Alfredus, fundavit collegium iſtud, cujus exhibitio "ſumebatur à Scaccario regio continue uſque ad con"queſtum, ſaltem excluſive. Tunc Willelmus Con"queſtor, pro viribus nitens deſtruere linguam Angli"canam, dictam exhibitionem retraxit, nolens ulte"rius nutrire clericos ad prædicandum fidem in no"ſtro vulgari idiomate: & tum vixere ſcholares col"legii diu ex ſola devotione diligentium linguam no"ſtram, quouſque, ut ſequitur, indotabatur". c. Ecce tibi irrefragabile ejus rei teſtimonium, non ex vitreis, ut cavillari ſoles, feneſtris, ſed ex perantiquo collegii monumento, depromptum, quod meritò debet, venerandæ antiquitatis ergô, Boſtoni tui Burienſis authoritati præponderare, qui non ante Henrici quarti ætatem claruerit. * P. 577.

Nec id verum eſt, hoc Polenii factum in Stephani regis tempora incidiſſe, quod Belloclerico regnante con-

---

[1] F. inſignis.

*P. 578. contigerat, Laylando & Roſſo authoribus. *Scribit Baleus, Polenium ſive Polenum iſtum vixiſſe Aº Domini 1146. regnante Stephano, Anglorum rege, ſed, hæc eo tempore à Pullenio geſta, non ſcribit. Horum etiam opinionem confirmant Chronica Oſneyenſis cœnobii, in quibus ad hunc modum legitur: “Quidam nobilis theologus, Magiſter Robertus Poleyne appellatus, ſcripturas divinas, quæ in Anglia diu obſoleverant, apud Oxon̄ legere incepit publice in ſcholis ſacræ theologiæ Aº. Domini 1134.” &c. quo tempore Henricus Bellocl̄ericus rerum ſummam extra controverſiam in Anglia moderatus eſt. Ut non addam, quorundam teſtimonio, cladem hac majorem, regnante Ethelredo, academiam noſtram accepiſſe.

Gulielmum, archidiaconum Dunelmenſem, vixiſſe regnante Henrico 3º ex Roſſo apparet, cujus hæc ſunt verba[1]. “Demum ſupervenit quidam bonæ memoriæ doctor theologiæ Mr. Gul. de Dorrham, quondam ſocius magnæ aulæ theologorum Oxon̄, qui trecentas libras pecuniæ univerſitati Oxon̄ contulit pro. 6. theologis in eadem aula futuro tempore ſuſtinend. & erat archidiaconus Dunelmenſis, &, ſecundum Matthæum Pariſium in Chronica ſua, obiit anno Domini 1249, rediens à Romana curia eminentiſſime literatus, quondam electus Rhothomagenſis”. c. Sed hîc Matthæi Pariſ. erroneam triginta, aut eo amplius, annorum ſupputationem evidentiſſime deprehendas ex *P. 579. inſtrumento quodam in ar*chivis collegii, publico academiæ ſigillo corroborato, & ejus nobis ex teſtamento donationem continente, in hunc modum.

“Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Venerabilis Magiſter Lodovicus de

---

[1] *Vide Roſſum noſtr. p.* 101.

“Chapyrnay, doctor ſacræ theologiæ, Cancellarius univerſitatis Oxon̄, Doctores ſacræ theologiæ & procuratores ejuſdem per Univerſitatem deputati, Salutem in Domino ſempiternam. Quum, ad laudem Dei & augmentum Cleri, Mr Wilhelmus Byrkley, Adomarus de Chewingham, Radulphus Senowme, executores bonæ memoriæ Magiſtri Wilhelmi de Dunelme, archidiaconi de Dunelme, nobis & Univerſitati deliberaverint quadringentas mercas bonæ monetæ Angliæ, ad acquirend. & emend. certos redditus, terras & tenementa, diſponenđ. pro exhibitione ſex Magiſtrorum in facultate artium, magis propinquorum partibus Dunelm. in perpetuum, prout in teſtimento dicti Magiſtri Wilhelmi plenius continetur. Sciatis igitur, nos Magiſtrum Lodovicum de Chapyrnay doctorem ſacræ theologiæ, & Cancellarium Univerſitatis Oxon̄, doctores ſacræ theologiæ, & procuratores ejuſdem, habentes authoritatem totius Univerſitatis nobis deputatam, ad honorem Dei ſtabilimentumque noſtræ Univerſitatis, dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti charta noſtra confirmaſſe Magiſtro Rogero Caldwell, cuſtodi ac ſeniori ſo*cio magnæ Aulæ Univerſitatis Oxon̄, & ſcholaribus ejuſdem, octo Meſſuagia cum gardinis” &c. & in fine ejuſdem. “Et nos Mr Lodovicus de Chapyrnay Cancellarius de Oxon̄, doctores ſacræ theologiæ, & procuratores ejuſdem, habentes authoritatem à tota Univerſitate nobis deputatam & conceſſam, ad dand. ten̄. terras & redditus prædictis cuſtodi ſeu ſeniori ſocio aulæ prædictæ & ſociis ejuſdem, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus & defendemus in perpetuum. Pro qua quidem warantizatione, acquietantia & defenſione, “de-

*P. 580.

"dedimus, ſolvimus & deliberavimus trecentas mer-"cas bonæ monetæ Angliæ præ manibus pro dictis 8. "meſſuagiis, libero reditu, & 4. cotagiis de pecuniis "antedictis. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtræ "Univerſitatis appoſuimus. Datum Oxoniæ X° die "menſis Julii, A° regni regis Henrici tertii poſt con-"queſtum Angliæ 4°". Hinc aperte liquet Gul. archid. primis Henrici tertii annis mortuum eſſe, & non quo anno Matthæus Pariſius illum diem obiiſſe ſcribit. Hinc etiam colligitur, magnam Univerſitatis aulam 4° Henrici tertii anno, quo hæc facta eſt donatio, collegium fuiſſe. Adde etiam iis, quæ ſcribit Roſſus, Gulielmum nimirum archidiaconum, ejuſdem aulæ ſocium olim exſtitiſſe: Quod ſane fieri non potuit, niſi Henrici ſecundi, Richardi primi, aut minimum Joannis temporibus id tribuamus. Vaniſſima ergo eſt tua de Ricardo Aungervillo ſive de Byrry divinatio, *P. 581. *qua aulam, ab eo exſtructam, cujus penultimo Philobibli capite ipſe meminit, magnam Univerſitatis aulam fuiſſe auguraris.

Fuit aula illa, de qua mentio eſt apud eundem Aungervillum loco ante citato, aula Dunelmenſis, intra paucos annos *collegium Dunelmenſe*, & hodie *collegium Trinitatis*, vocata. Hanc bonus ille epiſcopus primus erexit, conſtructa inibi bibliotheca optimis libris referta, ceteraque ibi diſpoſuit juxta formam illam, à ſe in Philobiblo deſcriptam, qui deinceps habitus eſt ejuſdem fundator. donec, regnante Ricardo ejus appellationis 2°, Richardus Hatefelde, epiſcopus item Dunelmenſis, ordinaret, ut ſecularibus aulæ Angervillianæ ſcholaſticis certus monachorum Dunelmenſium numerus adjungeretur, qui Oxoniam, ſtudendi cauſſa, prioris ſemper Dunelmenſis nutu perpetuis poſt temporibus amandaretur, domumque revocaretur. His ita proſpectum eſt ab Hatefeldo, ut, datis abunde ad illorum ſuſtentationem redditibus, ſine ullis monaſterii impenſis ibi ſtuderent. Quo beneficio ita ſibi monachos demeruit, ut, oblivioni tradito Angervilli nomine, ſolus ille collegii fundator uſque ad monaſteriorum everſionem haberetur. Hodie tamen inſigne muſéum, ſub nomine (ut dixi) *Trinitatis*, à bonæ memoriæ Domino Tho. Popo, equeſtris ordinis viro, reſuſcitatum, qui id longe quam antea præſtantius, atque adeo ſtudioſis, quos frequentes alit, commodius, effecit. In ejus collegii bibliotheca, poſtremis regis Henrici 8ⁱ annis, vidi ac perlegi hunc Aungervilli *librum, cui *Philobibli* titulum indidit, eundem ipſum indubie, quem ipſemet bibliothecæ illi vivus contulerat. *P. 582.

Edwardus 3ᵘˢ, princeps indulgentiſſimus, de damno, nobis per oppidanos illato, graviter dolens, in ſuis ad academiam literis ita loquitur. "Audito pridem damnoſo diſſidio, inter vos & laicos dictæ villæ ſuſcitato, nos, videntes & dolentes ipſam Univerſitatem, velut navem in mari procellis expoſitam, periculoſiſſime fluctuantem: ne mergeretur, vel diſpergeretur, erigere diſpoſuimus manum noſtram demum, quia tam pars veſtra, quam major & communitas dictæ villæ ordinationi noſtræ ſe, libertates, & privilegia ſua propter hoc in omnibus humiliter ſubmiſerunt" c. Nihil hîc de fatua ficu, quæ verba tua invidentia excogitavit. Imo honorifice (paternum in noſtram academiam gerens affectum) loquitur, eam veſtræ longe præferens, quum ad hunc ſcribit modum. "Sane Univerſitas Oxon̄, velut fons & alveus hujus ſtudii præcipuus, rore ſcientiæ literalis regnum noſtrum Angliæ eminentiſſime reſperſerit, & ſicut ab-

“ undans vitis multos in vinea Domini produxerit palmites fructuoſos, viros viz. literatiſſimos, per quos tam ipſum regnum, quam ejus ſacerdotium decoratum eſt & multipliciter roboratum”. c. Audis magnificentiſſimi regis magnificum de noſtra academia judicium, cujus erga nos favor quanto magis elucet, tanto livor hic tuus manifeſtior eſt, dum in locum regiorum verborum tua κακοτεχνήμενα ſubſtituis, capitali audacia, & corrumpendi inaudita licentia, quæ in laudem dicuntur, in probrum & ignominiam noſtram pervertens.

*P.583. *Priuſquam res ad calculum vocetur, conſidera, non de quibuſlibet ſcholis, aut ſtudiis privatis, inſtitutam eſſe diſceptationem, ſed de publicis, generalibus & approbatis tantum, quæ hodie recepto vocabulo *Univerſitates* appellantur, ut in Aſſertione videre licet pag. 407. Jam vero, ſi libet, congruam propoſitæ quæſtioni antiquitatis rationem ineamus.

Scribit Baleus, Oxonienſem ſcholam pro academia ſive univerſitate confirmatam à Martino 2°, Pontifice Ro. Anno Domini 883°. decimo ab ejus fundatione, & regni Alfredi 11°. Veſtram autem academiam non ante annum Domini 1318. hoc eſt, non ante annum Edwardi ſecundi undecimum, Univerſitatem inſtitutam ac declaratam fuiſſe, ex Pontificio diplomate, vobis conceſſo & in archivis veſtris olim ſervato, aperte liquet, cujus tenor ſequitur.

“ Joannes epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilectis filiis Univerſitatis Cantabrigiæ, Elienſis dioceſis, Salutem & benedictionem. Inter ſingula, quæ grata nos oblectatione lætificant, grandi cor noſtrum reficitur gaudio, & lætitia exultat optata, quum eos, qui cœleſti ſunt providentia præditi, ad populorum "regimen & regnorum, ad communem ſubjectorum "ſuorum profectum intentos aſpicimus, ipſoſque ad "publicæ utilitatis bonum ſolicitos intuemur. Sane "chariſſimus in Chriſto filius noſter Edwardus, rex "Angliæ illuſtris, prudenter attendens, quod multitu"do ſapientum ſalus eſt regnorum, quodque non mi"nus prudentum conſilio, quam fortium ſtrenuitate, "virorum, regentium & regnorum mo*deramina diſ- *P. 584. "ponuntur, apud Cantebrigiam, Elienſis dioceſis, lo"cum in regno ſuo multis commoditatibus præditum "& inſignem, deſiderat vigere ſtudium generale, & "quod à doctoribus & docendis in poſterum frequen"tetur, humiliter poſtulavit à nobis, ut ſtudium, ab "olim ibi ordinatum, & privilegia, à Rom. Pontifici"bus prædeceſſoribus noſtris vel regibus quæ fuerunt "pro tempore eidem conceſſa, apoſtolico curemus mu"nimine roborare. Nos igitur, ſuæ intentionis pro"poſitum dignis in Domino laudibus commendantes, "ejuſque ſupplicationibus inclinati, apoſtolica autho"ritate ſtatuimus, ut in prædicto loco Cantabrigiæ ſit "de cetero ſtudium generale, volentes authoritate præ"dicta & etiam decernentes, quod collegium Magi"ſtrorum & ſcholarium ejuſdem ſtudii Univerſitas ſit "cenſenda, & omnibus juribus gaudeat, quibus gau"dere poteſt & debet Univerſitas quæcunque, legiti"me ordinata. Ceterum omnia privilegia & indulta, "prædicto ſtudio rationabiliter [1] pontificibus & regi"bus prædictis conceſſa, authoritate prædicta confir"mamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc "paginam noſtri ſtatuti, voluntatis, conſtitutionis & "confirmationis, infringere, vel auſu temerario con-

---

[1] *Potius*, à pontificibus.

"traire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, "indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri "& Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. "Dat. Avinionæ quinto Idus Julii, pontificatus noſtri "anno ſecundo.

Fuit iſte Jo. ejus nominis, ut alii ſcribunt, 22us, ut *P. 585. alii vero 23: qui, teſte Platina, *Lugduni creatus anno 1316. inde cum curia Avinionem profectus eſt, ibique diem obiit. Hanc inter reliquas bullas tuas non produxiſti, quod omnem penitus controverſiam adverſum te dirimat. Etenim ex his patet, Oxonienſem academiam, anno Domini 883. confirmatam, Cantabrigienſi, quæ anno Domini 1316. confirmata eſt, 431. annis antiquiorem eſſe. Nam tua ſupputatio eſt à propoſita quæſtione alieniſſima.

Eraſmus in epiſtola ad Ludovicum Vivem de Oxonia ita ſcribit. "Oxonienſis academia, Monachorum "quorundam opera, nonnihil obluctata eſt politiorum "literarum ſtudiis initio: ſed Cardinalis ac regis au"thoritate coërciti ſunt, qui tantum bonum clariſſi"mæ ac vetuſtiſſimæ ſcholæ invidebant.

Idem in epiſtola eadem. "De Italia quid attinet "commemorare, in qua ſemper regnarunt hæc (me"liorum literarum) ſtudia, ſed pene ſola, ſi Medici"nam & Juriſperitiam excipias?

Paucæ apud exteros academiæ philoſophiam docuerunt. Et Toloza, teſte Myddendorpo, Cæſareis legibus totam operam impendit. Pariſienſis autem non tam celebris olim, opinor, fuit, atque hodie eſt, ut ea de cauſſa noſtræ præferri debeat. Nam ſcribit idem Jacobus Middendorpus, Labaſcantem academiam illam inſtauraſſe ævo noſtro Chriſtianiſſ. regem Franciſcum, ejus nominis primum, ac nullis illam inſtauranrando ſumptibus peperciſſe. Quod ſi te non occæcaſſet, vel dementaſſet verius, invidentia, noſtram contemptiſſimam eſſe non duceres, nec iſtis cedere oportere putares.

THE

THE
LIFE
OF
Mr. ANTHONY A WOOD

(From the time of his Birth Dec. 17th. 1632.
to July 6. 1672.)

Written by himſelf, and now firſt printed from
a Copy, tranſcrib'd by the Publiſher from
the Original in the hands of the Reverend
Dr. Thomas Tanner.

An. { *Dom.* 1632.
Reg. 8 *Car.* I.

Dec. 17. ANTHONY WOOD or à Wood, ſon of Tho. Wood or à Wood, Bachelaur of Arts and of the Civil Law, was borne in an antient Stone-houſe, oppoſite to the forefront of Merton Coll. in the Collegiate Pariſh of S. John Bapt. *de* Merton, ſituat and being within the Univerſitie of Oxford, on Munday the ſeventeenth day of December (S. Lazarus day) at about 4 of the clock in the morning: which Stone-houſe, with a Backſide and Garden adjoyning, was bought by his Father of John Lant, Maſter of Arts of the Univ. of Oxford, 8. December, 6. *Jac.* I. *Dom.* 1608, and is held by his family of Merton Coll. before mention'd.

He was chriſtned or taken into the boſome of the Church. At which time he had to his Godfathers, Anthony Clopton, Bachelaur of Divinity and Fellow of Corp. Chriſti College, and Edward Dawſon, Dr. of Phyſick of Lincolne College: and to his Godmother, Mris Catherine Fiſher, the Wife of Will. Seymoure of Oxon. an Attorney; and afterwards the firſt Wife of Tho. Rowney, an Attorney alſo of the ſame place, Father, by his ſecond Wife, to Thom. Rowney, Eſq; High-Sheriff of Oxfordſhire *an.* 169. . Dec. 23.

An. { *Dom.* 1633.
9 *Car.* I.

He was altogether nurſed by his Mother (of whome ſhal be mention made under the yeare 1666) and by none elſe. For as ſhe nurſed his 3 elder brothers, ſo ſhe nurſed him (whom ſhe found very quiet) and the two next that followed.

An. { *Dom.* 1634.
10 *Car.* I.

At the Summer Aſſize, held in the Guild hall of the Citie of Oxon. appeared with a Commiſſion from the King, Georg Owen and Will. Ryley, Officers of Armes, to viſit and take an account of all the Armes and Pede- July.

degrees of the Gentry of Oxfordſhire. And to add authority to their Commiſſion, 'twas read in the open Court before the Judg, Juſtices and Country Gentrie. This Memoire I here ſet downe, becauſe Mr. Wood's Father (of whom I ſhall make mention under the yeare 1642) was warn'd among the Gentrie to appeare before the ſaid Officers or Heralds with his Armes and Pedegree, and to have them entred into their Books; but he, forſooth, pleading the Privilege of the Univerſity, or that he was a Privileged perſon, and ſo conſequently exempted, as he pretended (but falſe) *è curia Mariſchalli*, he did not appeare in his owne behalf, tho' he did in the behalf of the Petties of Tetſworth, and entred, what he knew of that Family, the Armes, Matches, and Iſſue of three or more Deſcents, being deſired ſo to do by Maximilian Pettie, who gave him the Fees, and he [1] the Heralds. It was afterwards to Mr. A. Wood, when he came to underſtand thoſe things, a great trouble to him, that his Father did not enter three or more Deſcents of his owne Familie, which he had then [been] better able to doe, than thoſe of the Familie of his Wife (Pettie.) And the reaſon is, becauſe that his Father dying when he was yong, thoſe things, which he knew of his Family, dyed with him, and his Son could never obtaine them from any other perſon of his kindred, nor can he yet from any place of Record, unleſs he take a journey into Lancaſhire, from whence his Grandfather [came] about the beginning of the raigne of Qu. Elizabeth.

---

[1] The ſaid Heralds *in Diario Antonii à Wood, cujus* αὐτόγραφον *mihi perquam benevole mutuo dedit nobiliſſimus Comes Oxonienſis, Edvardus Harleius.*

An. { *Dom.* 1635.
11 *Car.* I.

This yeare he had the ſmall Pox ſo much, that he was for a time blinded with them.

Aug. 1. A Fine of 30^{li}. was ſet by the Warden and Fellowes of Merton Coll. when his Father renewed his Leaſe of the old Stone-houſe, wherin his ſon A. Wood was borne (called antiently Portioniſts or Poſtmaſters hall) for 40 yeares, and for a common Inn called the Flowr de Luce, ſituat and being in the Pariſh of S. Martin *ad Quadrivium* in Oxon̄. (which Inn his Father had bought of Rich. Theed, Gent. on the eleventh of Sept. 14. *Jac.* I. *Dom.* 1616.) and at the ſame time a Leaſe of the Garden, oppoſite to S. Alban's hall, was let to his Father for 27 yeares.

An. { *Dom.* 1636.
12 *Car.* I.

Aug. 29. The King, Queen, Prince Rupert, many of the Nobility and others came from Woodſtock into Oxon. a little before which time he was conveyed in a ſervant's Armes, with his Father and Mother, [1]going" to the Lodgings of Dr. Tho. Iles, Canon of Chriſt Church, whence being conveyed to the Mount in his Garden looking into Fiſh ſtreet, he ſaw the K. Qu. and the reſt riding downe the ſaid ſtreet into Ch. Ch. great Quadrangle. This was the firſt time he ever ſaw the ſaid K. and Queen, and the firſt time that he ever ſaw ſuch a glorious Traine as that was, which he would often talk of when he was a man.

---

[1] *Deeſt in Diario Ant. à Wood.*

30. They were entertained by the Univerſitie, and by Dr. Laud Archb. of Canterbury, at S. John's Coll.

31. They departed. See the whole Story of this entertainment in *Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. Lib.* 1. *ſub an.* 1636; which Hiſt. was written by Mr. A. Wood.

An. {*Dom.* 1637.
13 *Car.* I.

He was put to School to learne the Pſalter. And about that time playing before the Dore of his Father's Houſe, neare Merton Coll. one of the Horſes, called *Mutton*, belonging to Tho. Edgerley, the Univerſity Carrier, rode over him (as he was going to be watered) and bruis'd his head very much. This cauſed a great heavineſs for ſome time after in his head, and perhaps a ſlowneſs in apprehending with Quickneſs things that he read or heard; of which he was very ſenſible, when he came to reaſon.

An. {*Dom.* 1638.
14 *Car.* I.

In the beginning of this yeare his eldeſt Brother Thomas Wood (who was borne at Tetſworth in Oxfordſhire) became one of the Students of Chriſt Church, by the favour of Dr. Tho. Iles, he being then 14 yeares of age. See more of him under the yeares 1642 and 1651.

An. {*Dom.* 1639.
15 *Car.* I.

He was in his Bible, and ready to go into his Accedence.

His yonger Brother John Wood died, and was buried the day following in Merton Coll. Church. Mar. 8.

An. {*Dom.* 1640.
16 *Car.* I.

He was put to a Latine School in a little Houſe, neare to the Church of S. Peter in the Baylie, and oppoſite to the Street, called the North Baylie, which leads from New Inn to the [1] Bocherew. The name of his Maſter he hath forgot, but remembers, that he was Maſter of Arts and a Preacher, by a good Token, that one of the Beadles of the Univerſitie did come with his Silver Staff to conduct him from the ſaid little Houſe (a poore thing God wot) to the Church of S. Marie, there to preach a Latin Sermon he thinks (for it was on a working or School day) before the Univerſitie.

An. {*Dom.* 1641.
17. *Car.* I.

He was tranſlated to New Coll. Schoole, ſituated between the Weſt Part of the Chappell and E. Part of the Cloyſter, by the advice, as he uſually conceived, of ſome of the Fellowes of the ſaid Coll. who uſually frequented his Father's houſe. One John Maylard, Fellow of the ſaid Coll. was then, or at leaſt lately, the Maſter (afterwards Rector of Stanton S. John neare Oxon.) and after him ſucceeded Joh. Davys, one of the Chaplaynes of the ſaid Houſe, whome he well remembers to be a quiet man.

---

[1] Bocherew. What the Maſter's name was unleſs Wirley, in truth I cannot tell: ſure I am, that he was Maſter of Arts *in Diario*.

Nov. His Grandmother Penelopie, the Widdow of Capt. Rob. Pettie or Le Petite Gent. (his Mother's Father) died with greif at or neare Charlemount in Ireland, the Seat of her Nephew William Viſcount Caulfield, occaſion'd by the barbarous uſuage of her intimate acquaintance (but a bigotted Papiſt) Sr. Philim O Neale, who acted the part of an Arch-Traytor and Rebell, when the grand rebellion broke out in that Kingdome 23 October 1641. This Penelopie was daughter of Richard Taverner, Lord of Wood-Eaton in Oxfordſhire, by his ſecond Wife, Mary, dau. of Sr. John Harcourt, Kt, of the antient and noble Family of the Harcourts of Stanton Harcourt in the ſaid Countie. She was borne at Wood-Eaton in the beginning of Sept. 1566, and when ſhee was about 21 yeares of age (being then a moſt comlie and proper perſon, as moſt of the Taverners were then, and in after times, ſome of whome he does remember) ſhee was married to his Grand-father Robert Pettie before mention'd, then Lord of Wyfald or Wiveold, and of other Lands, neare to Henlie in Oxfordſhire, and a Tenant to Eaton Coll. of a very good Farme at Cotsford neare to Biſter in the ſaid Countie.

Mar. In the beginning of March his Brother Robert, who had lately been taken from the Free-ſchool at Thame, left Oxon. in order to goe to France with Charles

Dufore of Montillet, a kind of a Merchant at Bloys. After he was ſetled there, the ſaid Charles was to ſend his Son Dennis to Oxon. to live with Robert's Father by way of Exchange for Robert, but the Troubles in England ſoon after following, Charles Dufore refuſed to ſend his Son. Wherefore Rob. Wood continuing at Bloys, and in other places in the Kingdome of France, till the beginning of 1647 (at which time he was neare 17 yeares of age) he return'd to his native place of Oxon. but had utterlie forgotten his Mother tongue, which was a great Trouble to his Brethren to make him underſtand what they ſpoke to him.

An. {*Dom.* 1642.
18 *Car.* I.

In the beginning of this yeare the ſecond Brother of A. Wood, named Edward, became one of the Portioniſts or Poſtmaſters of Merton College, under the Tuition of Mr. Ralph Button.

Aug. Upon the publication of his Majeſtie's Proclamation, for the ſuppreſſing of the Rebellion under the conduct and command of Robert Earl of Eſſex, the Members of the Univerſitie of Oxon. began to put themſelves in a poſture of Defence, and eſpecially for another Reaſon, which was, that there was a ſtrong Report, that divers companies of Soldiers [were] paſſing thro' the Country, as ſent from London by the Parliament for the ſecuring of Banbury and Warwick. Dr. Pink of New Coll. the Deputy-Vice-chancellour, called before him to the public Schooles all the privileged men's Armes, to have a view of them: where not onlie privileged men of the Univerſitie and their ſervants, but alſo many Scholars appeared, bringing with them the Furniture of Armes of every Coll. that then [1] any any. Mr. Wood's Father had then Armour or Furniture for one man, *viz.* a Helmet, a Back and Breaſt-piece, a Pyke and a Muſquet, and other Appurtenances: And the eldeſt of his Men-ſervants (for he had then three at leaſt) named Thomas Burnham, did appeare in thoſe Armes, when the Scholars and privileged men trained; and when he could not train, as being taken up with buſineſs, the next ſervant did traine: and much adoe there was to keep Thomas, the eldeſt Son, then a Student of Chr. Ch. and a youth of about 18 yeares of age, from putting on the ſaid Armour and to traine among the Scholars. The ſaid Scholars and privileged men did ſomtimes traine in New Coll. Quadrangle, in the eye of Dr. Rob. Pink, the Dep. Vicechancellour, then Warden of the ſaid Coll. And it being a novel matter, there was no holding of the School-Boyes in their School in the Cloyſter from ſeeing and following them. And Mr. Wood remembred well, that ſome of them were ſo beſotted with the Training and activitie and gaytie therein of ſome yong Scholars, as being in a longing condition to be of the Traine, that they could never be brought to their Books againe. It was a great Diſturbance to the Youth of the Citie, and Mr. Wood's Father foreſaw, that if his Sons were not removed from Oxon. they would be ſpoyl'd.

Oct. 23. The great Fight at Edghill in Warwickſhire, called Keynton-Battle, between the Armies of K. Ch. I. and his Parliament was [2] began".

---

[1] *L.* had any è *Diario.* [2] *Deeſt in Diario.*

Upon the firſt Newes at Oxon. that the Armies were going to fight, Mr. Wood's eldeſt brother Thomas, before mention'd, left his Gowne at the Town's end, ran to Edghill, did his Majeſtie good ſervice, return'd on horſe-back well [1] accountred, and afterwards was made an Officer in the King's Army. See more in *Athenæ & Faſti Oxon.* written by A. Wood *lib.* 2. p. 692.

The King with his Army of Foot, Prince Rupert Oct. 29.
and Pr. Maurice (his two Nephews) Prince Charles and James Duke of York (his two Sons) entred into Oxon.

His Father's houſe, oppoſite to Merton Coll. was Nov.
taken up for the Quarters of John Lord Colepeper, Mr. of the Rolls, and of the Privie Councill to his Majeſtie. Whereupon Mr. Wood's Father with his Familie removed to a little Houſe in his Backſide, which he about 2 or 3 yeares before had new built.

About the ſame time his Maj. cauſed his Magazine to be put into New College Cloiſter and Tower *&c.* Whereupon the Maſter of the School there, with his Scholars (among whome A. Wood was one) were removed to the Choriſters Chamber at the Eaſt-end of the Common Hall of the ſaid Coll. It was then a dark naſty Room, and very unfit for ſuch a purpoſe, which made the Scholars often complaine, but in vaine.

His Father Thom. Wood or à Wood, before men- Jan. 19.
tion'd, died, being Thurſday, about 4 of the clock in the Morning, to the very great Grief and Reluctancy of his Wife and Children. He died in his Houſe in the Backſide before mention'd, in the room over the

---

[1] *Sic.*

